

BIBLIOTHECA
SCRIPTORUM MEDII RECENTISQUE AEVORUM

SERIES NOVA

REDIGUNT CLARA PAJORIN ET LADISLAUS SZÖRÉNYI

SERMONES
COMPILATI IN STUDIO GENERALI
QUINQUEECCLESIENSI
IN REGNO UNGARIE

EDITIONEM AB

† EDUARDO PETROVICH

INCOHATAM CURAVIT

† PAULUS LADISLAUS TIMKOVICS

AKADÉMIAI KIADÓ · ARGUMENTUM KIADÓ

BUDAPEST, 1993

SERMONES COMPILATI
IN STUDIO GENERALI
QUINQUEECCLESIENSI
IN REGNO UNGARIE

(Bibliotheca Scriptorum Medii
Recentisque Aevorum. Series Nova.
Tomus XIV)

Sermones „Quinqueecclesienses”, verisimiliter inter annos 1255–1275 compilati, quorum exemplar saeculo XV descriptum in bibliotheca publica Monacensi (Staatsbibliothek nominata) conservatur, e manuscriptis editorum mortuorum, Eduardi Petrovich et Pauli Timkovics nunc primum impressi sunt. Ex iis rebus, quae hodie scimus, non potest diiudicari, quis et cui hoc sermonum corpus composuerit, sed iure existimari potest auctorem eorum ad ordinem Praedicatorum pertinuisse et opus suum in Hungaria aut ad usum monachorum Hungaricorum scriptum esse. Hoc opus CIC sermones continet. Plurimi eorum in dies festos sanctorum scripti sunt per annum ecclesiasticum, servato temporis ordine. Eos sermones accedunt, quorum pars ordinem missarum, quae sanctis communes sunt, sequitur, pars ad sollemnia diversa pertinet. Sermo ultimus „De passione Domini” inscriptus scribendi et componendi genere a ceteris differt, et reapse eum non sermonem, sed enarrationem dramatizatam passionis Christi dicere possimus. Sermones in praesentia editi fontes maximi momenti habentur ad litteraturam theologicam Hungariae medio aevo illustrandam.

AKADÉMIAI KIADÓ

ARGUMENTUM KIADÓ
H-1085 Budapest
Mária u. 46.

SERMONES
COMPILATI IN STUDIO GENERALI
QUINQUEECCLESIENSI
IN REGNO UNGARIE

BIBLIOTHECA SCRIPTORUM MEDII RECENTISQUE AEVORUM

CONDITA A LADISLAO JUHÁSZ

SERIES NOVA

TOMUS XIV

CONSILIUM EDITORUM

A. PIRNÁT praeses

ST. BORZSÁK, † T. KLANICZAY, P. KULCSÁR, G. SZÉKELY

SERIEM REDIGUNT

CLARA PAJORIN ET LADISLAUS SZÖRÉNYI

INSTITUTUM LITTERARUM
ACADEMIAE SCIENTIARUM HUNGARICAE
SECTIO LITTERARUM RENASCENTIUM

SERMONES
COMPILATI IN STUDIO
GENERALI
QUINQUEECCLESIENSI
IN REGNO UNGARIE

EDITIONEM AB

† EDUARDO PETROVICH

INCOHATAM CURAVIT

† PAULUS LADISLAUS TIMKOVICS

AKADÉMIAI KIADÓ · ARGUMENTUM KIADÓ
BUDAPEST, 1993

Introductionem Latine reddidit
† ERICA MAYER

Indices composuerunt
CORNELIUS SZOVÁK et CATHARINA VÁNYAI

The publication of the present volume has been sponsored
by the "Research into the exploration, recording and publication
of Hungarian cultural and historical relics" programme.

Iq bst
(M-R I 1)
122 821



ISBN 963 7719 37 7

Edunt Akadémiai Kiadó et Argumentum Kiadó, Budapest
Editio princeps: 1993

© Heredes Eduardi Petrovich
et Pauli Ladislai Timkovics

All rights reserved.

Printed in Hungary

HU ISSN 0133-6711

CONSPECTUS RERUM

Introductio	11
Praefatio	13
De codice	14
De opere	16
Conspectus librorum et commentationum	19
Abbreviationes	20
Signa	20
Sermones compilati in studio generali Quinqueecclesiensi in regno Ungarie	21
1. De Sancto Andrea 1.	23
2. De Sancto Andrea 2.	26
3. De Sancto Nicolao 1.	29
4. De Sancto Nicolao 2.	32
5. De Sancta Lucia	33
6. De Sancto Thoma apostolo 1.	35
7. De Sancto Thoma apostolo 2.	36
8. De nativitate Domini nostri Iesu Christi 1.	37
9. De nativitate Domini nostri Iesu Christi 2.	39
10. De nativitate Domini nostri Iesu Christi 3.	41
11. De nativitate Domini nostri Iesu Christi 4.	43
12. De nativitate Domini nostri Iesu Christi 5.	44
13. De nativitate Domini nostri Iesu Christi 6.	47
14. De Sancto Stephano prothomartire 1.	49
15. De Sancto Stephano prothomartire 2.	50
16. De Sancto Stephano prothomartire 3.	51
17. De Sancto Iohanne apostolo et ewangelista 1.	53
18. De Sancto Iohanne apostolo et ewangelista 2.	55
19. De innocentibus 1.	57
20. De innocentibus 2.	58
21. Sermo de Sancto Thoma Cantuariensi archiepiscopo	61
22. Sermo Sancti Silvestri	62
23. Sermo in circumcissione Domini 1.	64
24. Sermo circumcissionis Domini 2.	66
25. Epiphanie Domini 1.	67

26. Epiphania Domini 2.	69
27. Epiphania Domini 3.	71
28. Epiphania Domini 4.	73
29. Epiphania Domini 5.	74
30. Sermo de Sancto Anthonio	77
31. De Sancto Fabiano	79
32. De Sancto Sebastiano	80
33. De Sancta Agnete 1.	81
34. De Sancta Agnete 2.	83
35. De Sancto Vincencio 1.	84
36. De Sancto Vincencio 2. . . .	85
37. De conversione Sancti Pauli 1.	87
38. Sermo de Sancto Paulo 2.	89
39. Purificacionis Marie 1.	92
40. De purificatione Marie 2.	94
41. De purificatione Marie 3.	96
42. De Sancta Agatha 1.	98
43. De Sancta Agatha 2.	99
44. De Sancta Agatha 3.	101
45. Kathedra Sancti Petri . . .	103
46. De Sancto Mathia apostolo 1.	105
47. De Sancto Mathia apostolo 2.	107
48. De Sancto Mathia apostolo 3.	110
49. De Sancto Gregorio 1.	111
50. De Sancto Gregorio 2.	113
51. De Sancto Benedicto 1.	114
52. De Sancto Benedicto 2. . . .	115
53. De annunciacione Virginis gloriose 1.	117
54. De annunciacione Virginis gloriose 2.	120
55. De annunciacione Virginis gloriose 3.	122
56. De annunciacione Virginis gloriose 4.	124
57. De annunciacione Virginis gloriose 5.	127
58. De Sancto Marco 1.	129
59. De Sancto Marco 2. . . .	130
60. De Sancto Petro martire 1.	132
61. De Sancto Petro martire 2.	134
62. De Sancto Petro martire 3.	136
63. De Sancto Petro martire 4.	137
64. De Sancto Petro martire 5. . . .	139
65. De Sanctis Philippo et Iacobo 1.	141
66. De Sancto Philippo et Iacobo 2.	142
67. De invencione Sancte Crucis 1.	144
68. De invencione Crucis 2. . . .	146
69. De Sancto Iohanne ewangelista	150
70. De Sancto Dominico 1.	153
71. De Sancto Dominico 2.	155
72. De Sancto Dominico 3.	157
73. De Sancto Dominico 4.	158

74. De Sancto Dominico 5.	160
75. De Sancto Barnaba	161
76. De Sancto Iohanne Baptista 1.	163
77. De Sancto Iohanne Baptista 2.	166
78. De Sancto Iohanne Baptista 3.	167
79. De Sancto Ladislao rege Ungarie 1.	169
80. De Sancto Ladislao rege 2.	172
81. De Sancto Petro et Paulo	174
82. De Sancto Paulo apostolo 1.	177
83. De Sancto Paulo apostolo 2.	179
84. De Sancta Margareta 1.	180
85. De Sancta Margarita 2. .	182
86. De Sancta Maria Magdalena 1.	184
87. De Maria Magdalena 2. . .	186
88. De Sancta Maria Magdalena 3.	188
89. De Sancto Iacobo 1.	190
90. De Sancto Iacobo 2.	193
91. Vincula Sancti Petri .	195
92. De Sancto Dominico 1.	196
93. De Sancto Dominico 2.	199
94. De Sancto Laurencio 1.	201
95. De Sancto Laurencio 2.	203
96. De Sancto Laurencio 3.	205
97. De Sancto Hippolito	207
98. De assumptione gloriose Virginis genitricis Dei 1.	208
99. De assumptione gloriose Virginis genitricis Dei 2.	210
100. De assumptione gloriose Virginis genitricis Dei 3.	212
101. De sancto rege Stephano Ungarie, Dalmacie ac Croacie etc. 1.	214
102. De sancto rege Stephano 2.	216
103. De sancto rege Stephano 3.	219
104. De sancto rege Stephano 4.	221
105. De sancto rege Stephano 5.	223
106. De Sancto Bernhardo	224
107. De Sancto Bartholomeo	226
108. De Sancto Augustino 1.	228
109. De Sancto Augustino 2.	230
110. De Sancto Augustino 3.	233
111. De Sancto Iohanne Baptista. De decolacione 1.	235
112. De Sancto Iohanne Baptista 2.	236
113. De nativitate gloriose Virginis 1.	238
114. De nativitate gloriose Virginis 2.	242
115. De nativitate gloriose Virginis 3.	244
116. In exaltacione Sancte Crucis 1.	246
117. In exaltacione Sancte Crucis 2. .	247
118. De Sancto Matheo apostolo et ewangelista	250
119. De Sanctis Mauricio, Exuperio, Candido etc.	252
120. Sermo de Sanctis Cosma et Damiano	253
121. Sermo de angelis in die Sancti Michaelis 1.	255

122. De angelis in die Sancti Michaelis 2.	257
123. De angelis in die Sancti Michaelis 3.	260
124. De Sancto Ieronimo doctore 1.	262
125. De Sancto Ieronimo doctore 2.	263
126. De Sancto Dionisio 1.	265
127. De Sancto Dionisio 2.	267
128. De Sancto Luca 1.	268
129. De Sancto Luca 2.	272
130. Sermo Simonis et Iude	273
131. Sermo in festo omnium sanctorum 1.	275
132. In festo omnium sanctorum 2.	278
133. In festo omnium sanctorum 3. . . .	279
134. Sermo de animabus in die animarum 1.	281
135. De animabus in die animarum 2.	283
136. De Sancto Hainrico imperatore	284
137. De Sancto Martino 1.	285
138. De Sancto Martino 2.	287
139. De Sancta Elisabeth 1.	290
140. De Sancta Elisabeth 2.	292
141. De Sancta Elisabeth 3.	293
142. De Sancta Elisabeth 4.	295
143. De Sancta Cecilia 1.	297
144. De Sancta Cecilia 2.	299
145. De Sancto Clemente .	301
146. De Sancta Catherina 1.	304
147. De Sancta Katherina 2.	306
148. De Sancta Katherina 3.	307
149. De sanctis apostolis 1.	309
150. De apostolis 2.	311
151. De apostolis 3.	314
152. De apostolis 4.	316
153. De ewangelistis sermo . . .	318
154. Sermo de laude Sacre Scripture	320
155. De uno martire 1.	322
156. De uno martire 2.	324
157. De uno martire 3.	327
158. De martiribus 1.	329
159. De martiribus 2.	331
160. De Sanctis confessoribus 1.	334
161. De confessoribus 2.	337
162. De virginibus	339
163. De virgine et martire 1.	342
164. De virgine et martire 2.	345
165. De virgine et martire 3.	348
166. De dedicacione templi 1.	350
167. De dedicacione templi 2.	352
168. De dedicacione templi 3. .	354
169. De consecracione ecclesie 4.	356

170. De dedicacione sive consecracione altaris	357
171. De mortuis 1.	358
172. De mortuis 2.	360
173. De mortuis 3.	362
174. De mortuis 4.	363
175. De mortuis 5.	365
176. De mortuis 6.	366
177. Sermones de passione Domini nostri Iesu Christi 1.	368
178. Sermones de passione Domini nostri Iesu Christi 2.	369
179. De passione Domini nostri Iesu Christi 3.	371
180. De passione Domini nostri Iesu Christi 4.	372
181. De passione Domini nostri Iesu Christi 5.	374
182. De passione Domini nostri Iesu Christi et eciam de Beata Virgine 6.	375
183. De passione Domini nostri Iesu Christi 7.	377
184. De Christo et eius laudibus 1.	378
185. De Christo et eius laudibus 2.	379
186. De laudibus Christi 3.	381
187. De Christo et passione eius	382
188. Iterum de passione Domini et de Sancta Cruce	383
189. De passione Domini feria sexta	386
190. Sermones de trono gracie, que est Beata Virgo, Dei parens 1.	389
191. De Beata Virgine 2.	392
192. De eadem Virgine gloriosa 3.	394
193. In synodo 1.	396
194. In synodo 2.	398
195. In synodo 3.	400
196. In synodo 4.	401
197. Sermo in consecracione alicuius episcopi	403
198. Sermo in visitacione	406
199. Sermo de passione Domini in Parasceves	409
Indices	417
Index initiorum sermonum	419
Index auctorum et operum	428
Index locorum Sacrae Scripturae	447
Index nominum	473
Corrigenda	485

INTRODUCTIO

PRAEFATIO

Vir doctus, de investiganda historia universitatis Quinqueecclesiensis bene meritus Eduardus Petrovich iam anno MCMLXXII in animum duxit praeparare editionem orationum medio aevo conscriptarum, quae a viris litterarum peritis *Sermones universitarii Quinqueecclesienses* nominatae sunt. Impetrata ex bibliotheca Monacensi codicis photographia textum transcripsit, sed editionem ad finem perducere non potuit aetate proventus et impeditus valetudine oculorum.

Res cum ita fuerit, benigno assensu domini Petrovich et rogatu consilii editorum nostrae seriei suscepit operam editionis Paulus Timkovics, iuvenis et optime eruditus custos Bibliothecae Universitatis Budapestinensis. Ille textum manu Eduardi Petrovich descriptum introductione nostrae editionis et maxima parte annotationum apparatuque critico instruxit. Anno MCMLXXIX etiam in periodico „Irodalomtörténeti Közlemények” publici iuris fecit praecipuos fructus lucubrationum suarum, quarum maximi momenti fuit id, quod demonstravit orationes, quae in codice inscribuntur „*Sermones compilata (!) in studio generali Quinqueecclesiensi in regno Ungarie*”, a quodam docto praedicatore ordinis Sancti Dominici centum fere annis ante conscriptas esse, quam universitas Quinqueecclesiensis anno MCCCLXVII conderetur.

Operam tamen editionis ad umbilicum adducere Paulus Timkovics nondum potuit, cum anno MCMLXXXII praematura morte abreptus est maximo cum dolore omnium amicorum. Librum denique ex relictis manuscriptis sub prelum mittendum curavit Petrus Kulcsár. Textum sermonum cum codice contulerunt recensueruntque Clara Pajorin et Cornelius Szovák.

Nobis autem librum emittentibus restat, ut doctos benevolosque lectores rogemus, si quid imperfectum in libro inventuri sint, ne negligentiae vel incuriae, potius fato attribuant, et ad communem usum studiorum supplere vel emendare studeant.

Antonius Pirnát

DE CODICE

Codex chartaceus eos sermones Latinos, qui in hoc libro eduntur, continens in bibliotheca publica Monacensi (Bayerische Staatsbibliothek nominata) hodie reperiri potest. Huic codici, quem usque ad initium undevicesimi saeculi in monte Venetiduno (Windbergensi) monasterium ordinis Praemonstratensis possederat, signum Clm 22 363b (Windberg 163b) impositum est.

Tomus ex 268 foliis constat, quae in longitudinem ter centies, in latitudinem ducenties et decies partem millesimam metri habent (300 x 210 mm), pars foliorum litteris impleta autem in longitudinem ducenties et decies, in latitudinem centies et quinquagies (210 x 150 mm).

Paginae in binas columnas divisae sunt, in quibus versuum descriptorum numerus inter 30 et 46 variat. Ex ductu litterarum sequitur, ut codicem exeunte quarto decimo vel ineunte quinto decimo saeculo ortum esse existimemus. Orthographia regionem aliquam, in qua lingua Germanica in usu erat, nobis indicare videtur.

Volumen, quod res ipsas in illo conscriptas attinet, in duas partes dividi potest, quibus utrisque singula priorum temporum opera transcripta continentur.

Initium partis primae (id est foliorum numero 1–112) titulo caret. Folia 1–14 brevem explicationem primi capitis Matthaei evangelistae praebent. Folium quintum decimum deest; in folio sexto decimo Postillae Nicolai de Lyra incipiunt, id est commentarii breves ad verba evangelica dominicarum e Commentario magno excerpti. Nomina singularum dominicarum non textui inserta, sed semper in margine superiore, manu temporis posterioris brevi forma scripta legi possunt. Explanations ad diversas dominicas pertinentes in ipso textu non nisi primo quoque verbo Evangelii maiusculis scripto distinguuntur.

Litteris primis arte pingendi ornatis haec pars caret. Notae marginales raro inveniuntur, pleraeque nomen auctoris citati designantes. Sub columna 110b interpretationes quaedam verborum Germanicae legi possunt: „*abominacio, ein verlust, ein ... (litura) verlassenheit*”. Hanc partem manus temporis posterioris his verbis adscriptis finivit: „*Explicit postilla Magistri Nicolai de Lyra super ewangelia dominicalia et quadragesimalia et hoc per circulum anni secundum omelias et modum Romane Ecclesie*”

Pars secunda, quae „*Sermones compilate (!) in studio generali Quinqueecclesiensi in regno Ungarie*” inscripta est, renovato numerorum ordine, folia numero 1–156 undeducientos sermones continentia amplectitur. Centum et duodequingenta sermones in dies festos sanctorum scripti digestique sunt per annum ecclesiasticum, servato temporis ordine: primus eorum in festum Sancti Andreae (diem tricesimum mensis Novembris), ultimus in festum Sanctae Catharinae (diem vicesimum quintum Novembris). Qui omnes cum ea parte missalium breviorumve, quae „*Proprium sanctorum*” inscribitur, congruunt (folia 1–106a). Post sermonem centesimum duodequingagesimum, in folio 106a haec legimus: „*Explicit. Incipiunt sermones communes de sanctis apostolis.*” His verbis unus et quinquaginta sermones succedunt, quorum pars ordinem missarum, quae sanctis communes sunt, sequitur, pars ad sollemnia diversa pertinet, et qui cum illa parte missalium, quae „*Proprium commune*” inscribitur, similitudinem habere videntur (folia 106a–156a). In fine sermonis ultimi, id est totius operis, haec scripta legimus: „*Explicit sermo apocryphus de passione Domini. Valeat, quantum valeat.*”

Ita ergo duo opera in eodem volumine collocata esse videntur, ut unum alteri supplemento esset. Conicere possumus fuisse olim sermonarium integrum, deinde partem eius illam, quae „*De tempore*” inscribi solet, periisse. Ad quam supplendam auctor ex Commentariis Nicolai de Lyra Postillas excerptis, itaque enchiridion praedicandi composuit eius generis, quod toto anno aptum usui esset, quas ultimas publici iuris facere supersedimus.

In singulis paginis tria genera scripturae diversa apparent: 1. textus sermonum, ne ipse quidem eadem manu descriptus, 2. tituli sermonum, 3. notae marginales in tribus marginibus paginarum, qui extrorsum, sursum deorsumque spectant. Tituli sermonum marginibus superis posterius inscripti sunt, quia inter singulos sermones propter locum nimis angustum hoc fieri non potuit. Interdum tamen titulos etiam ante textum quorundam sermonum coartatos invenimus. Eadem manu scripta sunt verba „*Amen*” et „*Sequitur*” finem initiumve sermonum indicantia. Verisimile est adnotationes, quae (plerumque subter columnis) argumentum breviter comprehendunt aut divisiones sermonum enumerant, ab iis adscriptas esse, qui libro utebantur. Supra columnam 18b iterum pauca verba Germanice inscripta legi possunt: „*wen man ist nicht da*” Titulum totius operis initio collectaneorum, supra columnam la alia manus inscripsit, et atramentum ceteris dissimile, coloris dilutioris est.

Litteram primam omnium solam decoratam videmus. Prima maiuscula singulorum sermonum plerumque colore rubro est, saepe tamen locus primae litterae vacuus relictus. Nonnunquam parvula littera indicabat, quid miniatori eo loco pingendum esset.

Quod ad orthographiam pertinet, proprium est scriptoris

- consonantes quasdam duplicasse, geminas autem contraxisse: *ffecit, legitimus; suple, oportunitas;*

- consonantes sonoras et sono carentes inter se confudisse: *sicud, reliquid, in-
quid; optulerunt, aput*;
- inter nasales litteram *p* inseruisse: *columpna, perhempnitas*;
- nasalem medio verbo omisisse: *ligwa*;
- litteram *h* initio verbi inseruisse aut omisisse: *hostio, habundancia; Oracius,
ilaritate*;
- litteram *h* medio verbo inseruisse aut omisisse: *perhenne; spera*;
- pro litteris *u, v* et *vu* litteram *w* scripsisse: *ewangelium; wult; wlnaretur*.

DE OPERE

Ex iis rebus, quae hodie scimus, non potest diiudicari, quis et cui, quo loco et tempore, quam ob rem et ex quibus fontibus hoc sermonum corpus composuerit.

Haud dubium est, quin opus, de quo agitur, unicum dici possit. Nullus in eo inventitur sermo, cuius auctorem nominare aut quem in alio quodam codice legere possimus, excepto ultimo, undeducesimo sermone „*De passione Domini*” inscripto, cui complures pares repperimus; hic tamen seriei ceterorum sermonum minime convenit: et scribendi et componendi genere adeo a ceteris differt, ut reapse eum non sermonem, sed enarrationem dramatizatum passionis Christi dicere oporteat.

Licet sermones nec longitudine nec qualitate aequales sint, consequenti tamen modo scribendi componendique, eodem tenore atque eadem sententia theologica esse videntur, immo etiam opera, quae in illis citantur, eadem sunt. Ne longo quidem tempore in sermonibus perscrutandis consumpto rationem ullam reperire potuimus, ex qua corpus sermonum dividi partesque eius chronologice secerni possent. Huius aequalitatis testimonio est, quod sedecim locis mentio fit rerum in aliis sermonibus eiusdem codicis scriptarum; ex quibus quattuor sermones ad diversa sollemnia pertinentes memoriam singularum postillarum ad sanctorum festa scriptarum renovant (numero 153 – 58, 193 – 37, 194 – 86, 197 – 21); sermo autem „*De nativitate gloriose Virginis*” inscriptus (numero 115) cum sermone, cui nomen „*De Christo et passione eius*” (numero 187), cohaeret.

Dissentiendum igitur esse arbitramur ab illa opinione, quae sermones ad res Hungaricas pertinentes tempore posteriore sermonibus iam collectis adiunctos dicat.

Ad quaedam festa plus, ad alia minus sermonum inveniuntur. Plerumque de sanctis in Ecclesia universa celebratis agitur. Mirum tamen, quam magnus inter eos numerus Hungarorum sanctorum sit: festum S. Stephani quinque, S. Ladislai duos, S. Emerici unum, Sanctae Elisabethae quattuor, itaque festa Hungarorum sanctorum duodecim sermones habent. Praeter hunc numerum etiam verba in sermonibus de S. Stephano scripta „*rex noster*” atque alia nonnulla ad res gestas Hungarorum vel condiciones Hungariae eius aetatis spectantia nos adducunt, ut et auctorem et auditores sermonum Hungaros fuisse opinemur.

Altera res notanda est copia sermonum ad festa S. Dominici et Petri Veronensis destinatorum (ille septem, hic quinque sermones habet). In postillis de S. Dominico scriptis saepe nobis verba „*pater noster Dominicus*” occurrunt. Proprium videtur multorum sermonum (e. g. omnium eorum, qui festis apostolorum destinati erant) principem locum ipsa praedicatione, id est officio praedicandi teneri; huc accedit, quod auctoris propensam voluntatem erga ordinem praedicatorum non semel enuntiatam invenimus. Ex his omnibus conicere possumus et auctorem et auditores sermonum ad ordinem praedicatorum S. Dominici pertinuisse.

Verisimillimum est ergo eum, qui sermones scripsit et qui eos in unum corpus collegit, eundem fuisse, et quidem Hungarum atque Dominicanum. Auctor opus suum haud dubie in Hungaria aut eo consilio composuit, ut in Hungaria usu reciperetur. Sed unicum exemplar hodie notum operis in Germania descriptum esse ibique mansisse manifestum est.

In praesenti statu pervestigationum nihil aliud certius profiteri de his rebus possumus. Titulus initio totius seriei sermonum posteriore tempore inscriptus: „*in studio generali Quinqueecclesiensi in regno Ungarie*”, etsi adducit nos, ut relationem quandam operis ad Hungariam suspicemur, non tamen satis idoneus est, ex quo ullam coniecturam aliam capiamus. Nam fides eius in dubium venit, vel propterea quod aetate inferiore et loco externo ortus est, vel quod scriptor eius erravit in grammatica („sermones compilate”). Etiam titulus uni ex sermonibus inscriptus errorem continet: scriptor enim nomen ducis Hungariae S. Emerici confudit nomine imperatoris S. Henrici („*De sancto Hainrico imperatore*”).

Litterarum periti, qui de hoc opere disseruerunt, verba „*in studio generali Quinqueecclesiensi*” ad universitatem Quinqueecclesiensem anno millesimo trecentesimo sexagesimo septimo a rege Ludovico Magno conditam referebant. Pro certo habendum est sermones non eo consilio scriptos esse, ut a fidelibus laicis audirentur, sed ut coram illis, qui professores universitatis academiaeve cuiusdam ordinis audiebant, dicerentur aut iis exempla ad discendum imitandumque praeberent. Omissis enim figuris rhetoricis, parabolis, legendis et partibus ad alliciendos audientium animos aptis, saepe nihil aliud ac seriem divisionum subdivisionumque tamquam summarium sermonis praebent, quo compositionem arti logicae diligenter servatae convenientem ostendant. Quam ob rem multo similiores sunt dissertationi theologicae vel praelectioni universitariae, quam orationi die festo vere habitae. Loci citati nonnunquam primis verbis eorum singulis binisve aut ne iis quidem, sed tantum notis fontem eorum nominantibus indicantur. Subtilitas scribendi, terminologia theologica, opera scriptorum classicorum et patrum ecclesiasticorum citata, quibus rebus omnibus auctor sermonum abunde utitur, litteris eruditos fuisse eos, quos circa se habebat, satis ostendunt. Etiam fontes, ex quibus auctor argumenta sumit, nos auditoribus eius multum eruditionis attribuire cogunt. Iure igitur existimari potest sermones collectos ad academiam aliquam pertinuisse, neque tamen ullum testimonium afferre possumus, quod eam Quinqueecclesiis fuisse demonstret. Etsi Dominicani se iam

pridem Quinqueecclesiis collocaverant, academiam suam, quae studium generale vocatur, non ibi, sed Budae habebant. Verisimile est nomen Quinqueecclesiarum cum aliqua re alia coniunctum in eo libro manu scripto, qui in codice nostro descriptus est, legi potuisse; fortasse quidam eorum, qui eo usi erant, postea in universitate Quinqueecclesiensi professor erat.

Opus ipsum multo ante universitatem Quinqueecclesiensem conditam, tertia parte ultima saeculi tertii decimi perfectum esse putamus. Textus nullum manifestum testimonium ad tempus, quo ortus est, cognoscendum nobis praebet. Aliquod „*hostile bellum ... inter Bohemos et Hungaros*” (114c) commemoratur, sed id per multa saecula tam crebro factum esse constat, ut nullum verum hoc argumentum sit. Etiam quae ad condiciones temporum attinent, nimis generatim dicta sunt: „*qualem regem det nobis Deus*” (De sancto rege Stephano 5) etc. Ex personis auctoribusque commemoratis vel citatis certiore coniecturam capere possumus.

Auctor omnibus ceteris aetate inferior pontifex Romanus Innocentius IV est, qui anno MCCLIV vita excessit. Anno MCCLIII ab eo in sanctorum numerum relatum esse scimus Petrum Veronensem, ad cuius diem festum quinque sermones libro continentur. S. Thomas de Aquino, anno MCCCXXIII canonizatus, nullum sermonem in diem suum hic habet nec inter scriptores citatos invenitur, ne mentio quidem nominis eius fit. Sed terminus, ante quem opus conscriptum est, in aetate multo priore ponendus nobis videtur, si respicimus continuo post mortem S. Thomae (ab anno MCCLXXIV) cultui eius propagando multum operae a Dominicanis navatum esse atque capitulum generale ter (Mediolani anno MCCLXXVIII, Parisiis anno MCCLXXIX, mox anno MCCLXXXVI) se ad pertractandas eius doctrinas dedisse.

Opinionem hanc confirmant plus quam centum et quinquaginta loci ex operibus Aristotelis ab auctore nostro citati, qui omnes — quod hodie dici potest — notitiam priorum versionum Latinarum (ex lingua Graeca aut Arabica translationum) testantur, nec ullus inter eos est, qui usum demonstret illorum librorum Latine redditorum, quae Guillelmus de Moerbeke hortante Thoma de Aquino ab anno fere MCCLX ex sermone Graeco in Latinum convertit (Moerbeke obiit anno MCCLXXXVI); ea autem opera Aristotelis, quae ante Guillelmum de Moerbeke a nullo in linguam Latinam translata erant (Politica, Poetica), nusquam in sermonibus citantur.

Sententiae de mundo, de rerum natura et de homine in sermonibus dictae, necnon scriptores, qui numero locorum citatorum aliis praevalent (classici antiquitatis, Boethius, Guillelmus de Conches, Bernardus Silvestris, Constantinus Africanus, scriptores Arabici etc.), evidenter ostendunt auctoritatem scholae Carnotensis (Chartres) plurimum ad sermones scribendos contulisse. Auctor igitur haud dubie illo tempore et in eo circulo hominum educatus est, cuius proprium erat humaniores artes ingenio saeculi duodecimi traditas accepisse. Etiam fontes iuris, quorum notitia in sermonibus perspicua est, ad eandem aetatem pertinere apparent: ex quattuor voluminibus, quae *Corpus iuris canonici* continent, *Decre-*

tum (saec. XII) et *Decretales* (saec. XIII) citantur, nulla autem mentio fit *Libri sexti* (exeunte saeculo XIII scripti) et *Clementinarum* (ineunte saeculo XIV oratarum).

Quae cum ita sint, inter annos fere MCCLV et MCCLXXV quaerendum est id tempus, quo sermones conscriptos esse arbitremur.

CONSPECTUS LIBRORUM ET COMMENTATIONUM

AASS = *Acta sanctorum*, ed. J. BOLLANDUS etc. (Antwerpen, Brüssel, Tongerlo), Paris 1843ff., Venezia 1734ff., Paris 1863ff.

AH = *Analecta hymnica medii aevi*, ed. G. DREVES, C. BLUME, vol. 1–55., Leipzig 1886–1922.

BÉKEFI Remig: *A pécsi egyetem* (De universitate studiorum Quinqueecclesiensi), Budapest 1909.

GABRIEL, Astrik L.: *The Mediaeval Universities of Pécs and Pozsony*, Notre Dame (Indiana) — Frankfurt a. M. 1969, p. 124.

KARDOS Tibor: *A pécsi Egyetemi Beszédék és a humanizmus* (De sermonibus universitariis Quinqueecclesiensibus et de studiis humanitatis), in *Jubileumi tanulmányok. A pécsi egyetem történetéből* (Acta sollemnina. Ex historia universitatis studiorum Quinqueecclesiensis), vol. I., szerk. CSIZMADIA Andor. Pécs 1967, pp. 129–162.

KLANICZAY Tibor: *Megoldott és megoldatlan kérdések az első magyar egyetem körül* (Quaestiones solutae atque non solutae primam studiorum universitatem Hungariae spectantes), in ID.: *Hagyományok ébresztése* (De traditionibus excitandis), Budapest 1976, pp. 136–165.

PETROVICH Ede: *A középkori pécsi egyetemmel kapcsolatos szentbeszédék kora* (De aetate sermonum ad universitatem studiorum Quinqueecclesiensem medii aevi pertinentium), in „Irodalomtörténeti Közlemények”, LXX (1966), pp. 142–146.

PETROVICH Ede: *A pécsi egyetemi beszédgyűjtemény la müncheni kódex/* (De codice Monacensi collectorum sermonum universitariorum), in *Jubileumi tanulmányok. A pécsi egyetem történetéből* (Acta sollemnina. Ex historia universitatis studiorum Quinqueecclesiensis), vol. I., szerk. CSIZMADIA Andor, Pécs 1967, pp. 163–223.

PG = *Patrologia Graeca*, ed. J. P. MIGNE, vol. 1–161., Paris 1857–1866.

PL = *Patrologia Latina*, ed. J. P. MIGNE, vol. 1–217., 1–4. Reg., Paris 1878–1890.

SCHNEYER, Johann Baptist: *Repertorium der lateinischen Sermones des Mittelalters für die Zeit von 1150–1350*, Heft 6, Münster 1975, pp. 574–586.

SRH = *Scriptores rerum Hungaricarum tempore ducum regumque stirpis Arpadianae gestarum*, ed. Emericus SZENTPÉTERY, vol. 1–2., Budapest 1937–1938.

TARNAI Andor: „A magyar nyelvet írni kezdik”. *Irodalmi gondolkodás a középkori Magyarországon* („Ungaricus sermo nostra aetate primum scribi coepit”. De memoria artium litterarum in Hungaria medii aevi), Budapest 1984 /Irodalomtudomány és kritika/, pp. 55, 69, 161, 172–173.

TIMKOVICS Pál: A „Pécsi egyetemi beszédek” szellemi háttere (Ex quibus fontibus sermones universitarii Quinqueecclesienses humanitatem et doctrinam sumpserint), in „Irodalomtörténeti Közlemények”, LXXIII (1979), pp. 1–14.

WALTHER = WALTHER, Hans: *Initia carminum ac versuum medii aevi posterioris Latinorum*, unter Benutzung der Vorarbeiten Alfons HILKAs, vol. 1–2., Göttingen 1959–1969 /Carmina medii aevi posterioris Latina, I/.

ABBREVIATIONES

add.	addidit, additum
al. man.	alia manu
BMV	Beata Maria Virgo
cf.	confer
corr.	correxerit, correctum
del.	delevit, deletum
e. g.	exempli gratia
id.	idem
iter.	iteravit, iteratum
litt.	littera, litterae
M	manuscriptum
marg.	marginalia, (in) margine
ms.	manuscriptum
p.	pagina
suprascr.	suprascriptus, suprascriptum
tit.	titulus
vol.	volumen

SIGNA

< >	textus ab editoribus expletus
<...>	litterae vel verba desunt
††	textus corruptus
	finis columnae
	finis paginae

SERMONES
COMPILATI IN STUDIO GENERALI
QUINQUEECCLESIENSI

SERMONES CONPILATI IN STUDIO GENERALI QUINQUEECCLESIENSI IN REGNO UNGARIE

5

1. DE SANCTO ANDREA (Sermo primus)

Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum, Mt. III^o! Dominus, cum vocavit Petrum et Andream, dedit voci sue vocem virtutis, id est efficaciam virtuosam, ut sequerentur se ad unius iussionis vocem. Rogate [†]autem[†], ut et nunc det verbo suo valorem ad nostram salutem! Venite post me! Sicut tempore culpe et iniquitatis instante diluvio de mundis animalibus bina et bina inducta sunt in arcam, Gen. 7^o, sic tempore gracie et veritatis de hominibus simplicibus duo et duo vocati sunt ad fidem, scilicet Petrus et Andreas simul, Iacobus et Iohannes simul. De quorum vocacione agens istud ewangelium duo nobis manifestat digna laude, scilicet gratiam Christi in vocacione discipulorum, cum dicit recitans verbum Christi: Venite post me, et obedienciam apostolorum in imitatione magistri, cum dicit: At illi continuo etc. Circa vocacionem apostolorum designat ewangelista III^{or}, scilicet vocandi modum, vocacionis locum, vocatorum statum et vocacionis finem sive fructum. De modo vocandi dicit, quod vocat ambulans, et intelligendum est, quod pedibus, non equitans in curribus et in equis. Laboriosam enim vitam duxit, sicut ipse dicit in Psalmo: Propter verba labiorum tuorum, scilicet implendo, ego etc. Nec unquam legitur equitasse, nisi semel et tunc humiliter in asino, Mt. XXI^o. Unde et aliquando fatigatus ex itinere legitur sedisse super fontem, Io. 4. Ubi dicit Chrisostomus: Christus mollem abiciens vitam et laboriosam inducens non subiugalibus utitur, sed ita valide incedit, ut fatigetur ex itinere. Augustinus ad idem in sermone de nativitate: Factor hominis factus est homo, ut suggeret ubera regens sidera, esuriret panis, sitiret fons, dormiret lux, ab itinere vita fatigaretur, virtus infirmaretur, salus vulneraretur. | De loco vocacionis dicit, quod vocavit eos iuxta mare Galilee. Galilea transmigratio interpretatur, mare vero propter suam amaritudinem significat penitenciam, quoniam pocio penitencie amara est bibentibus illam. Isai. XXIII^o. Ambulans ergo iuxta mare Galilee vocavit, ut ad penitenciam transmigrandi significaret, sicut dicit Isa. XLVIII.: Transi flumina, scilicet penitencie, hoc est contricionem, confessionem et satisfaccionem. Hic est transsitus filiorum Israel de Egypto culpe in desertum penitencie per viam trium dierum, Exo. 14. De

2 conpilati: M conpilete 35 dierum: M add. et del. des-

7 Mt. 4,19 12 Gen. 7,2 14 istud ewangelium: Mt. 4,18–22 21 Ps. 16,4 23 Mt. 21,5–6
24 Io. 4,6 24 Ioh. Chrys. hom. in Ioh. 31,3; cf. PG 59,179 26 Aug. serm. 191,1; PL 38,1010
31 Is. 24,9 33 recte Is. 47,2 35 recte Ex. 3,18

- statu vocatorum dicit, quod vocavit duos et fratres, et mittentes, et piscantes. In dualitate monstratur numerus eorum, quia vocavit duos. Et hoc primo, propter sufficienciam testificacionis, quoniam duorum hominum testimonium verum est, ut dicitur Io. VIII^o. Secundo, propter signum gemine dileccionis, quia dicit
- 5 Gregorius in omelia, quod qui caritatem ad proximum non habet, predicacionis officium assumere non debet. Tercio, propter mundiciam voluntatis et luculenciam rationis, que duo debent esse in predicatori. Ideo petit Ps(almista) emitti sibi lucem et veritatem, ut lux gracie purget voluntatem, veritas scripture illuminet rationem. Quarto, propter convenienciam sermonis et operis, ut quod dicit
- 10 ligwa, fateatur opus, et sit potens in sermone et opere ad exemplum Christi, qui cepit facere et docere, et sic erat efficax in docendo. Unde Claudianus: In commune iubens si quid, censesve tenendum primus iussa sibi: tunc observancior equi fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipsum actorem parere sibi, nec sic inflectere sensus humanos edicta valent, quam facta regentis. In fraternitate com-
- 15 mendatur affectus eorum, quoniam fratres affectuose solent se diligere et debent. Aliter enim nunc fratres non sunt, si se non diligunt, ut dicit Augustinus super Ro. || XII. Dicuntur autem fratres uno modo quasi origine, ut omnes homines, qui nati sunt ab uno patre Adam. Act. 17.: Ffecit ex uno omne genus hominum habitare in terra. Alio modo gente, ut omnes Iudei. Deuter. XVII.: Cum facies regem, qui est de fratribus tuis. Tercio modo cognacione, ut omnes illi, qui sunt de una familia, cum de una radice turba diffunditur, ut Abraham et Loth. Gen. XIII^o: Ne sit iurgium inter me et te, fratres enim sumus. Quarto, affectu, ut omnes Christiani. Ps.: Ecce quam bonum, natura, ut Esaw et Iacob, Gen. XXVI^o. Et isto modo fuerunt fratres Petrus et Andreas. In missione designatur
- 25 actus eorum. Mittebant enim rethe in mare. Significat autem mare mundum, rete scripturam, piscator predcatorem, navis ecclesiam, piscis peccatorem. Unde est illud dictum: Ecclesiam pro nave rego, michi climata mundi sunt mare, scripture recia, piscis homo. Sciendum est autem, quod Dominus piscatores piscium tripliciter se habentes invenit circa recia sua, quibus similia debent facere pisca-
- 30 tores hominum circa predicacionem suam. Scilicet primo, reficere, id est parare, ut sit conpositum pro simplici. Et hoc studio et leccione, quia dicit Aristoteles primo Methafisice, quod oportet hominem instrui in cognicione cuiuslibet rei, quam vult declarare. Ps.: Erudimini. Sap. VI^o: Discite, iudices finium terre. Secundo, lavare lacrimis et oracione. Luc. V^o: Piscatores descenderant, scilicet
- 35 per humilitatem, et lavabant recia sua, scilicet nullam dando culpam in predicacione contractam, secundum iussum Domini Mt. X^o: Excutite pulverem de pedibus vestris. Beda: Sunt incessus predicatoris pulvis levitas terrene cogitationis, a qua non summi doctores possunt esse immunes, dummodo intendunt curis subditorum. Tercio, debent mittere verbum Dei proposicione. Erant enim |
- 40 mittentes rethe in mare, id est proponentes verbum Dei ad populum illo modo,

1c

1d

12 sibi: M subi 13 equi: M eque 13 nec: M non 13 negat: M necat 13 sic: M sit
18 hominum: M homines 35 lavabant: M lavare 38 non: M vero

4 Io. 8,17 5 Greg. M. in evang. 17,1; PL 76,1139B 7 Ps. 42,3 11 Claud. 8,296-301
16 Aug. - ubi? 18 Act. 17,26 19 Deut. 17,14-15 21 Gen. 13,8 23 Ps. 132,1
23 Gen. 26 27 Ecclesiam pro nave: Walther 6943 32 Aristot. metaph. 2,3 33 Ps. 2,10
33 Sap. 6,2 34 Lc. 5,2 36 Mt. 10,14 37 Beda Ven. - ubi?

sicut legitur Ier. XIX.: Stetit in atrio domus Domini et dixit ad omnem populum. In piscacione manifestatur census eorum, id est paupertas. Petrus enim pauper erat, dives non fuerat, cibos manu et arte querebat, secundum Ieronimum super Mt. IX.: Omnes enim fere piscatores sunt pauperes. Secundum quod dixit
5 quidam piscator in Methamorfosis: Non michi que duos colerent pater arva iuencos laniferosve greges, non ulla armenta reliquit, pauper et ipse fuit. Ars illi sua census erat, moriensque michi nichil ille reliquit preter aquas. Sunt autem multe cause, quare Dominus discipulos pauperes habere voluit. Prima est, ut difficultatem conversionis divitum ostenderet. Dives enim difficulter intrat in
10 regnum celorum, quia divicie difficulter contempnuntur, ut dicit Glosa Mt. XIX. Io. VIII^o: Numquid ex principibus aliquis credidit in eum? Sed turba hec, que non novit legem. Secunda est, ut pauperum spiritu dignitatem ostenderet. Ia. II.: Deus pauperes elegit in mundo divites autem in fide et heredes regni. 3^o, ut divicias contempnendas docerent, non solum verbo, sicut fecit quando dixit: Cavete
15 ab omni avaricia, Lu. XII., sed etiam facto et exemplo, quia cum esset dives, pro nobis pauper factus est, II Cor. VIII. Unde et dixit: Filius hominis non habet ubi caput reclinet, Lu. IX. Quarto, ut notam cupiditatis a se removeret, ne diceretur ideo divites eligere, ut eorum divitiis uteretur, quia bonorum nostrorum non indiget. Unde dicit: Si esuriero, non dicam tibi, Glosa: ut pascas me, meus
20 est enim orbis, id est michi servit. Quinto, ut perfeccionem fidei non in facultate hominum, || sed in virtute Dei constitueret, et hanc causam Gregorius dicens in Moralibus: Dominus Nathanaelem laudat, nec tamen in sorte predicantium numerat, quia ad predicandum eum tales venire debuerunt, qui de laude propria nil habebant, ut tanto soli(di)us veritatis esse cognosceret(ur) quod agerent, quanto
25 et aperte cermeretur quod ad hoc agendum per se idonei non fuissent. De utili fine vocacionis eorum dicit: faciam vos fieri etc. Ad hoc enim vocati sunt, ut homines converterent, sicut iam ante predixerat Petro Lu. V.: Ex hoc iam homines eris capiens. Quod exponens dicit in primo libro suo: Discipuli Domini miraculorum sagena ad lumen divine cognicionis de profundo ignorancie homines
30 piscantes reduxerunt. Post graciā vocacionis ex parte Christi sequitur obediencia imitacionis ex parte apostoli, cum dicit: At illi continuo. Fuit vero obediencia apostolorum primo, festina per acceleracionem, quod innuit in hoc verbo: continuo, secundum dictum Psalmi: Si vocem eius audieritis etc. Secundo, expedita per habitam dimissionem, quia: relictis retibus, secundum illud Cor.
35 XIX.: Ecce vos reliquistis omnia. Tercio, discreta per electionem, quia: secuti sunt eum, scilicet Christum ex milibus electum. Quem secuti sunt primo, ad laborem predicacionis facientes, quod videbant Christum facere, in eo scilicet, quot certatim ramos de arboribus precidentes, id est homines de massa humane perditionis convertentes, sequebantur ducem, ut legitur Iudith IX. Secundo,
40 ad crucem passionis, quia ambo crucifixi sunt ad modum Domini implentes dic-

2a

5 Methamorfosis: M Methamorfoseos 6 iuencos: M iuventus 6 ulla: M vīla
10 quia: M *add. et del.* divicie difficulter intrat in regnum celorum, quia 13 3^o: M *in marg.*

1 Ier. 19,14 3 Hier. in Matth. 3,19; PL 26,144A 5 Non michi: Ov. met. 3,584–586, 588, 590–591 10 Mt. 19,23 11 *recte* Io. 7,48–49 12 Iac. 2,5 15 Lc. 12,15 16 2 Cor. 8,9
17 Lc. 9,58 19 Si esuriero: Ps. 49,12 21 Greg. M. moral. 33,16,32; PL 76,693D 27 Lc. 5,10
28 *locus nominis auctoris vacat* 33 Ps. 94,8 34 *recte* Mt. 19,27 39 *recte* Iud. 9,49

tum Christi Luc. XIII.: Qui vult ve(nire) post me, tollat crucem suam. Quod fuit eis magnus honor, ut scilicet essent conformes Christo in mortibus suis. Sic enim, inquit, honorabitur, quem rex voluerit honorare. Hester VI^o., ut scilicet ponatur super equum regium, scilicet crucem, quam Christus equitavit | in bello diaboli. 3^o, ad quietem consolacionis, quoniam ut dicit Sapiens: Qui apem sequitur, mel consequitur. Sic qui Christum imitatur, quietem consequitur, quia ipse dicit Mt. XI.: Tollite iugum etc., et invenietis etc. Ad quam requiem etiam nos perducatur precibus apostoli quietator animarum, Iesus Christus.

2. DE SANCTO ANDREA

Sermo secundus

Ascende in montem et contemplare inde terram, cumque videris eam, ibis ad populum tuum sanctum, (Numeri) XXXVII. Hoc dixit Dominus Moysi ex aquis assumpto, sed conveniunt pariter et Andree apostolo, quem similiter assumpsit ex aquis materialibus maris Galilee. Cuius apostoli studium et intencio ex hac auctoritate ostendendum fuisse circa adquisicionem vite eterne. Quam primo studiose inivit, secundo modice gustavit, tercio plenarie consecutus fuit. Meruit autem ascensione montis. Et quo ad hoc dicitur: Ascende in montem. Gustavit contemplacione mentis. Et quo ad hoc dicitur: contemplare terram. Comprehen- dit adeptione finis. Et quo ad hoc dicitur: ibis ad populum tuum. Dicitur ergo sancto apostolo: Ascende in montem. Dicitur autem mons uno modo fides ec- clesie, ut Isaia II^o: Erit mons, id est fides, domus Domini, id est ecclesie, in vertice moncium, id est in principio aliarum virtutum. Nam fides prima est vir- tutum, sicut fundamentum in domo et cor in animali et Abraam ante Isaac et Iacob, Mt. I^o, Glosa: fides ante spem et caritatem. Secundo modo ex eminencia vite. Mons enim ex eo dictus est, quod sit eminens. Et sic accipitur mons Gen. XIX.: Ne respicias retro, scilicet apostatando, nec stes in omni regione, scilicet amicorum et propinquorum, sed in monte, scilicet religiose vite, sal- vum te fac. Tercio modo genus mortis sacre, scilicet passio crucis, ut Numeri XX.: Aaron mortuus est in monte, id est Christus in cruce. Unde et locus cru- cifixionis fuit mons Calvarie, Io. XIX. Quarto modo altitudo celestis || patrie. Psalmus: Quis ascendet in montem Domini, id est (in) celum. Primum montem, scilicet fidem ecclesie, ascendit sanctus apostolus in sua conversione, sicut le- gitur per significacionem Exo. XXXIII.: Nocte consurgens ascendit in montem, sicut preceperat ei Dominus. Nox est ritus legalis observancie, de quo ascen- dit in montem fidei Christiane deserens cultum Iudaicum. Et hoc ad preceptum Domini dicentis: Venite post me etc. Mt. III. Secundum montem, scilicet emi- nenciam vite, ascendit in sancta conversacione, de quali ascensu legitur (in) Deuteronomio: Terra, ad quam egredieris, scilicet vita Christiana, montuosa est,

5 3^o: M *suprascr.* 12 (Numeri): M *in marg.* Exodi 20–21 ecclesie: M *add. et del. in vertice*

1 *recte* Lc. 9,23 3 Esther 6,9 5 Qui apem – *quis et ubi?* 7 Mt. 11,29 12 *recte* Num. 27,12–13 21 Is. 2,2 24 Mt. 1,2 26 Gen. 19,17 28 Num. 20,29 30 Io. 19,17 31 Ps. 23,3 33 *recte* Ex. 34,4 36 Mt. 4,19 38 Deut. 11,10–11

scilicet contemplacionis altitudine, et campestris, scilicet caritatis latitudine, de
celo exspectat pluuiam, id est grariam bene vivendi. Tercium montem, scilicet
sanctam crucem, ascendit in sui consummacione per passionem, quod signatum
III Reg. II^o, ubi dicitur, quod abiit in montem Carmeli, id est lignum crucis,
5 ubi circumcisis fuit a mortali carne, nam Carmelus interpretatur circumcisio,
et inde reversus est Samariam, id est celum, interpretatur enim coniuncta Deo.
Quartum montem, scilicet patriam celestem ascendit in sui beatificatione per
gloriam. Iste est mons, in quo faciet Dominus convivium, Glosa: omnimodam
beatitudinem, omnibus populis, id est electis de omni populo. Convivium, in-
10 quam, pigwium, id est omnium deliciarum, quas enim pigwes, id est delicosi,
convivium vindemie, id est iocunditatis omnimodis, pigwium medulatorum, id
est interiorum gaudiorum, vindemie defecate, id est iocunditatis purissime sine
amixcione fecis tristicie, Isa. XXV. Sed quia positi in sublimi remota intuentur,
ut dicitur Thob. XI., quod Anna sedebat in supercilio montis, ut a longe videret
15 filium suum, ideo sequitur: contemplare inde, scilicet de monte, terram, id est
vitam eternam, ut impleatur in te, quod dicitur II^o Macha. II.: Ascendit in mon-
tem et vidit Dei hereditatem. Dicitur autem terra uno modo locus penalis, || id
est infernus, ut Eze. XXXII.: Descenderunt in terram ultimam. Alio modo mun-
20 dus mortalis, ut Io. III.: Qui de terra est, id est de mundo, de terra loquitur, id
est de mundanis, cuius ligwa declinavit in terram. Tercio modo caro mortalis,
ut Gen. III^o: Terra es, et in terram ibis. Quarto modo regio celestis, ut in Psal-
mo: Credo videre. Quelibet harum terrarum diligenter est a nobis contemplanda
multo intuitu, ut dicitur Isa. XXI. Et prima quidem contemplanda ad fugien-
dum, quia dicit Vergilius: Heu! fuge crudeles terras, quia est terra miserie et
25 tenebrarum Iob. X., ffuge litus avarum, quia infernus non impletur. Est enim de
tribus insaturabilibus, Prover. XXX. Secunda contemplanda ad exercendum, ne
simus ociosi in mundo, sed occupati, ne gratis panem manducemus, quia dicitur
Gen. XXXIII.: Viri pacifici negocientur in terra et exerceantur eam. Tercia
ad gloriandum, ut dicamus eam superbienti: Quid superbit aqua et cinis, Eccli.
30 X., et quod vermis sumus cineresque sumus, quid homo nisi fumus? Quarta ad
desiderandum. Est enim terra desiderabilis, qualem promittit Dominus Ier. III^o:
Tribuam tibi terram desiderabilem. Nam sicut super terram vertitur mobile pri-
mum, id est celum dicente Aristotele in primo <De> celo, et inde, quod motus
circularis est ille, qui est super medium ut centrum, id est terram desiderabilem,
35 sic super terram illam vertitur desiderium sanctorum dicente Moyse <Deuter.>
XXXIII.: Oculi Iacob in terra frumenti. Sed de malis dicitur in Psalmo: Pro ni-
chilo habuerunt terram desiderabilem. Ideo non videbunt Dominum Deum in
terra vivencium, Is. XXXVIII. Quibus dicit Psalmus: Peribitis gentes de terra
illius. Post gustum autem modicum propinat Deus plenum poculum. Sequitur:
40 cumque videris eam, id est intellectu consideraveris et affectu desideraveris, ibis,

2d

13 Isa. XXV.: M corr. ex Ia. XXXV. 22 Credo: M add. et del. in Deum 35 Moyse: M
add. et del. dictum

4 4 Reg. 2,25 13 Is. 25,6 14 Tob. 11,5 16 2 Mach. 2,4 18 Ez. 32,27 19 Io. 3,31
21 Gen. 3,19 22 Ps. 26,13 23 Is. 21,7 24 Verg. Aen. 3,44 25 Iob 10,22 26 Prov.
30,15 28 Gen. 34,21 29 Eccli. 10,9 30 vermis sumus: cf. Walther 33165 31 Ier. 3,19
33 Aristot. – ubi? 35 Deut. 33,28 36 Ps. 105,24 38 Is. 38,11 38 Ps. 9,36

scilicet in morte, ad populum tuum, id est ad societatem angelorum et hominum
salvatorum. Ad populum, inquam, multum, iustum, || securum, et iocundum.
Multum quantum ad numerum, iustum quantum ad statum, securum in Dei pro-
teccione, iocundum in Dei laudacione. De primo, scilicet de multitudine populi
5 celestis dicitur Exo. I^o: Populus filiorum Israel multus est. Multos enim filios
Dominus Iesus in gloriam adduxit Hebre. II., sciens quod dignitas regni in mul-
titudine populi consistit, Prover. XIII. Hec est turba magna, quam dinumerare
nemo poterat, Apok. VII. De secundo loquens Is. ad celestem Ierusalem dicit
10 LX^o: Iusticia fundabilis et populus tuus omnes iusti, in perpetuum hereditabunt
terram. Exercent enim actum iusticie perfectissimum inter se reddendo omnibus
debita, scilicet Deo reverenciam et honorem, sibimetipsis mutuo in Deo carissi-
mam dileccionem, nobis miseris misericordiam et compassionem. De III^o dicit
Dominus loquens per Is. XXII.: Sedebat populus meus in tabernaculis) fiducie,
id est pacis et securitatis nullius impetum formidantes. Propter quod ab apostolo
15 cives sunt vocati, Effe. II. Cives autem secundum Isidorum dicti sunt, quod in
unum coeuntes vivant, ut vita eorum communis ornacior fiat et tucior. Bernardus
super Cantica: Secura habitacio paradisi. Ad hanc securitatem vocans Dominus
dicit II Reg. XIX.: Veni mecum, ut requiescas securus in Ierusalem. De quar-
to dicit Iudith XVI.: Erat populus iocundus secundum faciem sanctorum, id est
20 habebat talem iocunditatem, qualis convenit faciei sanctorum. Ipse est enim po-
pulus beatus, qui scit iubilationem, id est habet iocunditatem in laude Dei, qui
ambulat in lumine vultus Dei secundum perfeccionem potencie rationalis, qui
exultat in nomine Domini secundum perfeccionem potencie concupiscibilis, qui
exultat in iusticia Dei secundum perfeccionem potencie irrationalis. Ad hunc
25 populum ivit Beatus Andreas. Primo quidem, celeriter sine inpedimento satha-
ne, culpe et pene debite, id est isto modo, quo dicit Is. LX.: Qui sunt isti, qui ut
nubes volant, id est celeriter transeunt ad locum beatitudinis, et quasi columbe
ad fenestras suas?, id est aditus | paradisi. Secundo, celebriter, quia cum ingenti
angelorum multitudine, quod figuratum fuit Iudith VI^o in eo, quod ligaverunt
30 Achior ad arborem etc. Achior interpretatur lumen fratris, quod competit huic
sancto, qui fratri suo Petro lumen fuit, ducendo eum ad Christum, Io. I^o, quem
tegeast, et sui ligaverunt ad arborem, scilicet crucis, non clavis, sed restibus, et
sic vinctum dimiserunt, ut mors produccior esset amarior, quem solverunt, sus-
cipiendo animam eius, filii Israel, id est angeli, et duxerunt in Betuliam, id est
35 in celestem patriam. Interpretatur enim casta Domino, ubi neque nubent neque
nubentur, Mt. XXII^o. Tercio, patenter, quia cum celesti lumine, nam splendor
nimius veniens de celo circumdedit eum dimidia hora et post, abscedente lumi-
ne, emisit spiritum pergens ad Deum, qui eum dederat. Quarto, perhempniter,
quia semper mansurum ibi factus de populo Israel usque in presentem diem, sic-
40 ut Achior, Iudith XIII. Et impletum est in eo, quod dicitur de Apok. III^o: Foras
non egrediatur amplius. Quo et nos precibus apostoli perducatur Iesus Christus.

1 societatem: M *add. et del. tuam* 4 De: M *in marg.* 7 Hec: M Hic 17 Secura: M
in marg. corr. ex Cura 25 celeriter: M *cernitur*

5 Ex. 1,9 6 Hebr. 2,10 7 Prov. 14,28 8 Apoc. 7,9 8 Is. 60,21 13 *recte* Is. 32,18
15 Eph. 2,19 15 Isid. orig. 9,4,2; PL 82,348C 16 Bern. serm. in cant. 33,2; PL 183,952C
18 2 Reg. 19,33 19 Iudith 16,24 26 Is. 60,8 29 Iudith 6,9-10 31 Io. 1,42 36 Mt.
22,30 40 Iudith 14,6 40 Apoc. 3,12

3. DE SANCTO NICOLAO

Sermo primus

Cum esses parvulus in oculis tuis, caput in tribus Israel effectus es, I Reg. XV. Dictum quoddam Domini Eccli. XX.: est, qui ab humilitate levabit caput, verificatum est in Sancto Nicolao, qui, quoniam humilis fuit in semetipso, sublimis factus est in populo Christiano et merito humilitatis venit ad fastigium dignitatis, sicut nunc dicitur: Cum esses parvulus, id est humilis, in oculis tuis, id est in tui reputacione, caput, id est summus prelatus, factus es in tribus Israel, id est in populis Christianis. Unde cantatur de ipso: Operibus sanctis Nicolaus humiliter insistens ad summum provectus est sacerdocium. Fuit ergo parvulus humilitate, non etate, quod reprehenditur in prelato. Primo quidem, quia in parvula etate deficit discrecio, secundum dictum apostoli primo Cor. XIII.: || Cum essem parvulus, sapiebam ut parvulus. Aristoteles in Topicis: Nemo pueros principes eligit eo, quod non constat eos esse sapientes. Secundo, fortitudo. Dicit enim Philosophus in libro De diferencia spiritus et anime, quod virtutes anime in pueris imperfecte sunt. Ideo dicit Gen. XXXIII.: Parvulos si fecero laborare, morientur. Tercio, erudicio, id est idoneitas ad erudiendum. Cant. VIII^o: Soror nostra parvula est et ubera, scilicet sciencie et doctrine, non habet. Exortacio enim convenit emerito, non puero, ut appareat de eo, quod sit vir gravis, ut dicit Aristoteles in Ethicis. Porro habundat in eis superbia. Is. III.: Tumultuabitur puer contra senem. Luxuria. III^o Aristoteles in Ethicis: Pueri per desiderium vivunt et ideo nomen incontinenencie ad puerilia peccata transferimus. Stulticia. Prover. XXII.: Stulticia congregata in corde pueri. Contingit tamen multociens propter peccata populi, ut parvuli non in humilitate, sed sapiencia et etate constituentur in caput gentium testante Is. III^o capitulo: Dabo pueros principes eorumque Sancto Bernardo in epistolis: Scholares pueri ob sagvinis dignitatem promoventur ad prelatos et de sub ferula transferuntur ad principandum presbyteris. Leciores interim, quod virgas evaserunt, quam quod principatum meruerunt. Gaufridus in Poetria: Strenua res agitur, pueri tolluntur in altum et fiunt domini. Moveat dominacio risum, iam sedet egregie donatus honore magistri, aptus adhuc ferule. Sciendum est autem, quod in etate puerilia, in mente humili quedam sunt commendabilia ex condicione nature, quedam ex dono gracie, quedam ex preeminencia glorie. Commendabilia ex condicione nature in humili mente sunt hec, scilicet primo, ductibilitas racionis. Mt. XIX.: Sinite parvulos venire ad me. Tales enim facilius flectuntur a Christo vocante, sicut virge. Secundo, simplicitas voluntatis. Gal. III.: Quanto tempore heres parvulus est, nichil differet a servo. Tercio, raritas sermonis. Ier. I^o: | Nescio loqui, quia puer sum ego. Oracius in sermonibus: Ut veni coram singultim pauca locutus, infans namque pudor

4 Dictum: M Dictam 22 transferimus: M in marg. corr. ex deferimus 27 Leciores: M leticores 30 adhuc: M ad 34 parvulos: M add. et del. abire

3 I Reg. 15,17 4 Eccli. 20,11 9 Operibus sanctis: Resp. post. II. lect. in Matut. in festo S. Nicolai, sec. Brev. O.P. 12 I Cor. 13,11 13 Aristot. top. 3,2 15 Ps. Aristot. – Costa ben Luca – ubi? 16 Gen. 33,13 17 Cant. 8,8 20 Aristot. – ubi? 20 Is. 3,5 21 Aristot. eth. Nic. 3,15 22 Prov. 22,15 25 Is. 3,4 26 Bern. epist. 42,7,25; PL 182,826B 28 Gaufr. Vinos. poetr. nova 437–440 34 Mt. 19,14 36 recte Gal. 4,1 37 Ier. 1,6 37 Hor. sat. 1,6,56–57

- prohibebat plura profari. Quarto, honestas operis. I^o Cor. XIII.: Malicia parvuli estote. Glosa: alieni a malis operibus. Commendabilia ex dono gratie in humili mente sunt ista, scilicet primo, quod est acquisita sapientie. Mt. XI.: Revelasti ea parvulis, scilicet occulta mysteria. Ps.: Sapientiam prestat parvulis.
- 5 Secundo, quod est attractiva gratie. Est enim sensus proprie nativitatis. Vacuum autem erat ut spongia et ventosa. Iac. III.: Humilibus dat gratiam. Hester XII.: Parvulus fons, id est humilis animus, crevit in flumen magnum, id est in cumulum multarum graciaram. Tercio, quod est secuta in protectione Dei. Ps.: Custodiens parvulos Dominus. I^o Macha XIII^o: Confirmavit humiles populi sui,
- 10 scilicet cadendi impossibilitate, quoniam humilis non habet altum tumoris, unde cadat. Unde dictum est: In terraque cubans non habet, unde cadat. Quarto, quod est fructuosa in conversione populi, quia plures convertit, sicut parve apes plus mellificant et parve galline plura ova ponunt, secundum dictum Aristotelis in libro De animalibus. Unde Is. LX.: Minimus erit in mille, et parvus in gentem fortissimam. Commendabilia ex preeminencia glorie in humili mente sunt ista, scilicet primo, quod in celo sublimio coloratur. Quoniam si simplex humilitas exaltat, tunc maior humilitas maius exaltat, sicut fons tantum ascendit, quantum origo eius descendit. Lu. IX.: Qui minor est inter vos omnes, scilicet humilitate, hic maior est, scilicet exaltatione. Secundo, quod Christo verius
- 20 assimilatur, qui se parvulo comparavit. Mt. XVIII.: Quicumque se humiliaverit sicut parvulus, Glosa: ego significatus per parvulum, qui me humiliavi. Sequitur fructus humilitatis: caput in tribus Israel factus es. Est autem triplex caput, scilicet materialie, morale et allegoricum. Primum est caput corporis, de quo dicitur || Eccli. III.: Magnato humilia caput tuum, id est saluta inclinato capite. In hoc capite primo debet esse signum humilitatis: demissio, sicut dicitur
- 25 III Reg. XXII.: Acab humiliatus est et ambulavit demisso capite. Secundo, debet esse signum pudoris: opercio. Ier. XIII.: Operuerunt capita sua, scilicet in signum verecundie, ob quam causam religiosi habent capucium ad tegendum vultum. Tercio, debet esse signum puritatis: abrasio. Iob I^o: Tonso capite, eliminatis viciis a mente, corruit in terram, id est humilem penitenciam. Ideo clerici et virgines tonduntur, ut habeant mensuratas cogitationes, quia dicit Dominus Eze. V.: Duc gladium per caput tuum radentem pilos. Secundum est mens hominis, de quo dicitur Prover. X.: Benedicco Domini super caput iusti. In hoc capite debet esse lumen sciencie. Iob XX.: Splendebat lucerna eius super caput meum.
- 35 Unccio gratie. Ps.: Inpignasti in oleo. Nitor mundicie. Baruc V.: Imponet capiti tuo mitram honoris eterni. Istud caput si bonum fuerit predictis modis, tunc remunerabitur in patria propter meritum misericordie. Eccli. XXIX.: Elemosina viri retribuetur in caput suum. Exaltabitur propter meritum paciencie. Ps.: De torrente in via bibet. Coronabitur propter meritum victorie. Ps.: Posuisti in ca-

4a

3 primo, quod: M quod primo 3 acquisita: M acquisitam 6 Iac.: M Isac 7 fons: M factus 11 Unde: M in marg. corr. ex unum 16 primo, quod: M quod primo

1 1 Cor. 14,20 3 Mt. 11,25 4 Ps. 18,8 6 Iac. 4,6 6 recte Esther 11,10 8 Ps. 114,6
9 1 Mach. 14,14 11 In terraque – quis et ubi? 13 Aristot. – ubi? 14 Is. 60,22 18 Lc. 9,48
20 Mt. 18,4 24 Eccli. 4,7 26 recte 3 Reg. 21,27–29 27 Ier. 14,4 29 Iob 1,20
31 Ez. 5,1 33 Prov. 10,6 34 recte Iob 29,3 35 Ps. 22,5 35 Bar. 5,2 37 Eccli. 29,16
38 Ps. 109,7 39 Ps. 20,4

- pite eius. Tercium est princeps plebis, de quo nunc dicitur: Cum esses parvulus etc. Sunt autem tria commendabilia in capite conveniencia prelati. Primum est, quod caput est paucis carnis. Hoc ideo, ut esset melioris et perfeccioris sensus, quoniam pondus partis superioris diminuit intellectum, ut Aristoteles ait XIII.
- 5 De animalibus. Et propter hanc causam pueri sunt minoris intellectus, quoniam caput habent magnum, grossum et ponderosum. In pueris enim pars superior maior est inferiori. Ideo nati non possunt statim incedere propter pondus | capitis, per quod intelligitur mundicia castitatis in sancto viro, quia ad modum capitis non fuit carnosus, id est carnalis, sed potius virgo, quasi adeps separatus a carne, Eccli. XLVII. In quo impletum fuit, quod dicitur Zac. III.: Posuerunt
- 10 cidarim mundam in capite eius, id est habitum sanctimonie in eo. Et quia sancti amant virtutes suas in aliis, ideo et ipse redemit virginum pudorem remisso auro, ut essent sancte corpore et spiritu non habentes maculam infamie et rugam culpe. Secundum est, quod caput est magne virtutis, quia ministrat corpori sensum et motum. Per nervos enim procedentes ab anteriori parte perficit visum,
- 15 auditum, odoratum et gustum. Per nervos vero procedentes a parte posteriori perficit motum in manibus et pedibus et toto corpore, ut ait Constantinus philosophus, et ita a capite originatur sensus et motus. Per quod intelligitur efficacia potestatis in sancto viro. Fuit enim magne virtutis in operibus miraculorum et innumeris decoratus miraculis et dedit ex efficacia potestatis sue sensum et motum, sicut caput, quando relevavit a defunctis defunctum in bivio. Tercio est,
- 20 quod est summe elevacionis. Nam ut dicit Aristoteles in secundo De animalibus: Partes hominis create et posite et creacionem et situm tocus mundi, et sicut celum est elevatum in toto mundo, sic caput in homine, quod est quasi celum hominis. Unde dicit Plato in Timeo, quod caput est preter ceterum corpus hominacius et optima quadam eminencia dignum. Per quod intelligitur transcendencia speculacionis in sancto viro. Sicut Saul princeps populi capite suo eminebat super omnes I Reg. XV. Hinc est, quod ipsi prelati in scripturis dicuntur dii et angeli. Actus autem Dei et angelorum, quod agunt intelligencia glorie sue, est speculacio, secundum Aristotelem X. Ethicorum. Istud caput, scilicet princeps populi, si fuerit malum, percucietur iudicii ulcione. Abac. III.: Percussisti caput de domo impii. Si || vero fuerit bonum, predictis modis exaltabitur in eternitate, quoniam dicit vox ecclesie in Psalmo: In petra, id est in Christo, exaltavit me, et nunc exaltavit caput meum, id est sanctum prelatum, super inimicos meos, id est demones et hereticos. Ad qualem exaltacionem perducatur nos precibus
- 35 pii pontificis exaltator humilium, Iesus Christus, dominus noster.

6 enim: M *add. et del.* maior 12 remisso: M *reniso* 17 Constantinus: M Constabinius
21 relevavit: M *in marg. corr. ex* revelavit 36 pontificis: M *add. et del.* aba

4 Aristot. – *ubi?* 10 Eccli. 47,2 10 Zach. 3,5 18 Constant. Afr. – *ubi?* 21 relevavit a:
AH 40,258 22 Aristot. hist. an. 1,15; cf. Harnesse 209 25 Plato Tim. 44 28 *recte* I Reg.
9,2 30 Aristot. eth. Nic. 10,8 31 Hab. 3,13 33 Ps. 26,6

4. DE SANCTO NICOLAO (Sermo) secundus

Omni tempore vestimenta tua sint candida, et oleum de capite tuo non deficiat, Eccli. IX. Huius mandati observator fuit Beatus Nicolaus, qui mundiciam
 5 servavit in corpore. Et quo ad hoc dicitur: Vestimenta tua, Glosa: corpus, sint candida. Fuit enim virgo et unus de illis, qui non inquinaverunt vestimenta sua et ambulant cum Christo in albis, Apok. III. Misericordiam exhibuit in opere. Et quo ad hoc dicitur: oleum, Glosa: misericordia, de capite tuo etc. Erat enim valde conpaciens et super afflictos pia gestans viscera, cum quo ab infanzia creverat
 10 miseracio, Iob XXXI. Unde et singulariter pius pontifex ab ecclesia appellatur. Perseveranciam tenuit in utroque. Et quo ad hoc dicitur: omni tempore, et: non deficiat. Iustificacionem enim suam, quam ceperat tenere in infanzia ieiunando iuvenis, usque ad mortem non deseruit, Iob XXVII.: Ideo potest intelligere de ipso, quod dicitur Eccli. XLVI.: Usque in senectam permansit illi virtus. Dicitur ergo sancto viro et omnibus nobis cum ipso: Vestimenta tua sint candida.
 15 Invenitur autem in scripturis multiplex vestimentum multiplici gloria decoratum conveniens pio pontifici. Primo, luminosum per fidei claritatem, que est illuminacio prime veritatis, de quo dicit Psalmus: Amictus lumine, id est veritatis cognicione, sicut vestimento, id est ex omni parte, scilicet quando creduntur
 20 omnia credenda, non sicut vestimenta puerorum David, qui fuerunt ante et retro abscisa, II Reg. X. Secundo, aureum per sapientie fulgorem, de quo dicit iterum Psalmus: Astitit regina, id est sancta anima, que regit sub rege, a dextris tuis, id est in sorte bonorum, qui ponuntur a dextris, Mt. XXV., in vestitu deaurato, Glosa: in doctrina sapientie, circumamicta varietate, id est diversis
 25 virtutibus, | quia sapientia sine virtutibus frivola est. Tercio, iocundum per cordis delectacionem. Iudith IX.: Induit vestimento se iocunditatis sue, quod fit, quando aliquis servit Deo in leticia et intrat in conspectu eius in exultacione. Quarto, candidum per carnis sinceritatem, de quo dicitur hic: Omni tempore etc. Sed mali bonis contrarii habent vestimenta non candida, sed obscura, id est corpora peccatis inquinata. Zach. III.: Iesus erat indutus vestibis sordidis. Corpus enim est vestimentum quoddam anime. Quatuor autem nocent vestibis, id est peccatorum corporibus. Primo, vermis avaricie temporalis. Is. L.: Quasi vestimentum conterentur, tinea comedit eos, id est sollicitudo acquirendi. Secundo, sagwis immundicie carnalis. Is. IX.: Vestimentum mixtum sag(wine). Exemplum
 35 de muliere menstruata, cuius stramenta erant immunda secundum legem propter fluxum sagwinis, Levi. XV°. Tercio, ignis invidie et emulacionis. Is. L.: Sicut vestimentum comedit eos ignis, id est invidia, que accenditur ex intuitu bonorum alterius. Unde Poeta: Ffelicisque bonis non aliter uritur Erses, quam cum spinosis ignis subponitur herbis. Quarto, contractus picis prave societatis. Eccli. XIII.: Qui tetigerit picem, id est hominem peccatorem imitando eum, inquinabi-

4d

22–23 dextris: M *add. et del. suis*

4 *recte* Eccli. 9,8 7 Apoc. 3,4 10 Iob 31,18 13 Iob 27,5 14 Eccli. 46,11 18 Ps. 103,2 21 2 Reg. 10,4 22 Ps. 44,10 23 Mt. 25,34 26 *recte* Iudith 10,3 30 Zach. 3,3
 32 Is. 50,9 34 Is. 9,5 36 Lev. 15,4 36 *recte* Is. 51,8 38 Ffelicisque bonis: Ov. met. 2,809–810 39 Eccli. 13,1

tur ab ea, quoniam quisquis tetigerit immundum, immundus erit, Levi. XI. Talia vestimenta sunt a nobis abicienda, Zach. III.: Aufferte ab eo vestimenta sordida, et sumenda munda, Apo. III.: Vestimentis albis induaris, ne eiciamus a patria, in quam nichil inquinatum occurrit, Sap. VII. Unde non habens vestem nupcial-
5 lem eiectus est in tenebras exteriores, Mt. XXII. Dicitur etiam sancto viro et nobis omnibus cum ipso: oleum de capite tuo non deficiat. Est autem quadruplex oleum. Primum est gratie iustificatricis, de quo dicitur Is. X.: Conputrescet iugum, scilicet peccati, a fa(cie) olei, scilicet gratie Dei. Secundum est, misericordiae consolatrix, de quo Mt. XXV.: Acceperunt oleum in vasis suis, id est
10 affectum misericordie in cordibus suis. Tercium est, preeminencie pontificalis, de quo Psalmus: Inveni || David servum meum. Quartum est doctrine spiritualis, de quo Mt. XXV.: Ungebant oleo, scilicet sancte doctrine, multos egros, spiritualiter, et sanabantur, per efficaciam verbi Dei. Sap. XVI.: Sermo tuus sanat omnia. Oleum gratie Sanctus Nicolaus habuit in mente. Prover. XXI.: Oleum in
15 tabernaculo iusto. Oleum misericordie exercuit in opere, quando auro remisso reddemit virginum incestus, et quando frumentum distribuit populis indigentibus multiplicatum precibus suis implens illud mandatum Domini: Unge caput tuum, id est Christum, scilicet in membris suis sustentando, Mt. VI. Oleum unccionis pontificalis gestavit in vertice, secundum quod dicitur sanctis sacerdotibus Levi.
20 X. Oleum sancte unccionis est super vos. Oleum doctrine spiritualis ministravit ex ore. Sicut naute in missione olei ex ore suo dicuntur illuminare profundum maris, sic doctor ministerio oris illuminat cor peccatoris effundens, id est publicans, scilicet in predicatione, oleum, id est nomen Iesu Christi, Cant. I^o. Dicitur etiam sancto viro et etiam omnibus nobis cum ipso, quod ista teneat omni tem-
25 pore indeficiente perseverando in utroque finaliter. Quatuor autem causant in nobis perseveranciam, scilicet fidei magnitudo. Thob. II^o: Vitam illam expectamus, quam Deus daturus est hiis, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Thob. V^o: Forti animo esto, in proximo est, ut a Deo cureris, scilicet a culpa et pena. Exempli sanctorum multitudo. Ia. V.: Exemplum accipite laboris et paciencie prophetas. Promissionis Christi certitudo. Mt. X.: Qui perseveraverit etc. Ad quam salutem nos perducatur precibus pii pontificis mundus et misericors
30 Iesus Christus. Amen.

5. DE SANCTA LUCIA

35 Gloria Libani data est ei, decor Ca(r)meli et Saron, Is. XXXV. Sponsus celestis Dominus Iesus triplici grandi munere dotavit sponsam suam, Sanctam Luciam. Primo quidem, virginitatis honore, quia gloria Libani, id est meritum et premium virginitatis, data est ei. Secundo, paupertatis amore, quia decor Car-

1 immundum, immundus erit: M immundus immundum erit 3 Vestimentis: M add. et del. sordida 4 occurrit: M add. id est 21 missione: M add. et del. Dei

1 Lev. 11,25 2 Zach. 3,4 3 Apoc. 3,18 4 Sap. 7,25 5 Mt. 22,13 7 Is. 10,27
9 Mt. 25,4 11 Ps. 88,21 12 recte Mc. 6,13 13 Sap. 16,12 14 Prov. 21,20 18 Mt.
6,17 19 Lev. 10,7 23 Cant. 1,2 26 Tob. 2,18 28 Tob. 5,13 29 Iac. 5,10 30 Mt.
10,22 34 Is. 35,2

meli, id est circumcisio paupertatis, datus est ei. Tercio, passionis agone, quia
 decor Saron, id est angustia passionis, etiam data | est ei. Hec enim omnia sunt
 dona Dei, sine quo nec castitas custoditur dicente Sapiente: Non possum esse
 continens, nisi Deus det, Sap. VIII. Nec paupertas subitur, sed potius fugitur
 5 secundum illud dictum Lucani poete: Fecunda virorum paupertas fugitur, et Oracii
 in epistolis: Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes. Nec per marti-
 rium pervenitur, Phil. III.: Vobis datum est non solum, ut credatis in eum, sed ut
 etiam pro illo paciamini. Ideo convenienter dicitur, quod gloria Libani data est
 ei, decor Carmeli et Saron, et suple: datus est ei, scilicet a Christo. De hiis tribus
 10 cantatur ad laudes ipsius: Odisti, que in mundo sunt, scilicet pauper cum pau-
 peribus, et coruscas cum angelis, scilicet virgo cum virginibus, sagwine proprio
 inimicum vicisti, scilicet martir cum martiribus. Dicamus ergo de sancta puella:
 Gloria Libani data est ei. Sciendum est autem, quod dominus noster, quia dives
 est in omnes, qui invocant illum, Ro. X., ideo dat suis diversa dona. Et que-
 15 dam quidem dat ad illuminationem intellectus, quedam autem ad deputationem
 affectus, quedam vero ad expeditionem effectus. Ad illuminationem intellectus
 dat profectum studentibus. Sap. X.: Dedit illi scienciam sanctorum. Intellectum
 meditantibus. Ps.: Intellectum tibi dabo et instruem etc. Verbum docentibus. Ps.:
 Dominus dabit verbum. Ad expeditionem effectus dat virtutem laborantibus. Is.
 20 L.: Dat lasso, id est in operibus fatigato, virtutem, scilicet bona faciendi. Dat re-
 quiem pro laboribus. Is. XLIII.: Dabit tibi requiem a labore tuo. Dat stabilitatem
 perseverantibus. Eccli. XLVI.: Dedit illi fortitudinem, et usque in senectam per-
 mansit illi virtus. Ad deputationem affectus dat lacrimacionem penitentibus. Is.
 XLIII.: Dedi in solitudinem aquas, id est fletum compuncionis penitentibus. Dat
 25 iocunditatem amantibus. Ps.: Dedisti leticiam in corde meo. Dat castitatem con-
 tinentibus, sicut nunc dicitur de Sancta Lucia: Gloria Libani data est ei. Libanus
 interpretatur candidacio. Habuit autem sancta virgo primo, candorem purissi-
 me cogitacionis || in mente, cuius capilli, et subtilissime et sacre cogitaciones,
 30 erant candidi, tamquam lana alba per puritatem, Apo. I. Secundo, habuit candore-
 rem sincerissime castitatis in carne, cuius candoris pulchritudinem amirabatur
 oculus, id est rationis intuitus et etiam corporalis oculus, Eccli. XLIII. Quia
 viciit bestiam invincibilem, id est fornicatricem, a qua fortissimi quoque vln-
 erati sunt ut Samson, Iudith XLIII. Tercio, habuit candorem serenissime accionis
 35 in opere implens illud, quod dicitur Eccles. IX.: Omni tempore vestimenta tua
 sint candida, id est exteriora opera munda. Quarto, habuit candorem decentissi-
 me honestatis in conversacione, quasi una de sanctis angelis, de quibus dicitur
 Apok. XV.: Vestiti erant lino mundo et candido, id est exemplari vita et mori-
 bus spectabilibus. Huiusmodi candoribus carent omnes immundi, quorum facies,
 id est consciencia conversacionis, denigrata est super carbones, Tre. III., et fa-

2 Hec: M hic 2 enim: M add. et del. est 11 proprio: M add. et del. cum 15 quedam
 autem: M quidam autem 32 fornicatricem: M formicem 32 a qua: M a quo 32 quoque:
 M quique 33 Samson: M Sanson 37 lino: M lapide 39 carbones: M cactones

4 Sap. 8,21 5 Lucan. 1,165-166 5 Hor. epist. 1,1,46 7 recte Phil. 1,29 10 Odisti, que
 – quis et ubi? 14 Rom. 10,12 17 Sap. 10,10 18 Ps. 31,8 18 Ps. 67,12 19 recte
 Is. 40,29 21 Is. 14,3 22 Eccli. 46,11 23 Is. 43,20 25 Ps. 4,7 29 Apoc. 1,14
 31 Eccli. 43,20 33 recte Iud. 14 34 Eccle. 9,8 37 Apoc. 15,6 39 recte Lam. 4,8

cies sicut nigredo olle, Naum II. Carmelus interpretatur circumcisio et designat voluntariam paupertatem et ex amore electam, cuius possessio est regnum celorum, Mt. V^o. Quem circumcidit, ut habentes alimenta et tegumenta, his contenti simus, I Thim. VI., quia dicit Ieronimus ad Paulinum: Quia victus et vestitus
 5 divicie Christianorum sunt. Quod autem amplius est, scilicet superflua, si quis retineat, a malo est, scilicet culpe vel infirmitates. Talis paupertatis electrix et amatrix fuit hec sancta puella, que dixit matri sue: Quod michi dare vis eunti ad virum, pauperibus da, quia oblacio, que maxime Deo placet, est subvenire pauperibus. Saron interpretatur coangustacio et designat martirii vehemenciam, que
 10 angustavit crudeli supplicio, sicut homo expertus in martiriis: Tribulacio et angustia invenerunt me. Secundum quem modum factum et in hac puella sancta, que cum superasset ignem, picem et resinam, fervens oleum, gladium in ore eius mergi fecerunt et migravit ad agnum, sponsum, dominum Jesum Christum. 5d

6. DE SANCTO THOMA APOSTOLO (Sermo primus)

Confessionem et decorem induisti amictus lumine sicut vestimento (Ps. CIII.). Sententia huius dicti completa fuit in sancto apostolo Thoma, quando deposita infidelitate exposuit veritatem credulitatis dicendo: Dominus meus et Deus. Unde possumus ei dicere et debemus: Confessionem, scilicet divini nominis, et
 20 decorem, scilicet gracie et virtutis, induisti, o beate apostole, amictus lumine, id est illuminatus veritate, sicut vestimento. Cuius amictus primo fuit abissus secundum illud: Abyssus, sicut vestimentum amictus eius, id est profunda erroris obscuritas, quando dixit: Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum, non credam. Abyssus enim dicitur quasi sine bisso, id est candore, et designat cor
 25 infidele, quod caret pure veritatis illuminatione. Sed cum dilectus locutus est dicendo: Infer digitum tuum huc et noli esse incredulus, sed fidelis, anima sua liquefacta a pristina duricia, sicut cera, que fluit a facie ignis. Et tunc abissus, id est Thomas, prius obscurus, dedit vocem suam confitendo Christum, sicut nunc dicitur: Confessionem induisti. Et deinceps sol, id est ipse apostolus, et luna, id
 30 est ecclesia, steterunt in habitaculo suo, id est confirmati sunt in fide, Abac. III. Quoniam ut dicit Gregorius: Dubitando vulnerum cicatrices tetigit, et a nostro pectore infidelitatis vlnus sanavit. Sicut in nobis primo debet esse confessio peccatorum et tunc sequitur virtutum et lumen cognicionum. Nam confessio decorat animam et illuminat, ut et de nobis similiter dici possit: Confessionem et decorem induisti etc. Qui vero non habent veram confessionem, nec sunt decori, nec
 35 luminosi. Ideo sciendum est, quot debemus confiteri primo, peccatum detegendo. De quali confessione dicitur Iac. V.: Confitemini alterutrum peccata vestra.

3 tegumenta: M tegimenta 4 Paulinum: M Paulam 7 hec: M hic 33 lumen: M lumine

1 Nah. 2,10 3 Mt. 5,3 4 1 Tim. 6,8 4 Hier. epist. 53,10; PL 22,549 6 cf. Mt. 5,37
 7 Quod michi – quis et ubi? 10 Tribulacio et: Ps. 118,143 16 Ps. 103,1–2 18 Dominus meus: Io. 20,28 22 Ps. 103,6 23 Io. 20,25 26 Io. 20,27 30 Hab. 3,11 31 Greg. M. in evang. 29,1; PL 76,1213C – cf. Greg. M. in evang. 26,7; PL 76,1201C 37 Iac. 5,16

- Secundo, Deum orando. Eccli. XXXIX.: In oracione confi- || tebitur Domino. 6a
Tercio, fidem profitendo. Ro. X.: Ore confessio fit ad salutem. Taliter confiten-
tes induuntur decore et lumine. Dicitur autem decor primo modo, rectitudo vite.
Ps.: Concupiscet rex decorem tuum, id est honestatem vite tue, ad quam mone-
5 tur Iob XL.: Circumda tibi decorem. Secundo, pulchritudo gracie. Eccli. XLII.:
Magnalia sapientie sue, id est hominem, in quo apparet magnifica sapientia sua,
decoravit, scilicet per appositionem gracie, que est perfectio nature et pulchri-
tudo eius, ad quam pulchritudinem monemur I Paral. XVI.: Adorate Dominum
in decore sancto, id est in perfectione gracie, quia adoratio graciosi accipitur,
10 non alterius, Gregorius, cum is, qui displicet ad intercedendum, mittitur irati, id
est animus ad deteriora provocatur. Tercio, claritudo patrie. Sap. V^o: Accipient
regnum decoris de manu Domini. Is. XXXIII.: Regem in decore suo videbunt.
Dicitur ergo decorus esse, quia habet honestam vitam et gratiam perficientem et
gloriam consummantem gratiam. Lumen vero dicitur gracia, ut Eccli. XXIII.:
15 Ut feci, ut in celis, id est animabus sanctis, ut oriretur lumen indeficiens, id
est gracia finalis, Sap. [ut] caput VI.: [id est] Diligite lumen sapientie, id est
transite in sapientiam, que est lumen glorie, ut Io. VIII.: Qui sequitur me etc.
Qui ergo habet perfectionem gracie, plenitudinem sapientie, altitudinem glo-
rie, dicitur esse amictus lumine. Quo amictu induat nos suffragantibus pro nobis
20 precibus sancti apostoli decorus et luminosus Dominus, Jesus Cristus. Amen.

7. DE SANCTO THOMA APOSTOLO

Sermo secundus

- Quod ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefac-
tum tabescebat, Sap. XVI. Sub methafora triplicis rei nominate in verbo presenti
25 scilicet mannatis, ignis et solis, allegorice trium fit expressio persanctarum, scili-
cet Thome apostoli, apostolici chori, et apostolorum Domini. Ignis ergo fuerunt
apostoli, in quibus commendatur donum communicationis, quia ad modum | 6b
ignis diffundebant radios suos revelacionem sibi factam Thome communican-
do, ut dicitur in hodierno ewangelio: Dixerunt, inquit, ei, scilicet Thome alii
discipuli: Vidimus Dominum. Dico autem ad gloriam apostolorum, quod ignis
30 excellit alia elementa in tribus, scilicet in specie, quia clarus est, cum omnia alia
secundum se fiunt obscura. In ordine, quia spera ignis est super alia elementa.
Et hoc apparet ex dicto Philosophi De celo et mundo, quod ubi est motus totius
ignis, ibi est et scintille unius. Videmus autem, quod ignis estuando movetur et
35 semper sursum fertur, quasi tendens ad summum universum. In virtute, quia ha-
bet potenciam activam maximam. Et hoc apparet ex eo, quod alia elementa et
elementata sunt materia eius, et habet potenciam convertendi ea in naturam sui,
ut dicit Dionysius XV. Angelice iera(r)chie: Ea, in quibus ingignitur, ad sui agit

23 poterat: M potest 23 exterminari: M determinari

1 Eccli. 39,9 2 Rom. 10,10 4 Ps. 44,2 5 Iob 40,5 5 Eccli. 42,21 8 1 Par. 16,29
10 Greg. M. – ubi? 11 Sap. 5,17 12 Is. 33,17 14 Eccli. 24,6 16 Sap. 6,23 17 Io.
8,12 24 Sap. 16,27 29 in hodierno ewangelio: Io. 20,24–29 30 Io. 20,25 33 Aristot.
– ubi? 38 Ps. Dion. Areop. coel. hier. 15,2; Dionysiaca 996

operationem, id est ignicionem. Sic apostoli ad instar ignis excellunt alios specie honestatis, quia sancte et iuste his, qui crediderunt, fuerunt, I Thes. I^o. Quorum lux, id est honestas sic lucebat coram hominibus, ut mundus glorificaretur, Mt. V^o. Ordine dignitatis, quia erant principes constituti super omnem terram, quos
5 constituit Deus Dominus domus sue et principes omnis possessionis sue. Virtute potestatis, quia dictum est eis: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, Io. XX. Ideo indulgentie fiunt auctoritate Dei et apostolorum. Manna vero fuerit Thomas, in quo pro tempore illo reprobatur viciū obstinacionis, quia ab igne, id est ab aliis apostolis dicentibus: Vidimus Dominum, non poterat exterminari, id est removeri a sua infidelitate et ad credulitatem adduci, sed potius dixit:
10 Nisi videro in manibus etc., non credam. Habebat enim curiositatem experiendi et per sensum ad fidem veniendi et volebat certitudinem capere per visum et tactum, quia dixit: Nisi videro et mittam manum meam in latus eius, non credam. Sed, ut dicit Augustinus in libro LXXXIII questionum: || Iudicium veritatis non est in sensibus constitutum, quia omnes sensus fallunt, ut idem dicit in libro super Genesim: Ad terram navigantibus videntur in terra moveri, que
15 stant, et intuentibus celum stare sidera, que moventur, et in aqua remus fractus et divaricatis radiis oculorum due lucerne species, et sonus transeuntis veiculi putatur tonitruum et cibus aliquo dulci fuco affectus putatur melle conditus, et
20 ignotus annulus in membris contractus putatur aureus, cum sit cereus vel argenteus. Sed Deus, qui novit de malis educere bona, infidelitatem suam convertit in utilitatem suam, quoniam ut dicit Glosa Io. XX. Dubitando profundius novit, et firmiter stetit. Sol vero est Jesus, Dominus noster, in quo commendatur beneficium emollicionis, quia statim ab exiguo radio solis calefactus in mollicionem est resolutus. Cum enim dixit Christus uno verbo: Infer digitum tuum huc
25 et noli esse incredulus, sed fidelis, statim emollitus respondit: Dominus meus et Deus meus. Confitetur autem eum potentem, quia dixit: Dominus meus. Quia secundum Ambrosium Dominus est nomen omnipotentie, dicit enim respectu subiectorum. Quia dominus et servus sunt relativa. Et omnia relativa ad convertentiam dicuntur, ut servus domini servus et dominus servi dominus, secundum
30 Aristotelem in Predicamentis. Et scientem, quia dicit: Deus meus. Nam secundum Damascenum I^o : Deus dicitur a theaste, id est considerando omnia. Nulla enim eum latent, sed omnium est contemplator. Ideo orandus est, ut sicut videt nos per sapienciam, sic protegat nos per potenciam, sol iusticie, Christus
35 Dominus noster.

6c

8. DE NATIVITATE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI

Sermo primus

Propter Sion non tacebo et propter Ierusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor iustus eius, et salvator eius ut lampas accendatur, Is. LXII. 4 Reg.

6 potestatis: M potantis 32 Damascenum: M Daniel

2 recte 1 Thess. 2,10 3 Mt. 5,6 4 principes constituti: Ps. 44,17 5 constituit Deus: Ps. 104,21 6 Io. 20,23 14 Aug. divers. quaest. 9; PL 40,13 15 Aug. gen. ad litt. 12,25,52; PL 34,475 25 Io. 20,27 26 Io. 20,28 28 Ambr. – ubi? 31 Arist. cat. 7 32 Ioh. Damasc. – ubi? 39 Is. 62,1 39 4 Reg. 7,9

- VII.: Hec dies boni nuncii est, quia bonum nobis nunciat, scilicet ortum Filii Dei in Betlehem Iude, si tacuerimus, ut muti et ingrati, et non annunciiaverimus, | scilicet predicando, sceleris arguemur, id est de ingratitudine inculpabimur. Sed quia sine adiutorio ipsius nascentis nuntiatores esse non possumus sue nativitat-
 5 is, ideo ipsum invocate dicendo sue genitrici: Ave Maria. Propter Sion non tacebo etc. Ardorem desiderii antiquorum patrum Christi presenciam in carne suspirantium spirant ista verba, in quibus exprimitur causa meritoria de congruo, etsi non de condigno, que Filium Dei de sinu Patris traxit in terram, scilicet de-
 10 siderium omnium iustorum humani generis, qui dupliciter meruerunt adventum Filii Dei, ut ostenditur ex verbis istis, scilicet invocacione oris et desiderio cordis. De oracione dicit: Non tacebo, Glosa: a precibus, donec veniat Dei Filius. Quorum oracio exprimitur Exo. III.: Obsecro Domine, mitte, quem missurus es, et Eccli. XXXVI.: Ostende nobis lucem miserationum tuarum. De desiderio dicit: Non quiescam, scilicet desiderare corde et animo, quia ipse est desideratus
 15 cunctis gentibus, Aggei II°. Quorum desiderium exprimitur Is. LXIII.: Utinam dirump(er)es celos et descenderes. Gen. XLIX.: Salutare tuum expectabo Domine. Ex his apparet secundum dictum Bernardi super Cant., quod cui nostrum tantum ingerit gaudium gracie huius exhibicio, quantum in veteribus sanctis accenderat desiderium sola promissio? Petebant autem duo oracione et deside-
 20 rio, scilicet Filii incarnationem et incarnati passionem. De incarnatione: Donec egrediatur, Glosa: ex utero virginis, ut splendor. In hoc tangit modum nativitat-
 25 is eius, quoniam sicut splendor exit a sole sine solis corrupcione, sic Christus natus est de virgine sine virginitatis eius lesione, secundum dictum Gregorii: Matris integritatem non minuit, sed sacravit. Hinc est, quod cantatur ad laudes virginis cum integritate parientis: Sicut sidus radium profert virgo filium pari
 30 forma, neque sidus radio, neque mater filio sit corrupta. De passione dicit: Et salvator eius etc. Lampas enim fuit Christus, positus in candelabro || crucis et accensus vehementi igne passionis, ut totum mundum illuminaret. Unde dicit Bernardus in sermonibus: Ideo Unigenitus Dei, sol iusticie, tam immensi et pre-
 35 clari luminis cereus, in huius mundi campo illuminatus est et accensus, ut omnes qui illuminari voluerint, ad illum accedant, dicente Psalmo: Accedite ad eum et illuminamini. Dicendo autem: iustus eius et salvator eius, excludit causam meritoriam mortis a Christo, qui malam causam moriendo non habuit, quia iustus fuit et per suam mortem salvator aliorum extitit. Ista autem faciebant sancti, scili-
 40 cet ut orarent et desiderarent propter Sion et propter Ierusalem, id est ecclesiam, que appellatur multitudo salvandorum, que in presenti est Sion speculando per fidem, in futuro erit Ierusalem videndo per speciem. Porro pietas divina implevit pium desiderium servorum suorum mittendo Filium suum et satisfaciendo affectui eorum et necessitati redimendorum. Et tunc impletum est, quod dicitur Iob XXXVIII.: Concentum celi, id est clamorem sanctorum, quis dormire faciet? id est quiescere. Per celum enim intelligitur chorus patriarcharum et prophetarum,

3 de: M *add. et del.* in 4 esse: M *add. et del. litt.* p 15 Utinam: M *add. et del.* diff-
 17 cui: M mille ? 40 quis: M quibus

12 Ex. 4,13 13 Eccli. 36,1 15 Agg. 2,8 15 *recte* Is. 64,1 16 Gen. 49,18 17 Bern.
 serm. in cant. 2,1; PL 183,790A 23 Greg. M. – *ubi?* 25 Sicut sidus: AH 54,5 29 Bern.
 serm. vig. nat. Dom. 3,2; PL 183,95C 31 Ps. 33,6 39 Iob 38,37

- quorum concentus fuit concors desiderium et concors denuncciatio de adventu Christi. Concordia desiderii designatur Gen. XLIX., ubi dicitur: Donec veniat desiderium eternorum collum, in eo scilicet, quod colles, id est sanctos, pluraliter dicit, desiderium vero singulariter. Concordia denuncciacionis designatur
- 5 Apo. V., ubi dicitur: Unus de senioribus dixit michi, Glosa: concordia sanctorum. Concentus iste vigilabat et clamabat ante incarnationem, secundum quod nunc dicitur: Propter Sion non tacebo, sed iam dormit, quia desideratum accepit et de accepto gaudet iuxta dictum Salomonis: Desiderium, si compleatur, delectat animam, Prover. XIII. Quod et nobis prestat splendor paterne glorie egressus
- 10 nascendo et accensus moriendo Dominus Iesus Christus.

9. (DE NATIVITATE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI) Sermo secundus

- Oportet ad ortum lucis te adorare, Sap. XVI. Bernardus in sermonibus: Nativitas Christi honorabilis est mundo illi- | bata sanctitate, amabilis hominibus 7b
- 15 collati beneficii magnitudine, investigabilis angelis sancti misterii profunditate. De tali ergo nativitate locuturus gracia est inploranda ipsius nascentis mediante adiutorio matris. Ideo dicatis ei: Ave Maria. Oportet ad ortum lucis te adorare. Ergo cum legeretur kalendarium, recitatum est nobis ineffabilis gracie benefi-
- 20 cium, ortus videlicet temporalis Filii Dei in Betlehem Iude. Unde enim dicit Augustinus in III^o (libro), distincio XII.: In rebus per tempus ortis illa summa gracia est, quod hominis natura in unitate persone coniuncta est Deo. Hoc ergo summum divine gracie beneficium requirit a nobis devote regracionis servitium, sicut nunc dicitur: Oportet ad ortum lucis te adorare. Nichil enim habemus dignum, quod offeramus Domino, nisi quod curvemus genua cordis et corporis
- 25 Deo excelso, Mich. V. Primo ergo, dicemus de Dei beneficio, quod est ortus lucis. Secundo, de nostro debito, quod est cultus adoracionis. Ortus ergo lucis est nativitas Christi temporalis, quem ideo scriptura lucem appellat cum de ipsius nativitate tractat, ut per hoc modum nativitatis eius ostendat. Quia sicut lux procedit a luminoso sine diminucione substancie luminosi, quia dicit Algazel in
- 30 Methaphisica sua, quod sol emittit lucem a se sine separacione alicuius a se, sic Christus processit ex virgine sine virginitatis ipsius lesione. Quem modum exprimit propheta, cum dicit: Egredietur ut splendor iustus eius, Glosa: ex utero virginis, Is. LXII. Quem nos debemus adorare in ortu suo, ut corde et corpore gratias agamus Domino Deo nostro. Ut autem convenienter fiat nostra oracio,
- 35 oportet exprimere locum adoracionis, modum adorandi et motivum ad adorandum. Locus adoracionis triplex est, scilicet sancta ecclesia, sincera consciencia, universa creatura. De primo loco, qui est domus oracionis et fides ecclesie, dicit Dominus Io. III.: Ierosolimis est locus, ubi oportet adorare. Quia dicit Augustinus, quod bona sine fide facta sunt sicut cursus celerrimus || sine via, et quot 7c

15 beneficii: M beneficio

2 Gen. 49,26 5 Apoc. 5,5 9 Prov. 13,19 13 Sap. 16,28 13 Bern. serm. vig. nat. Dom. 1,1; PL 183,87C 20 recte Petr. Lomb. sent. 3,12 25 recte Mich. 6,6 29 Algazel – ubi? 33 Is. 62,1 38 Io. 4,20 39 Aug. – ubi?

sine recta fide falsa virtus est in optimis moribus. De secundo loco, qui est fidelis anima, dicit Psalmus: Adorate Dominum in aula sancta eius, Glosa: in sanctificato corde. Hunc locum adorandi docet Dominus Mt. VI^o: Cum oraveris, intra in cubiculum tuum, id est in cordis secretum intimum, et clauso hostio, scilicet sensuum exteriorum, ora patrem tuum in abscondito, scilicet sancte intentionis. Exemplum de Daniele, qui ingressus domum suam adorabat coram Domino Deo suo, Dan. VI^o. De tercio loco, qui est universa creatura, dicit Psalmus: In omni loco dominacionis etc. Augustinus II.: Nulla creatura, nullus locus laudi excipitur, ubique dominatur, ubique benedicitur. I^o Tim. II^o: Volo viros orare in omni loco. Modus orandi eciam triplex est. Debet enim adorari primo, cum reverencia et humilitate ex parte cordis, quoniam ut dicit Bernardus in sermonibus: Humilitas est propria virtus divine exhibenda maiestati. Ideo omnino corpore et animo prosterni debemus in terram in signum magne humilitatis et reverencie, sicut fecerunt illi, de quibus dicitur Apo. V.: Ceciderunt in terram coram Agno. Exemplum de apostolo, qui dicit Col. II^o: Flecto genua mea, id est humilio interiora mentis et exteriora corporis, ad Patrem, qui est actor huius nativitatis, de qua nunc agitur. Secundo, cum devota laudum decantacione ex parte oris, quem modum adorandi tradit Psalmus dicens: Omnis terra adorat te et psallat tibi. Est autem psallere psalmo in laudem Dei decantare, quot officio oris. Exemplum de avibus, que orta luce garrire incipiunt et modulari. Sic nos nato Christo, ut impleatur in nobis, quod dicit Psalmus: Adorabunt coram te et glorifi(cabunt) no(men) tu(um), quoniam magnus es tu, et facis mira(bilia) solus, quod virginitas iungatur cum integritate, Deus cum homine, fides cum corde. Tercio, debet adorari cum debita munerum oblacione ex parte operis, quia dictum est Eccli. XXXV.: Non apparebis in conspectu Dei tui vacuus. Ps.: Tollite hostias et introite etc., Glosa: | ne vacui intretis, sed cum hostiis. Exemplum de magis, qui adoraverant muneribus oblatis, Mt. II^o. Motivum ad adorandum iterum est triplex. Primum est adoracio Verbi, quia hoc frequenter indicit nobis Scriptura, ut in Psalmo: Venite, adoremus et procidamus ante Deum. Et alibi in Psalmo: Adorate Dominum in atrio sancto eius, id est in illo diversorio, in quo peperit virgo filium suum primogenitum, Lu. II^o. Secundum est exemplum facti, quia sancti sic fecisse leguntur. Exo. III^o: Audierunt filii Israel, quod visitasset eos Dominus et proni adoraverunt. Exemplum de elephantibus, de quibus dicit Solinus in libro De mirabilibus mundi, quod solem orientem motibus, quibus possunt, adorant et salutant. Tercium est commodum sequens ex facto adoracionis, quia adorans benedicitur. Misit enim Deus filium suum benedicentem nobis, Act. II^o. Ideo, inquit, oportet prevenire solem ad tuam benediccionem, scilicet suscipiendam. Sap. XVI.: Solem, inquam, hodie orientem, oportet prevenire, ut scilicet cum audivimus, quod Iesus nascitur, statim adoremus et hodie. Ideo ne fervor conceptus repescat et ardor sancti desiderii frigescat, cum ascensus contemplatoris sit occiduus, ut locuste, dicente Bernardo, quod rara hora et parva mora

7d

15 Col.: M Colocen 27 adorandum: M orandum

2 Ps. 28,2 3 Mt. 6,6 7 Dan. 6,10 7 Ps. 102,22 8 Aug. – ubi? 9 1 Tim. 2,8
 11 Bern. serm. nat. Dom. 4,2; PL 183,127A 14 Apoc. 5,8 15 recte Eph. 3,14 18 Ps. 65,4
 21 Ps. 85,9 24 Eccli. 35,6 25 Ps. 95,8 27 Mt. 2,11 29 Ps. 94,6 29 Ps. 28,2
 31 Lc. 2,7 32 Ex. 4,31 33 Sol. 25,2 36 recte Act. 3,26 38 Sap. 16,28 41 Bern.
 serm. in cant. 23,15; PL 892B

potest esse homo in contemplacione. Et quando dixit rethor Apollonius: Lacrima nichil cicius arescit. Sic adorantes suscipiemur ab eo, qui ortus est in terris, ut nos collocet in celis, Dominus Iesus Christus. Amen.

10. <DE NATIVITATE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI>

Sermo tercius

5

Puer natus est nobis, Is. IX. Ad exemplum Dei, qui Verbum abbreviatum hodie fecit in terra, debemus et nos brevi verbo laudare Verbum abbreviatum, id est Filium incarnatum, de cuius incarnatione dicit propheta in verbo, quod audistis: Puer natus est nobis. Habet autem Christus triplicem nativitatem. Nascitur enim a Patre semper. Ps.: Ego hodie genui te. Hoc, quod dicit: hodie, notat presentialitatem, quia eius generacio non habet finem. Nascitur a matre semel. Ps.: Homo natus est in ea. Loquitur || per preteritum dicendo: natus est, ut notet hanc nativitatem semel transsisse. In mente sepe. Exo. II.: Concepit, scilicet in proposito boni, mulier, id est anima, et peperit, scilicet in effectu operis, filium, scilicet illum, qui vocatur Iesus, id est salutem, ad quam pervenitur proposito voluntatis et effectu operis, et videns eum elegantem, id est delectabilem et sibi similem, abscondit mensibus tribus, possidendo Iesum in fide, spe et caritate. Sic triplex nativitas designatur in tribus missis natalis Domini. Nativitas a Patre in missa noctis, in qua dicitur: Dominus dixit ad me etc. Ideo autem celebratur in nocte illa missa, quoniam illa nativitas de angustia cordis nostri et de iudicio nostre rationis sublata est. Is. LIII.: Generationem eius quis enarrabit? Bernardus: Nativitas Christi investigabilis est angelis sacri misterii profunditate. Nativitas in corde declaratur in missa aurore, quia tunc incipit apparere in anima dies gracie recedente nocte culpe, secundum quod dicitur Ro. XIII.: Nox precessit. Nativitas ex matre designatur in missa diei in meridie, quia tunc apparuit humanitas salvatoris nostri, quando visus est in terra et conversatus est cum hominibus, Bar. III°. Obmissa prima et secunda nativitate de tertia est dicendum, quod hodie facta est dicente propheta: Puer natus est nobis. Et primo, dicemus de commendacionibus nativitatis eius, secundo, de laudibus ipsius nati, tercio, de debito nostro, quo tenemur puero nato. Ad commendacionem nativitatis eius pertinet primo, humilitas nascentis, quoniam ut Bernardus in sermonibus: Magna est potencia, sed plus est miranda misericordia, quod sic humiliter venire voluit, qui et aliter subvenire potuit. Parvulus enim hodie nascitur nobis, ut non apponat ultra magnificare se homo super terram. Intollerabilis enim imprudencie est, ut infletur fermiculus, quando se exinanivit maiestas. Secundo, integritas parentis, quoniam describit Ezech. XLVIII.: Porta hec clausa erit, quia Maria se-

8a

2 cicius: M cuius 3 Amen: M *al.man.* 18 Domini: M *add. et del.* Sanctitas 29 tercio: M ergo 32 venire: M *iter. et corr.*

1 Walther 13370b 6 Is. 9,6 10 Ps. 2,7 11 Ps. 86,5 13 Ex. 2,1 19 Dominus dixit: Ps. 2,7; Intr. missae noctis 21 Is. 53,8 22 Bern. serm. vig. nat. Dom. 1,1; PL 183,87C 24 Rom. 13,12 25-26 apparuit humanitas: Tit. 3,4 27 Bar. 3,38 31 Bern. serm. vig. nat. Dom. 3,1; PL 183,94C 33-34 non apponat: Bern. serm. nat. Dom. 1,1; PL 183,115C 36 Ez. 44,2

cundum Augustinum scripta est intacta, | et homo non transivit per eam, quia 8b
 Ioseph non cognovit eam, et solus Dominus ingreditur per eam nascendo ex
 ipsa, et clausa erit in eternum eciam post partum. Tercio, utilitas eorum, pro
 quibus natus est, que ponitur Lu. II.: Ewangelizo vobis gaudium magnum, quia
 5 natus est hodie Salvator, et Hester XII.: Lux et sol ortus est, et humiles exaltati
 sunt. Christi enim descensio nostra fuit sursum ascensio. Sicut dicit Crisostomus
 super Iohannem: Excelsum humili aderens ipsum quidem nichil leditur in pro-
 pria gloria, illud vero multam suscipit nobilitatem. Et ideo, ut dicit Bernardus:
 10 Exultemus, fratres, in hac nativitate, quam salutis utilitas tam eleganter illustrat,
 ut nichil desit ex omnibus, que desiderantur. Ad commendacionem ipsius nati
 pertinet primo, mundicia carnis, quam assumpsit, quando fuit puer nazareus Dei
 ex matris utero, Iudic. XIII. Et cum descenderet ad incarnandum, venit ad cor-
 pus incoquinatum, id est ad intermate virginis uterum, ut ipse dicit Sap. VIII.
 15 Secundo, sapiencia mentis, qua interius claruit, quia erat puer ingeniosus et sor-
 titus animam bonam, Sap. VIII. Et proficiebat sapiencia et gracia apud Deum et
 homines. Lu. II. Tercio, obediencia accionis, quam exterius exercuit secundum
 illud: Iam puerile iugum tenera cervice regebat. Dicitur enim Lu. II., quod erat
 subditus illis, scilicet Marie et Ioseph. Alios autem pueros in peccatis natos ex
 20 condicione nature tria mala committantur opposita istis tribus, scilicet originalis
 concupiscencia. Ps.: Ecce enim in iniquitatibus conceptus etc. Actualis ignoran-
 cia. Prover. XXII.: Stulticia colligata in corde, id est puericia. Libertatis lascivia.
 Poeta: Et puer es, non te quicquid nisi ludere oportet. Sed in Christo sancta na-
 tivitas evacuavit reatum concupiscencie originalis. Cognicio manifesta removet
 25 tenebras ignorancie actualis. Subieccio devota exclusit libertatem male volunta-
 tis. Debitum vero nostrum ad puerum natum comprehenditur in tribus, scilicet in
 dileccione, || compassione et veneracione. De primo dictum est Osee XI.: Puer 8c
 Israel, et dilexi eum. De secundo Exo. II.: Cernens parvulum vagientem miserta
 est eius. Creditur enim flevisse in ortu suo, sicut alii pueri secundum illud: Va-
 git infans inter arta conditus presepia. Et primam vocem similem omnibus emisi
 30 plorans, Sap. VII. Dictum est autem flere cum flentibus, Ro. XII. De tercio, Ier.
 XXXIII.: Filius honorabilis Effraim. Iste est enim puer, de quo verissime intelli-
 gitur illud dictum Iuvenalis: Maxima debetur puero reverencia. Exhibetur autem
 puero huic reverencia debita celebratione festivitatis sue, propter quod dicitur
 nobis Naum II^o: Celebra, Iuda, festivitates tuas. Sed non est festandum nobis
 35 seculariter in ludis et insaniis falsis, sicut solet fieri in isto festo, ne dicatur de
 nobis: Unde letanter insaniunt, Sap. 14., et quia non consolatur Christi infancia
 garrulos nec lacrimae chachinnantes, secundum Bernardum. Sed festandum est
 nobis modo debito. Primo, cum devocione cordis, ut simus attenti Deo et di-
 vinis, audiendo et orando, secundum apostolum, Phi. III.: Dominus prope est,

3 clausa: M add. et del. id est 11 nazareus: M nazarenus 37 garrulos: M garrules

1 Aug. - ubi? 4 Lc. 2,10 5 recte Esther 11,11 6 Ioh. Chrys. hom. in Ioh. 11,1; cf.
 PG 59,79 8 Bern. serm. vig. nat. Dom. 6,2; PL 183,110B 12 Iud. 13,5 13 Sap. 8,20
 15 Sap. 8,19 16 Lc. 2,52 17 Iam puerile - quis et ubi? 17 Lc. 2,51 20 Ps. 50,7
 21 Prov. 22,15 22 Et puer: Ov. rem. 23 26 Os. 11,1 27 Ex. 2,6 28-29 Vagit infans:
 AH 50,71 30 Sap. 7,3 30 Rom. 12,15 30 recte Ier. 31,20 32 Iuv. 14,47 34 recte
 Nah. 1,15 36 Sap. 14,28 37 Bern. serm. nat. Dom. 5,5; PL 183,130B 39 Phil. 4,5-6

nascendo hodie, petitiones vestre in omni oracione innotescant apud Deum. Secundo, cum sanctitate conversacionis, ut in festis simus sine peccatis facientes illud, quod dicitur Exo. XII.: Circumcidetur prius, scilicet a peccato, quod fit per confessionem, et tunc rite celebrabit, scilicet solemnitatem Domini. Tercio, cum quiete ipsius corporis, ut non simus semper servi glebe. Quia et hoc ipsum precipitur nobis divinitus, Numeri XXVII.: Dies primus erit nobis celeberrimus, omne opus servile non facietis in eo. Et sic festantes temporaliter transferet puer natus ad festum eternum, qui est benedictus in secula.

11. <DE NATIVITATE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI>

Sermo quartus

10

Exortum est in tenebris lumen rectis, misericors et miserator et iustus. <Ps. CXI.> Ieronimus ad Eliodorum: Grandes materias ingenia parva non sufferunt. Materia hodierni sermonis grandis est, scilicet lumen | ad revelacionem gen- 8d
cium exortum in tenebris. Ingenium autem loquentis ad hanc materiam non tam
15 parvum est, quam nullum. Ideo ipse rogandus est, qui fecit hodie mirabilia, ut loquatur nobis salutaria per intercessionem sancte genitricis sue Marie. Exortum est in tenebris etc. Circa Christi ortum in verbis istis primo notificatur orien-
di tempus, secundo exprimitur utcunque nascendi modus, tercio commendatur
nativitatis fructus, quarto laudibus attollitur ipse puer natus. Ex parte tempo-
20 ris ortus Christi apparet esse gratissimus, quia exortum est lumen in tenebris. Dicit autem Glosa, quod lux in tenebris existenti gravior est. Bernardus super Cantica: Iocunda omnibus lux, sed evadentibus de potestate tenebrarum iocun-
dior. Hoc est, quod dixit quidam Sapiens: Nemo bonum sapiet nisi condicione
malorum, fitque mali gustu dulcius omne bonum. Natus est autem in tenebris,
25 scilicet ad literam in nocte, sicut ipse dicit Exodo XI.: Media nocte ingrediar Egiptum, in signum, quod invenit genus humanum in tenebris culpe. Tenebra enim est lucis ausencia, dicta a tenendo, quia tenet oculos, ne videant. Oportunitatem malis prebet, hominem errare facit, fereundiam tollit, pigriciam et sompnolenciam inducit. Qualia erant spiritualiter in hominibus illius temporis,
30 de quibus dicit Psalmus: In tenebris ambulant, Glosa: excecati sunt. Ex parte modi nascendi ortus Christi apparet esse sanctissimus, quia exortum est lumen, id est Christus ad modum luminis, scilicet sinceriter, sine corruptione parientis et sine infeccione nascentis. Unde Boecius in libro De duabus naturis: Non vile videatur, quod Dei Filius ex virgine natus est, quia virgo de Spiritu Sancto concepit et peperit, et post eius edicionem virgo permansit. Ex parte utilitatis ortus
35 Christi apparet esse saluberrimus, quia exortum est rectis, Glosa: ut rectos faciat. || Non enim rectos invenit, sed timor rectificavit, quibus dicebant demones: Incurvare, ut transeamus, Is. LI. Est autem rectum, cuius medium non exit ab

8d

9a

6 erit: M *iter. et corr.* 12 Eliodorum: M Eliocorum 22–23 iocundior: M iocundiorum

3 Ex. 12,48 6 *recte* Num. 23,7 11 Ps. 111,4 12 Hier. epist. 60,1; PL 22,589 13 lumen: Lc. 2,23 21 Bern. serm. in cant. 68,5; PL 183,1110D 23 *cf.* Walther 16317a 25 Ex. 11,4 30 Ps. 81,5 33 Boeth. theol. tract. 4,200–204; PL 64,1336C–D 38 Is. 51,23

extremis. Extrema nostra sunt dies nativitatis et mortis, que currunt in paupertate. Iob II^o: Nudus egressus sum, nudus revertar. Medium, id est cursus vite, debet concordare cum extremis in eadem condicione, id est paupertate. Exortum est ergo lumen, ut rectos faciat, id est paupertatem amantes. Unde Bernardus
 5 in sermonibus: Bonorum omnium affluentia habundabat in celis, paupertas sola non inveniebatur in eis, sed hec species habundabat in terris, et nesciebat homo precium eius. Hanc Filius concupiscens elegit sibi, ut sua estimacione nobis faceret preciosam. Ex parte ipsius nati ortus Christi apparet esse piissimus, quia
 10 dicitur misericors et miserator et iustus. Est autem secundum Glo(sam) Deus misericors natura, dum exspectat ad conversionem, miserator exhibicione, dum iustificat per gracie infusionem, iustus remunerando, dum exaltat per glorie colacionem. Ad quam nos perducatur, qui pro nobis nunc exilium intrat, ortus in tenebris, Iesus Christus.

12. DE NATIVITATE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI

15 Sermo quintus

Salomon filius meus puer parvulus est et delicatus, I Paral. XXII. De veritate filiacionis in aliquo nulli magis credendum est, quam patri. Et ideo Pater eternus testificatur de Filio suo temporaliter in humanitate nato dicens in presenti verbo: Salomon filius meus etc., ut nos testimonio Patris acquiescentes Iesum Filium
 20 Dei esse credamus, et credentes in nomine ipsius vitam habeamus. Quia ipse est, ut ex huius verbis ostenditur, altissimus generositate, placidissimus tranquillitate, sincerissimus puritate et plenissimus gratiarum copiositate. Generositas ipsius ostenditur in origine, quia est Filius Patris eterni, qui dicit: Salomon filius meus. Tranquilitas in appellacione, quia vocatur Salomon. Puritas in etate, quia
 25 est puer parvulus. Graciositas in unccione, quia delicatus. Resumentes igitur ab altitudine generis dicimus, quod puer iste est Filius Dei temporaliter natus nobis | hodie, de quo dicit Pater, ut hec sint verba ipsius Salomonis: Filius meus. Et habemus adhuc firmiorem ewangelicum sermonem, in quo Pater testificatur de Filio suo inquires Mt. III^o: Hic est Filius meus dilectus. Est autem Filius Patris
 30 primo quidem, sibi coequalis, secundum quod dicitur: Equalis Patri secundum divinitatem. Augustinus De fide ad Petrum: Deus Pater de nullo genitus est Deo, semel de sua natura sine inicio genuit Filium, Deum sibi equalem. Secundo, sibi coessentialis, quia Deus est ex substantia Patris ante secula genitus. Ilarius V^o De Trini(tate): Nativitas Dei, id est Deus natus, non potest eam, ex qua profecta est, non tenere naturam. Non enim aliud, quam Deus, quod non aliunde, quam
 35 de Deo subsistit. Tercio, sibi coeternalis, quia eternus Pater, eternus Filius. Augustinus XV. De Trini(tate): In illa summa Trinitate, que Deus est, intervalla temporum nulla sunt, ubi nichil inchoatur ex tempore, ut sequenti perficiatur in tempore. Ideo sine tempore, qui potest, intelligat generacionem Filii a Patre. Sequitur commendacio ex claritudine nominis. Salomon, inquit, filius meus. Quod
 40

2 recte Iob 1,21 4 Bern. serm. vig. nat. Dom. 1,5; PL 183,89C 16 1 Par. 22,5 29 Mt. 3,17 30 Equalis Patri: Symb. Athanasianum 31 Ps. Aug. – Fulg. Rusp. fid. 10; PL 40,756
 33 Deus est: Symb. Athanasianum 33 Hil. trin. 5,37; PL 10,155A 36 eternus Pater: Symb. Athanasianum 37 Aug. trin. 15,26,47; PL 42,1094

- nomen competit S(alomoni) propter sui temporis et status tranquillissimam pacem, quia et in se pacem habuit, et quando venit, mundum pacificavit, quia tunc dictum est: In terra pax hominibus etc., et ob hoc iuste vocatus est Salomon, id est pacificus. Unde Augustinus super Psalmo „Deus, iudicium tuum”: Salomon interpretatur pacificus, quod ei congruit, per quem reconciliati sumus Deo accepta peccatorum remissione. Isto nascente et in mundo regnante impletum est dictum Domini Mich. III.: Non sumet gens contra gentem gladium, sed sedebit vir subtus ficum suam, et non erit, qui deterreat. Tunc etiam impletum est dictum Vergilii poete in Bocolicis: Iam nova progenies celo dimittitur alto pacaturusque reget patris virtutibus orbem. Habuit autem tria nomina rex iste sublimis, ut dicit Beda (in) Eccles. I., scilicet Salomon, Idida, Ecclesiastes. Que omnia Christo conveniunt, qui Salomon pacificus fuit in exilio dicente Patre de ipso. I Paral. XVII.: Pacem dabo in diebus eius, et ob hanc causam pacificus vocabitur, Ecc(lesi)astes || II^o. Concionator erit in iudicio dicendo: Esurivi et non dedistis michi etc., Mt. XXV. Sed Idida, id est amabilis Domini est nunc in regno, quem dilexit Pater ante constitutionem mundi, Io. XVII., et nunc etiam dilectius est et iocundius in potestate sua, I^o Mach. VI^o. In exilio fuit mansuetus et humilis ipso de se testante, Mt. XI.: Mitis sum et humilis corde. Bernardus super Cantica XV.: Cum nomino Iesum, hominem michi propono mitem et humilem corde. In iudicio erit iustus et terribilis et hoc peccatoribus, quos per iusticie distributionem terret, quoniam qui pacificus ascendit, terribilis redit, ut dicit Gregorius in omelia. In regno est gloriosus et ammirabilis, secundum quod dicit vox sibi conveniens Sap. VIII.: In conspectu potencium, id est sanctorum et angelorum, ammirabilis ero. Hester XV.: Valde mirabilis (es), Domine, et facies tua plena est gratiarum. Sequitur commendacio ex pulchritudine puritatis, quando dicitur: filius meus puer est, id est purus a peccato contracto et acro. Ipse enim non solum fuit puer etate sed etiam puritate, quia natus est in celis sine matre et in terris sine patre, testante Sancta Agnete: Cuius mater virgo est, cuius pater feminam nescit. Propterea dicit Leo papa in sermone presentis festi: Alienum est ab hac nativitate, quod de omnibus legitur: Nemo mundus a sorde, non infans, cuius est vita unius diei super terram. Nichil in istam singularem nativitatem de carnis concupiscencia transivit, nichil de peccati lege manavit. Et hoc probat magis matris uterus in partu non apertus, que dicit de se Eccli. XXIII.: Ego quasi Libanus non incisus. Gaufridus in Poetria: Qui clam descendit in aulam virginis, et foribus clausis processit ab aula virginea, porta clausa; res undique mira. Et sicut fuit puer etate et puritate, sic etiam fuit puer parvulus simplicitate et humilitate. Nam parvulus nomen est diminutivum et rei minoracionem designat et humilitatem insinuat, quia exinanivit semetipsum formam servi accipiens, Phil. II. Ideo et nomine diminutivo | pronuncciatu est a propheta Is.

26–27 solum: M in marg. 31 singularem: M add. et del. ante

3 In terra: Lc. 2,14 4 Aug. in psalm. 71,1; PL 36,901 7 recte Mich. 4,3–4 9 Verg. ecl. 4,7 et 17 11 Beda – ubi? 13 recte 1 Par. 22,9 14 Eccle. – ubi? 15 Mt. 25,42 16 Io. 17,24 17 1 Mach. 6,11 18 Mt. 11,29 18 Bern. serm. in cant. 15,6; PL 183,847C 21 Greg. M. in evang. 29,11; PL 76,1219B 23 Sap. 8,11 24 Esther 15,17 28 Cuius mater: AASS ian. XXI. p.351 29 Leo M. serm. 21,1; PL 54,191B 30 Nemo mundus: Iob 14,4–5 sec. LXX, apud Leonem 33 Eccli. 24,21 34 Gaufr. Vinos. poetr. nova 1510–1512 39 Phil. 2,7 39 Is. 9,6

IX.: Parvulus natus est nobis. Crescit tamen in voce, ut parvus parvulus, nubes
nubecula. Quia humilitas ipsum exaltavit, ut in nomine Iesu omne genu flecta-
tur. Apparuit autem eius humilitas in nativitate primo, ex parvitate civitatis, in
qua natus fuit, scilicet Betlehem, Mich. III.: Tu, Betlehem Effrata, parvulus es
5 in milibus Iuda, ex te exiet michi dux, qui sit dominator in Israel. Secundo, ex
parvitate matris, que eum peperit. Cant. VIII.: Soror nostra parvula est, et est
vox Dei ad angelos, quorum soror fuit Maria per virginitatem, parvula autem
per humilitatem, que non habebat ubera turgencia per carnalitatem, sed de ce-
lo plena per divinam influxionem, quibus pavit illum, per quem nec ales esurit.
10 Tercio, ex parvitate vestis, in qua nascendo involutus fuit. Nam paupertas eum
pannis involvit, et humilitas in presepio reclinavit, que fuerunt quasi due obste-
trices virginis in partu suo. Augustinus de natali: Pendet ad ubera et vilia patitur
Deus involuta pannorum. Et deinceps tunicam parvam faciebat ei mater sua, ut
Anna Samueli, I° Reg. 2°. Sequitur commendacio ex plenitudine gracie spiri-
15 tualis, cum dicitur: delicatus. Sunt autem triplices delicie. Prime sunt carnales,
que consistunt in voluptatibus seculi, de quibus dicitur Ier. XXXI.: Usquequo
deliciis dissolvis, filia vaga? Eccles. II.: Feci michi delicias filiorum hominum.
Iste delicie pretereunt cum seculo. Apo. XVIII.: Quantum glorificat se et in deli-
ciis fuit, tantum date ei tormentum et luctum. Impossibile est enim, ut de deliciis
20 quis ad delicias transiret, secundum Ieronimum. Is. XLVII.: Audi hec delicata,
veniet super te malum. Secunde sunt spirituales, que consistunt in virtutibus ani-
mi, de quibus dicitur Cant. VII.: Quam pulchra es et quam decora, carissima, in
deliciis. Iste transveniunt in celum. Cant. VI.: Ascendit, scilicet in celum, de de-
serto, id est mundo, deliciis affluens, id est virtutibus habundans, que sunt quasi
25 penne anime, quas desiderabat propheta inquires: || Quis dabit michi pennas, 10a
sicut columbe et vola(bo) et re(quiescam). Tercie sunt eternales, que consistunt
in fruicionibus Dei, de quibus dicitur Iob XXII.: Super omnipotentem delici-
is afflues, id est visionibus Dei frueris. Iste dantur in celo, ubi est sabbatum
delicatum, id est ocium quietum et solaciosum, Is. LXIII. Bernardus in medita-
cionibus: Torrente voluptatis tue delicatam civitatem Ierusalem iugiter potas, ut
30 tibi iubilent impnum incessabilem lucida illa et flammea organa in voce exulta-
cionis et sono epulantis. Primas delicias Christus perfectissime abhorruit, et non
fuit delicatus molli tractacione exteriori, cum non esset ei locus in diversorio,
sed vagiret infans inter arta conditus presepia habens membra pannis involuta.
35 Unde dicit Crisostomus(in) Io. III.: Christus mollem vitam semper abiecit et
laboriosam induxit. Secundas vero et tercias plenissime habuit, quia plenus fuit
virtutibus animi et fruicionibus Dei. Unde fuit delicatus interiori deliberacione
gracie, quia unctus a Deo, Spiritu Sancto et virtute, Act. X. Secundum quod di-
cit vox sibi competens II Reg. III.: Ego unctus rex et delicatus. Unde et nomen
40 accepit, ut dicatur Christus, id est unctus, Ier. XXXI.: Filius honorabilis Effraim,

18 cum: M in marg. corr ex est 22 in: M corr. ex ad 31 impnum: lege hymnum

2 exaltavit: Phil. 2,9-10 4 recte Mich. 5,2 6 Cant. 8,8 12 Aug. - ubi? 14 1 Reg.
2,19 16 Ier. 31,22 17 Eccle. 2,8 18 Apoc. 18,7 20 Hier. epist. 118,6; PL 22,965
20 Is. 47,8 22 Cant. 7,2 23 recte Cant. 8,5 25 Quis dabit: Ps. 54,7 27 Iob 22,26
29 recte Is. 58,13 29 Ps. Bern. serm. de vita et pass. Dom. 20; PL 184,964D 34 vagiret
infans: AH 50,71 35 Ioh. Chrys. hom. in Ioh. 31,3; cf. PG 59,179 38 Act. 10,38 39 2
Reg. 3,39 40 Ier. 31,20

puer delicatus. Bernardus in meditacionibus: Benedic anima mea Salvatorem tuum et magnifica nomen eius, quod est sanctum et sanctissimis deliciis plenum. Et quia talis est, ideo huic puero delicato sit a nobis honor et gloria in secula seculorum. Amen.

5 13. (DE NATIVITATE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI)
Sermo sextus

Peperit filium suum primogenitum, Lu. II. In hoc ewangelio ad laudem nati-
vitat^{is} Christi proponuntur quedam pertinencia ad puritatem, quedam ad humi-
litem, quedam autem ad dignitatem. Ad puritatem pertinet integritas matris,
10 ad humilitatem paupertas prolis, ad dignitatem laudacio milicie celestis. Matris
virginitas sumitur ex eo: peperisse primogenitum. Prolis paupertas exprimitur in
eo, quod dicitur habuisse | involucionem pannorum. Angelorum alacritas osten-
ditur in eo, quod dicuntur predicasse gloriam Dei et pacem hominis. Et hec
15 omnia pertinent ad exemplum, facta sunt propter nostram erudicionem, ut in
puritate simus imitatores matris, in paupertate prolis, in laudacione milicie ce-
lestis. Dicatur ergo ad gloriam domine nostre, quod in hac die, que ad pacem
fuit, sibi peperit filium suum primogenitum. Elvidius hereticus dixit dominam
nostram post Christum peperisse alios filios, qui fratres Domini dicti sunt in
ewangelio. Et quia malum habet ortum ex bono, occasionem dicti sui accepit ex
20 verbo isto: Peperit filium suum primoge(nitum). Quia primogenitus dicitur ali-
quis respectu sequencium, scilicet illorum, qui post nascuntur. Sed mentita est
iniquitas sibi, quoniam primogenitus non solum dicitur ille, post quem alius se-
quitur, sed etiam dicitur ille, ante quem nullus nascitur. Et hoc probatur dicto
Domini ad Aaron, Numeri X8.: Quidquid primum erumpit e vulva cuncte carnis,
25 tui iuris erit; ut pro hominis primogenito precium accipias, animal imundum
redimi facias; cuius redempcio erit post unum mensem. Si ergo esset primoge-
nitus ille solum, quem sequitur alius, tunc redempcio animalis non fieret post
mensem, sed expectaretur ortus alterius sequentis aliquando etiam usque ad
30 annum. Restat ergo primogenitum dici non post quem alius est secutus, sed an-
te quem nullus est natus. Et sic virgo peperit primogenitum, id est talem, quem
nullus precessit et nullus est secutus. Et ita solum Christum habuit filium, qui
ex virgine debuit nasci teste Is. VII.: Ecce virgo etc. Dicendo ergo ewangeli-
sta: Peperit primogenitum, commendat in virgine cum integritate partum. Illi
vero, qui dicti sunt fratres Domini, fuerunt filii matertherarum eius. Dicamus
35 etiam ad expressionem divine exinanicionis in prole Virginis Matris, quod pan-
nis eum involvit, et reclinavit in presepio, quia non erat ei etc. In quibus verbis
ostenditur indigencia Christi in operimento, in lecto, in domo. Magna quidem
indigencia fuit || in operimento, cum eum pannis involvit, intelligendum est vi-

2 deliciis: M *add. et del.* bonum 14 pertinent: M pertinet 17 Elvidius: M Elaidus
18 qui: M quasi 34 qui: M *add. et del.* fratres

1 Ps. Bern. serm. de vita et pass. Dom. 19; PL 184,964A-B 7 Lc. 2,7 17 Elvidius hereticus:
cf. Aug. haer. 84; PL 42,46 21 mentita est: Ps. 26,12 24 Num. 18,15 32 Is. 7,14
35-36 pannis eum: Lc. 2,7

libus. Dicimus enim pannosos pauperes homines, qui sibi de diversis parvis et abiectis consuunt vestes, et sunt honusti pannis, sicut bubones plumis. Tunc apparuit in Filio Dei veritas illius dicti Zach. III.: Iesus erat indutus sordidis vestibus. Maior vero indigencia fuit in lecto, cum eum in presepio collocavit, quod non est locus hominis sed magis iumentorum. Tunc apparuit veritas illius dicti in Filio Dei Mt. VII.: Filius hominis non habet, ubi caput suum reclinet. Sed maxima indigencia fuit in domo, quia non erat ei locus in diversorio occupantibus etiam illum locum diversis aliis rebus. Pro quo statu dicit Christus in Psalmo: Tibi elegi abiectus esse in domo Dei. In illo diversorio, in quo infinita maiestas membris contraccioribus stabulabat, secundum Augustinum, magis quam habitare in terra, id est in palacio Herodis et sibi similitum. In hiis omnibus dampnatur in mundanis ornatus ambiciosus vestimentorum, voluptas et mollicies stramentorum, curiositas et sumptuositas edificiorum. Dicamus etiam ad efferendam excellenciam divine maiestatis, quod angelus Domini astitit iuxta pastores, et claritas Dei circumfulsit illos. Denunciavit autem iste angelus Domini nativitatem, (per) quam assignacionem designantur persone, quibus facta est annunciatio, tempus annunciandi et modus et fructus. Personae fuerunt pastores, quibus Dominus primo voluit manifestari. Primo, exigente ratione similitudinis, ut pauper pauperibus iungatur, quia dicitur Eccli. XIII.: Dicipi te ne socius fueris, sed potius volatilia ad sibi similia conveniunt. Quoniam omnis diversitas discors est, similitudo vero appetenda est secundum Boecium. Secundo, exigente ratione compassionis, quoniam miseria pauperum movit eum ad taliter nascendum. Unde dicit in Psalmo: Propter miseriam inopum etc. Ps.: Dominus de celo in terram aspexit, ut audiret gemitus etc. Tercio, | exigente ratione ordinis, quia prius secreta sua revelat doctoribus et prelati, qui designantur per pastores, secundum quod dicitur Amos III.: Non faciet Dominus verbum, nisi prius revelaverit secretum suum ad servos suos, prophetas. Tempus annunciacionis fuit nox, id est quoniam pastores, quibus facta est intimacio, custodiebant vigilias noctis. Nocte enim natus est Dominus, sicut est expressum Sap. XVIII.: Dum nox in suo cursu medium iter habebat, omnipotens sermo tuus, Domine, de celo exiliens a regalibus sedibus venit. Voluit autem nocte nasci primo, exigente ratione designacionis, quod scilicet mundum invenit in tenebris peccati et infidelitatis. Secundo, exigente ratione doctrinacionis, quod scilicet bona faciamus in occulto recte intencionis. Tercio, exigente ratione exemplificacionis, ut scilicet pastores populorum conservent gregem sibi commissum. Modus annunciacionis fuit, quod apparuit cum claritate, et sic pastores illuminavit per claritatem circumfulgentem. Assecuravit per sermonem consolantem, quia cum timuissent timore enim valde magno, dixit eis: Nolite timere. Letificavit per nativitatem omnibus communem et salubrem dicens: ewangelizo vobis gaudium magnum, quia natus est nobis etc. Fructus annunciacionis fuit confirmacio pastorum in visis et auditis, quando dictum est eis: Invenietis infantem etc., quasi dicat, ut credatis, quod verum dixi. Hoc habebitis signum, quod invenietis in-

10d

2 plumis: M plunus 39 vobis: M iter.

3 Zach. 3,3 6 recte Mt. 8,20 9 Ps. 83,11 10 Aug. – ubi? 14 angelus Domini: Lc. 2,9
 19 Eccli. 13,2 21 Boeth. theol. tract. 3,49; PL 64,1311C 23 Ps. 11,6 23 Ps. 101,20
 26 Amos 3,7 29 Sap. 18,14 38 Nolite timere: Lc. 2,10 41 Invenietis infantem: Lc. 2,12

fantem. Ex quibus verbis ostenditur, quod Deus eternus temporaliter pro nobis natus habuit defectum etatis, quia fuit infans, et vestis, quia fuit pannis involutus, et quietis, quia fuit in presepio reclinatus in lecto duro, pro quibus omnibus sit ex parte nostra gloria in excelsis Deo.

5 14. DE SANCTO STEPHANO PROTHOMARTIRE
(Sermo primus)

Omnis lapis preciosus operimentum tuum, Eze. XXVIII. Hoc dictum est de primo creaturarum, scilicet summo angelo, qui fuit principium dignitate creaturarum. Sed ad presens accipitur de primo agonistarum, scilicet Sancto Stephano, 10 qui primus apud Iudeos dominica bella peregit. || Unde et prothomartir dictus est a prothos, quod est primum, et martir, quod est testis. Sed ante invocandum reor rerum omnium Patrem, quo pretermisso nullum rite fundatur exordium, ut dicit Boecius in III. Consolacio(num). Omnis lapis etc. Sunt lapides materiales, 15 de quibus dicitur (Iosue) VII.: Congregaverunt acervum lapidum. Et spirituales, de quibus dicitur Zacha. IX.: Lapidus sancti, id est virtutes, elevabuntur super terram meam, id est cor humanum. Lapidibus materialibus fuit opertus sanctus martir in sua carne, dum lapidaretur in sua passione. Qui lapides fuerunt primo, numerosi propter multitudinem, quod sumitur ex eo, quod dicitur: Omnis lapis, id est multus. Secundo, perosi propter lesionem, quia lapis dictus est a le- 20 sione, quam infert, quasi ledens pedem. Tercio, preciosi propter valorem, quia comparabant illi vitam eternam. Propter quot lapides torrentes, id est vehementi lesione utentes, dulces illi fuerunt, scilicet propter utilitatem. Quarto, iniuriosi, propter approximationem, quia dicuntur fuisse operimentum eius, quoniam de proximo tangebant eum, ut operimentum. Et dicit Aristoteles in Ethicis, quod 25 exceptio verberum ideo est dolorosa, quia carnem attingit. Lapidibus spiritualibus fuit opertus in mente sua dicente Domino Ezech. XVI.: Expandi amictum meum super te. Invenitur autem multiplex opercio conveniens Beato Stephano. Prima est opercio martirii. Et hoc per penitenciam, de qua opercione dicitur Exo. XV.: Flavuit spiritus tuus, id est divina inspiracio, et operuit eos mare, id est 30 amaritudo penitencie, submersi sunt quasi plumbum in aquis vehemen(tibus), scilicet contricionis, que vehunt, id est tollunt, ve(hementer), id est eternam dampnationem. Secunda est opercio nubis. Et hoc per gratiam, de qua dicitur Exo. ultimo: Operuit nubes tabernaculum, id est gracia Dei mentem humanam, in qua habitat Deus ut in tabernaculo suo. Tercia est opercio cineris. Et hoc per 35 memoriam mortis, de qua dicitur Iob XVI.: Operui cinere, id est mortalitatis memoria, carnem meam. Quia ex parte carnis cinerescit homo. Unde dictum est: Cineres figurant intuitum mortis, qua | cinerescit homo. Quarta est opercio lapidis. Et hoc per virtutum habundanciam, ut dicitur ibi: Omnis lapis preciosus, id

9 agonistarum: M aganistarum 10 Unde: M iter. et corr. 19 perosi: (vel periculosi ?) M penosi 32 opercio: M opericio 32 qua: M quo 34 opercio: M opericio

7 Ez. 28,13 13 Boeth. cons. 3, prosa 9; PL 63,758A 14 Ios. 7,26 15 Zach. 9,16
24 Aristot. eth. Nic. 3,12 26 Ez. 16,8 29 Ex. 15,10 33 Ex. 40,34 35 Iob 16,16
37 Cineres figurant – quis et ubi?

est omnis virtus, operimentum tuum. Opercio penitencie delet malum. Opercio gracie confert bonum. Opercio cineris, id est memoria mortis, humiliat spiritum. Opercio lapidis, id est virtutis, accumulatur meritum. Et quia Sanctus Stephanus omnibus hiis velut ornamento fuit vestitus, ideo vidit celos apertos. Vidit et introivit. Et beati erimus, si post eum intraverimus. Ideo rogemus Christum heri natum, qui beatum hodie coronavit Stephanum, ut et nos ipsius meritis coronet in eternum.

15. (DE SANCTO STEPHANO PROTHOMARTIRE)
Sermo secundus

10 Ecce video celos apertos et Filium hominis stantem a dextris Dei, Act. VII^o. Dicit Sanctus Ieronimus in epistola, quod non potest deficere verbo, qui credit in Verbum. Nos utcumque in Verbum credimus, ideo ipsum rogemus, ut qui nos fecit in se fideles, faciat etiam de se sermone habundantes ad gloriam suam et sancti martiris sui. Ecce video etc. Dictum quoddam sancti prophete: Secundum
15 multitudinem dolorum meorum etc., impletum est hodie in hoc sancto martire, qui cum esset in multitudine dolorum ex parte lapidantium, consolacionem accepit ex parte apercionis celi et confortacionem ex parte assistencie Filii Dei. De quibus duobus, scilicet de sui consolacione et confortacione dicit: Ecce video etc. Nam ex apercione celi habuit consolacionem, quia videbat celum apertum
20 tamquam bonum hospiciū ad intrandum, si(militer) et quiescendum post laborem concertacionis, quoniam ut dicit vir quidam magnanimus in libro Moraliū dogmatum: Bonorum virorum, qui pro patria, pro religione morti se devoverunt animas de vinculis corporis ferro absolutas purum illud ethereum nullarum luce refulgens in celestibus suscipit habitaculum hospicio quodam superne quietis. Unde et Iohanni in labore peregrinacionis existenti in Pathmos ostensum est
25 ostium apertum in celo et dictum est ei: Ascende || huc, Apo. III. Ex parte assistencie Filii Dei accepit confortacionem, quia cum tali adiutore videbat se non posse deficere in agonia mortis, quoniam ipse dixit Ier. I^o: Bellabunt adversum te et non prevalebunt, quoniam ego tecum sum, ut liberem. Quam ob causam stantem vidit eum quasi paratum adjuvare. Nam stare est adjuvantis, ut dicit Glosa. De tali confortacione martiris dicit Bernardus super Cantica LXI.: Stat martir lacerato corpore, et rimante latera ferro sacrum e carne sua circumspicit ebullire cruorem. Ubi ergo tunc erat anima martiris? Nempe in tuto, in visceribus Iesu, in vulneribus patentibus. Si in suis esset visceribus, scrutans ea
30 ferrum sentiret, dolorem non ferret, succumberet et negaret. Nunc autem in petra habitans, quid mirum, si in modum petre induruit? Sciendum est autem, quod quatuor sunt, que claudunt celum hominibus, ne intrent per contemplacionem sive per fruicionem. Ut dicit Bernardus super Cant. XXIII^o: Quorum primus est

11c

4 vestitus: M vestibus 38 primus: M primum

10 Act. 7,56 11 Hier. epist. 1,1; PL 22,327 14–15 Secundum multitudinem: Ps. 93,19
22 Bonorum virorum – *quis et ubi?* 26 Apoc. 4,1 28 Ier. 1,19 31 Bern. serm. in cant.
61,8; PL 183,1074B 38 Bern. serm. in cant. 23,16; PL 183,893B–C

sensus egens, quando non est in divinis exercitatus, de quali dicitur Exo. XIX.: Non poterit vulgus ascendere in montem. Iosue III^o: Nunquam autem ambulastis per eam. In quorum persona dicitur Thob. V.: Neque viam, per quam illuc eatur, ambulavi. Anselmus in Proslogion: Invenire te cupit homo et nescit locum
5 tuum. Misera sors hominis cum hoc perdidit, ad quod factus est. Secundus est cura pungens, quando est occupatus in exterioribus, ut Martha, de quo dicitur a contrario sensu in Psalmo: Vacate, scilicet a curis mundanis, et videte etc., quasi aliter videre non potestis. Anselmus in Proslogion: Fuge paululum occupaciones tuas, vaca aliquantulum Deo, et requiesce in eo, exclude omnia preter Deum
10 et clauso hostio quere eum. Cant. III.: Per noctes quesivi, quem diligit anima mea, id est in tempore quietis, quando solvitur mens a curis. Tercium est culpa inficiens, quando non est per penitentiam sufficienter mundatus, quoniam in locum beatitudinis nichil inquinatum incurrit, Sap. VII. | Bernardus super Cant. XII.: Heri de luto tractus, hodie vultui glorie presentaris. Quartum est cogitacio
15 irruens, quando est oppressus fantasmatis, que sunt musce morientes, id est importune cogitaciones, que perdunt suavitatem unguenti, id est dulcedinem inspectionis Dei, Eccles. X. Hec est turba, que impedit clamorem oracionis, Lu. X7.: E converso autem III^{or} generibus hominum apperitur celum, scilicet innocentibus, penitentibus, misericordibus, patientibus. Legitur celum esse apertum
20 super Christum baptizatum, Mt. III., quoniam baptismus innocentiam restituit. In signum apercionis penitentibus apertum est super Petrum orantem, Act. X., quoniam oracio est pars satisfactionis in penitente. In signum apercionis misericordibus apertum est celum Ezechieli lugenti in medio concaptivorum, Ezech. I^o, nam flere cum flentibus est actum compassionis. In signum apercionis patientibus apertum est Stephano in martirio mortis, sicut nunc dicitur: Ecce video etc.
25 Si ergo vis tibi celum reserari, sectare innocentiam, tene pacienciam, sustine adversa, et conpatere sustinentibus ea, quoniam beati, qui persecucionem paciuntur propter iusticiam, Mt. V^o. De quorum numero Sancti Stephani merito faciat nos stans a dextris Dei Iesus Christus.

30 16. <DE SANCTO STEPHANO PROTHOMARTIRE>
Sermo tercius

Spiritus Domini induit Zachariam, qui stetit in conspectu populi et dixit: Quare transgredimini preceptum Domini? Qui congregati adversus eum miserunt lapides, II Paral. XXIII. Quem heri Pater vestivit virtute in carne, hodie instruit acie
35 in agone, permittens primicerium belli sui Stephanum pergentem ad primum per densa pericula pilum. In quo ex verbis premissis commendatur armatura virtutis, audacia cordis et paciencia invincibilis. De armatura sua dicitur: Spiritus

8 Proslogion: M Proslogion 15 fantasmatis: M fantamastibus 23 Ezech.: M add. et del. lugenti in medio 29 Iesus Christus: M Iesu Christi 32 induit: M iter. et corr.

1 Ex. 19,23 2 Ios. 3,4 3 Tob. 5,2 4 Anselm. proslog. 1; PL 158,226A 8 Anselm. proslog. 1; PL 158,225B-C 10 Cant. 3,1 13 Sap. 7,25 13 Bern. serm. in cant. 3,4; PL 183,795C 17 Eccle. 10,1 17 Lc. 18,36 ? 20 Mt. 3,16 21 Act. 10,11 23 Ez. 1,1 28 Mt. 5,10 34 2 Par. 24,20-21

Domini etc. Zacharias interpretatur memor Domini, et ponitur in significacionem Sancti Stephani, qui memor fuit Domini sui Christi et ipsius passionis, et ideo mortem, quam Salvator noster dignatus || est pro omnibus pati, hanc ipse primus reddidit Salvatori. Et hoc fecit delectabiliter, quoniam Dei memoracionem delectacio sequitur secundum dictum Psalmi: Memor fui Dei et delectatus sum. Et ideo gaudens suscepit lapides, qui quamvis fuissent torrentes, sibi tamen fuerunt dulces agente in corde suo sancta caritate, que omnia facit levia et prope nulla secundum auctor(em). Hunc induit spiritus Domini, id est Spiritus Sanctus, qui est spiritus primo, replens donis ad bonum operandum, quia dona sunt adiutoria infirmitatis humane secundum Chris(ostomum). De qua replecione dicitur Sap. I.: Spiritus Domini replevit, Glosa: donis, orbem terrarum, id est ecclesiam per omnes terras dilatata. Is. XI.: Replebit eum spiritus timoris Domini. Secundo, ungens graciis a Deo placendum, quoniam gracia ex eo dicitur, quod gratum facit Deo, de qua unccione habetur Is. LXI.: Spiritus Domini super me, eo quod unxit me. Act. X.: Unxit eum Deus Spiritu Sancto. Tercio, induens armis ad impugnandum inimicum, que arma sunt virtutes, de quarum induicione dicitur Iudith VI.: Spiritus Domini induit Gedeonem, id est Stephanum, qui clangens bucina, scilicet doctrine veritatis, fugavit Madian, id est diabolus, et gentem tenebrarum, id est Iudeos. Implecio convenit vacuis humilitate, que est sensus proprie vacuitatis. Vacuum autem trahit ut spongia. Unde Heliseus implevit vasa vacua, id est corda humilia, IIII Reg. IIII. Unccio convenit infirmis sue fragilitatis recognicione, unde apostoli ungebant oleo egros, id est imperfectos, Mc. VI°, quod intelligitur de unccione confirmationis. Induicio convenit nudis rerum temporalium paupertate, quos Dominus induit virtutum copiositate. Unde dicit Ezech. XVI.: Eras nudus et expandi amictum meum super te. Hic igitur Spiritus induens induit sanctum martirem primo, claritate quantum ad intellectum, quia revelavit ei secreta celestia. Secundum quod dicitur: Cum esset Stephanus plenus Spiritu Sancto, vidit gloriam Dei. Secundo, caritate quantum ad affectum. Unde dicitur: | Stephanus plenus gracia, id est caritate, que authomasice dicitur gracia, et fortitudine, que est effectus caritatis, quia fortis est ut mors dileccio, Cant. VIII. Tercio, potestate quantum ad effectum, quia faciebat signa et prodigia magna. Dicuntur autem signa minora miracula, scilicet quando infirmitates curantur, que etiam natura invalescente possunt curari, sed non subito, ut est depulsio febrium, in quibus hoc est miraculosum, quod subito fiunt, cum natura successive operetur. Prodigia vero dicuntur maiora miracula, ut est suscitacio mortuorum, quod est omnino ab extrinseco, quia a privacione est adhibitum. Non est regressus naturaliter secundum Philosophum. Et quia miles armatus audacior est, ideo et in isto milite post armaturam virtutis sequitur audacia cordis in agressione peccatricis multitudinis, quoniam stetit in conspectu populi, scilicet sine trepidacione, et dixit, scilicet sine dissimulacione: Quare transgredimini preceptum Domini, quod vobis non proderit? Minus dicit et plus significat, quia preceptum transgredi non solum non prodest, sed etiam multum

8 Spiritus: M *add. et del. Domini* 31 effectum: M affectum

5 Ps. 76,4 8 secundum auctorem – *quis et ubi?* 10 Ioh. Chrys. – *ubi?* 11 Sap. 1,7
12 Is. 11,3 14 Is. 61,1 15 Act. 10,38 17 *recte* Iud. 6,34 21 4 Reg. 4,3 23 Mc. 6,13
25 Ez. 16,7–8 31 Cant. 8,6 37 Aristot. ? – *ubi?*

obest, nam in leges divinas impie agere impune non cedit, II Mach. III., et secundum Gregorium: Divine ire non absconditur, quicquid illicite perpetratur. Quia vero secundum Therencium veritas odium parit. Et hoc maxime in arguicione peccatoris, ut habetur Amos V^o: Odio habuerunt in porta corripientem. Et secundum Augustinum in libro De verbis apostoli: Iniquos arguere magnum opus est, grandis sarcina, clivus arduus. Ideo iustam arguicionem iniqua lapidacio secuta est, quia congregati adversus eum miserunt lapides. Cui dicto concordans hodierna epistola ait: Eicientes eum ex civitate lapidabant. Sed isti lapides fuerunt sancti materia corone, sicut cantatur de ipso: Te primum secutus est morte gloriose passionis. Unde: cum corona martirii dedisti ei vitam in seculum seculi. Cuius corone participes || cum Beato Stephano faciat nos victorum coronator Iesus Christus. 12c

17. DE SANCTO IOHANNE APOSTOLO ET EWANGELISTA (Sermo primus)

15 Spiritu magno vidit ultima, et consolatus est lugentes Sion usque in sempternum, Eccli. XLVIII. Beatus Iohannes duas habuit beatitudines ad modum generis subalterni. Unam, que est ad superiorem, scilicet Dominum, recipiendo ab eo influenciam. Racione cuius beatitudinis dicitur: Spiritu magno vidit ultima. Alteram eam, que est ad inferiorem, scilicet ecclesiam, influendo sibi 20 doctrinam. Racione cuius beatitudinis dicitur: consolatus est lugentes Sion. Et rectus ordo prius videre secreta, postea consolari corda, quia secundum Bernardum super Cant. XXVIII.: Multa prius infundenda sunt, ut effundere audeamus. De plenitudine eructantes, non de inanitate ostentantes. In recepcione influencie commendatur iusto apostolo status cotelplacionis, ubi videntur secreta. In exhibicione doctrine actus subvencionis, in quo consolantur corda. Hec sunt duo 25 luminaria in celo, id est in summo apostolo, scilicet Sol, id est fulgor divine visionis in cotelplacione, et Luna, id est pietas subvencionis in consolacione, Gen. I^o. In actu videndi concurrunt actor revelacionis, spiritus magnus, et materia visionis, inspeccio ultimorum, Glosa: ultima etate futurorum. Spiritus ergo iste 30 magnus est spiritus divinus, qui dicitur magnus eternitate, potestate, dignitate. Nam virtus divinitatis omnem creaturam eternitate precedit, dignitate transcendit, potestate disponit secundum Hugonem in tractatu De arca Noe. Isto spiritu magno revelante sanctus apostolus secretorum Dei cotelplator precipuus vidit ultima, id est ultima etate futura, que sunt tria, scilicet ecclesie inchoacio, 35 multiplicacio et consummacio. Inchoacio facta fuit per Christi incarnationem, multiplicacio per apostolorum predicacionem, sed consummacio fiet per iudicis

3 veritas: M *add.* id est 3 parit: M *corr. ex parat* 6 clivus: M *climus* 7 concordans: M *iter.* 17 Dominum: M *Domini* 18 beatitudinis: M *habitudinis*

1 *recte* 2 Mach. 4,17 2 Greg. M. moral. 17,22,32; PL 76,25D 3 Ter. Andr. 68 4 Amos 5,10 5 Aug. – *ubi?* 8 hodierna epistola: Act. 6,8–10 et 7,54–59 9 Te primum – *quis et ubi?* 10 cum corona – *quis et ubi?* 16 Eccli. 48,27 22 Bern. serm. in cant. 18,6 et 4; PL 183,862D et 861A 28 Gen. 1,16 32 Hugo s. Vict. – *ubi?*

- manifestacionem. Revelacionem inchoacionis ecclesie accepit Iohannes descrip-
 cione ewangelii sui, ubi agitur de Christi incarnatione, doctrina et morte, per
 que originata ecclesia a Christo capite. Revelacionem | multiplicacionis acce- 12d
 pit in missione epistolarum suarum, per quem modum maxime multiplicavit
 5 ecclesiam, quoniam ad quos personaliter venire non poterat, eos scriptis doce-
 bat. Revelacionem consummacionis accepit in inspiracione libri Apoc(alipsis),
 ubi agit de introduccione sponse in thalamum sponsi, quando dicit: Venerunt
 nupcie Agni, et uxor eius preparavit se, Apo. IXX. Et sicut allegorice dicun-
 tur ultima etate ultima futura, ita eciam anagogice dicuntur ultima eterna bona.
 10 Que dicuntur ultima primo, a situ locacionis, quia sita sunt in ultimis univer-
 si partibus, scilicet in celo empireo. Gal. III^o: Illa, que sursum est, Ierusalem.
 Secundo, dicuntur ultima ab effectu ultimacionis, id est conplecionis, quia ulti-
 mant, id est complent et saciant desiderium possidentis dicente Psalmo: Saciabor
 cum apparuerit. Dicit enim Aris(toteles) 1^o libro Celi et mundi, quod res om-
 15 nes quiescunt a motu suo, quando perveniunt ad loca sua. Sicut habentes eterna
 bona quieverunt activitate desiderandi, ut amplius nichil velint. Unde vox est
 beatorum Numeri XXXII.: Non querimus quicquam, quia iam habemus posses-
 sionem nostram. Augustinus 1^o De Trinitate: Illa leticia amplius nichil queritur,
 quia non erit, quod amplius requiratur. Tercio, a tempore exhibicionis, quasi ulti-
 20 mo tempore exhibenda, scilicet in fine vite et non ante quod dicitur Deuter. III.:
 Novissimo tempore reverteris ad Dominum Deum tuum. Ps.: Vivet adhuc in fi-
 nem. Ambrosius VII. Exameron: In atletarum contencionibus superiores dies
 sine corona transiguntur, postremus autem dies habet sortem corone. Quarto,
 ab intencione querentis. Ultimam enim est finis, qui intenditur in operacione,
 25 ut sessio in scampno et proteccio in domo a caumate et imbris secundum
 Philosophum. Unde Aris(toteles) dicit in Ethicis, quod habens intellectum agit
 propter aliquam rem, que est ultimum accionis sue, ut beatitudo est causa finalis
 iusticie. Quinto, a reputacione estimacionis malorum, quia mali reputant ea esse
 ultima, id est vilia et extrema, sicut dicit Psalmus: Pro nichilo || habuerunt, id 13a
 30 est reputaverunt, terram desiderabilem. Tales enim, secundum dictum Tullii in
 libro De amicicia, nichil altum ac divinum suspicere possunt, qui omnes cogita-
 ciones suas in voluptate posuerunt. Exemplum Diogenis de porco, qui libencius
 vult esse in ceno, quam in pura aqua et constabili de bruco, quem si sepelias
 in rosis, interiit, si in stercore, reviviscit. De qualibus dicitur Iob XXX.: Esse
 35 delicias sub sentibus computabant. Et consolatus est lugentes etc., Glosa dicit:
 docendo et scribendo, et insinuat per hoc duplicem dignitatem Iohannis, scilicet
 apostolatus per hoc, quod dicit: docendo, ewangeliste per hoc, quod dicit: scri-
 bendo. Et commendatur hic doctrina apostolica ab utilitate et veritate, quia si
 40 vera non esset, utilis non esset. Utilitas eius apparet ex influencia consolacionis,
 quia consolatus lugentes Syon, id est devotos fideles ecclesie, et sicut dictum
 est, hoc fecit docendo et scribendo. Nam Sacra Scriptura spiritualis consolacio

8 Agni: M *add. et del.* nupcie 16 activitate: M *auctivitate* 22 atletarum: M *alletarum*
 30 Tullii M Tullii

8 Apoc. 19,7 11 Gal. 4,26 13 Ps. 16,15 14 Aristot. – *ubi?* 17 Num. 32,19 18 Aug.
 trin. 1,8,17; PL 42,831 20 Deut. 4,30 21 Ps. 48,10 22 Ambr. hex. 6,1,1; PL 14,257A
 26 Aristot. ? – *ubi?* 26 Aristot. – *ubi?* 29 Ps. 105,24 30 Cic. Lael. 32 32 Exemplum
 Diogenis – *quis et ubi?* 34 Iob 30,7

est anime secundum apostolum Ro. XV.: Per consolacionem scripturarum spem habeamus. Unde dicunt sancti studiosi I Mach. XVI.: Habuimus solacio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris, non in arcis. Veritas eius apparet ex permanentia eternitatis, quia dicitur: Consolatus est lugentes usque in sempiternum.

- 5 Nam falsa non sunt sempiterna, sed potius ficta omnia, sicut flosculi cito cadunt secundum Senecam, et falsus rumor cito opprimitur secundum Ieronimum ad Furiam. Sed veritas manet in eternum et vivit et optinet in secula seculorum, II Esd. III. Et quia veritas ita stabilis est, et nos adhereamus Veritati, ut cum ea simus eterni faciente Spiritu magno revelatore latencium et consolatore
10 lugencium, qui cum Patre et Filio regnat sine spacio. Amen.

18. <DE SANCTO IOHANNE APOSTOLO ET EWANGELISTA>
Sermo secundus

- Cibavit illum pane vite et intellectus et aqua sapientie etc., Eccli. XV. Plena refeccio consistit in duobus, | scilicet in cibo et potu. Sicut et defectus duplex est
15 in corpore, scilicet appetitus calidi et sicci, contra quem ordinatur cibus, et appetitus frigidi et humidi, contra quem ordinatur potus. Unde et donum eucharistie in duobus constituit Dominus, scilicet in pane et vino, ut sit plena refeccio spiritualis, quemadmodum in cibo et potu consistit plena refeccio corporalis. Unde et discipulum dilectum, quem de convivio nupciarum vocavit et ad convivium
20 eternitatis invitavit dupliciter in presenti refeccione, scilicet cibo et potu. Et ad cibum refertur panis vite et intellectus, ad potum autem aqua sapientie salutaris. Quia vero cibacio spiritualis non offertur ori corporis, sed necessitati mentis, ideo cibus spiritualis duplicatur, secundum quod mens dupliciter reficitur, scilicet in affectu per caritatem et intellectu per veritatem. Que duo dicuntur esse
25 panis vite et intellectus. Sed quia scienti bonum facere et non facienti peccatum est illi, Ia. III., ideo additur tertium quoad effectum, scilicet aqua sapientie, id est gracia Spiritus Sancti, que perficit operationem, ut dicit Glosa. Secundum hoc itaque in verbis istis sanctus discipulus convenienter <commendatur> a dilectione secundum affectum, quia dicitur cibatus pane vite. A cognitione
30 secundum intellectum, quia dicitur cibatus pane intellectus. Ab operatione secundum effectum, quia dicitur potatus aqua sapientie. Fervor dilectionis ardet in epistolis eius, ubi pene singula verba eius locuntur de dilectione propter habundanciam cordis sui in dulcedine dilectionis, quoniam ex habundancia cordis os loquitur, Mt. XII. Fulgor cognitionis lucet in ewangelio eius, quia aliis ewangelistis subtilius ewangelium conscripsit, ideo alii ewangeliste dicuntur in Glosa
35 Iohannis ambulare in terra cum Domino, Iohannes in celo. Et alii designantur per animalia terrestria, Iohannes per avem celestem, celsius aliis avibus volantem, secundum illud dictum Sapientis: Alte volans || aquila volat alte celsius
13c omni. Labor fatigacionis apparet in Apocalipsi sua, in qua inspicienda laboriose

2 solacio: M solucio v. solum ? 6 rumor: M timor

1 Rom. 15,4 2 recte 1 Mach. 12,9 6 recte Cic. off. 2,61 6 Hier. epist. 54,13; PL 22,556
8 recte 3 Esdr. 4,38 13 Eccli. 15,3 26 recte Iac. 3,17 34 Mt. 12,34 38 Alte volans –
quis et ubi?

peregrinatus est in Pathmos insula. Dicatur ergo, quod Christus dilectum suum discipulum cibavit pane vite, id est caritate. Est autem triplex vita, scilicet nature, de qua Gen. II^o.: Inspiravit in faciem eius spiraculum vite. Gracie, de qua Io. VIII.: Ego veni, ut vitam habeant, scilicet in presenti per fidem, que per dilectionem operatur, quia iustus ex fide vivit, et habundancius habeant, scilicet in
5 vita eterna, ubi nunquam moriuntur. Glorie. Sap. V.: Iusti in perpetuum vivant. Hanc triplicem vitam perficit caritas, ideo appellatur panis vite. Vitam nature perficit tollendo occasiones mortis corporalis, scilicet discordias et similitates, in quibus frequenter moriuntur homines. Et hoc facit uniendo diversa corda, sic-
10 ut panis continet multa grana. Unde Psalmus: Illic, scilicet in unitate, mandavit Dominus benedictionem et vitam, quia merito unitatis vivitur etiam naturaliter. Vitam gracie perficit, quia est forma et perfectio, decor et valor omnium aliarum virtutum et operationum, sicut anima corporis et membrorum eius. Unde Prosper De vita contemplativa vocat eam vitam virtutum, summam actionum
15 bonarum, id est causam meritorum bonorum. Et sicut panis necessarius est cum omni cibo. Unde et nomen accepit, ut dicatur panis a pan, quod est totum et bonum per se, id est sufficit in necessitate, sic caritas necessaria est cum omnibus bonis et etiam per se sufficit, quando necessitas operationem excludit. Unde Augustinus in epistolam canonicam Iohannis: Caritas est margarita preciosa, si-
20 ne qua non prodest tibi quodcumque habueris, quam si solam habueris, sufficit tibi. Vitam glorie perficit, quia premium glorie datur secundum mensuram caritatis uniuscuiusque. Unde Apo. XXI.: Civitas patrie dicitur mensurari mensura aurea, | id est caritate, quoniam principium distinctivum beatitudinis est cari-
25 tas magis, quam operatio, quia actus noster ex ipsa substantia actus non habet, quod sit meritorius, sed solum ex habitu virtutis, quo informatur. Ideo secundum diversos gradus caritatis erunt diversi gradus beatitudinis. Sed quia caritati cognicio deesse non potest, cum non possit amari, nisi cognitum facimus, ideo post panem vite, id est caritatem, sequitur intellectus, id est cognicio veritatis, secundum Glosam. Requirentes autem intelligencie condiciones dicimus primo,
30 a quo fonte descendit, quia a Deo, dicente ipso in Psalmo: Intellectum tibi dabo, et dicente apostolo II Tim. II.: Dabit tibi Dominus in omnibus intellectum. Secundo, in quem locum concurrit, quia in cor humile, sicut aqua pluvialis in locum concavum. Unde Psalmus: Intellectum dat parvulis. 3^o, quid utilitatis agit, quia scripture sensum aperit. Ps.: Da michi intellectum, et scrutabor legem tuam.
35 Aqua sapientie salutaris potavit illum. Aquam diximus esse gratiam ad bonum operandum datam, cuius requirentes originem, situationem et utilitatem dicimus, quod origo aque, id est gracie est fontana divinitas, que dicit Apo. XXI.: Ego dabo sicienti de fonte aque vive. Situatio aque, id est gracie est cordis humilitas, quam feminit^r Deus fontes gratarum in canalibus, id est in mentibus
40 humilibus. Utilitas aque, id est gracie est, quod primo, mundat. Eze. XXVI.: Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini. Et hoc ad designandum,

13d

7 Hanc triplicem: M iter. 16 et: M add. et del. etiam 16-17 bonum: M suprascr.
 32 sicut: M add. in 39 fortasse emanat 41 ad: M in marg.

3 Gen. 2,7 3 recte Io. 10,10 6 Sap. 5,16 10 Ps. 132,3 14 Ps. Prosp. – Pomer. 3,13;
 PL 59,493B 19 Aug. in epist. Ioh. 5,7; PL 35,2016 22 Apoc. 21,15 30 Ps. 31,8 31 2
 Tim. 2,7 33 Ps. 118,130 34 Ps. 118,34 37 Apoc. 21,6 40 recte Ez. 36,25

quod scilicet gracia mundat, dicitur aqua simpliciter, quoniam aqua habet virtutem mundativam. Eze. XVI.: Lavi te aqua. 2^o, illuminat. Apo. XXII.: Fflumen aque vite erat splendidus. Et hoc ad designandum, quod scilicet gracia illuminat, dicitur aqua cum hac addicione: sapientie, quoniam sapientia habet virtutem illuminativam. Eccli. L.: Insipientiam eius luxit anima mea. Tercio, elevat. Io. 4.: Aqua, quam ego dabo, fiet in eo fons aque salientis, id est salire facientis, in vitam eternam. Et ad hoc designandum, quod scilicet gracia elevat, || dicitur aqua cum hac ad(d)icione: salutaris, quoniam gracia habet vim salvativam. Ephes. II.: Gracia estis salvati. Aqua ergo graciaram habuit in Sancto Iohanne effectum mundacionis, quia virgo electus a Domino virgo in evum permansit. Habuit eciam effectum illuminacionis, quoniam sicut aquila acutissimum visum habuit ad videndum solem in rota, id est Filium in Patre, quando dixit: In principio erat Verbum. Bibit autem aquam gracie quo ad hunc effectum, quando in cena recubuit super pectus Domini, et fluentia ewangelii de ipso dominici pectoris sacro fonte potavit. Habuit eciam in eo effectum elevacionis, quando vocatus a Domino ad convivium c(eleste) lumine super eum apparente in celum abiit. Quo et nos meritis ipsius perducatur cibator et potator animarum, Iesus Christus.

19. DE INNOCENTIBUS (Sermo primus)

Pueri communicaverunt carni et sagwini, et ipse similiter participavit eisdem, Hebre. II^o. Dicitur Eccli. XIII., quod volatilia ad sui similia conveniunt, sic et omnis homo ad similem sibi coniungitur. Et quia Dominus Iesus in diebus istis natus est in etate et corpore parvuli, ideo ingrediens mundum sibi similes pueros etate et corpore puerili assumpsit socios, ut ipse dicit in Psalmo: Innocentes et recti adhererunt michi. Hebre. II^o.: Ego, ecce ego et pueri mei, quos dedit Deus michi. Isti pueri privilegiati fuerunt dono nature et dono gracie. Ex natura habuerunt carnem, ex gracia effuderunt sagwinem. Unde dicuntur communicasse carni, scilicet nascendo in mundum, et sagwini, scilicet moriendo per martirium. Alias autem acciones corporales scriptura eis non tribuit, nisi nasci in carne et mori in sagwine, quoniam initium vite fuit in eis finis vite perpetue. Adepti sunt dignitatem, antequam usum acceperissent presentis vite, quos beacius eterne vite mundus edidit, quam quos matremorum viscerum partus effudit. Ideo recte dicuntur flores martirum a fluendo, vel | a fluore, quia ad modum florum cito deciderunt. Ps.: quemadmodum olera herbarum cito decident. Ex gracia vero habuerunt conformitatem ad Christum, quia ipse Christus similiter participavit eisdem, scilicet pueris. Et hoc in habendo carnem et in fundendo sagwinem, quoniam et ipse ad modum puerorum sanctorum natus in carne et mortuus est

5 Insipientiam: M insapientia 7 gracia: M add et del. illuminat 23 mundum: M in marg. corr. ex iunctum 25 pueri mei: M add. del. unde et suprascr. iter. et pueri mei 30 Adepti: M adadepti 31 antequam: M corr. ex quam

2 Ez. 16,9 2 Apoc. 22,1 5 recte Eccli. 51,26-27 5 Io. 4,14 9 Eph. 2,5 12-13 In principio: Io. 1,1 21 Hebr. 2,14 21 Eccli. 13,20 24 Ps. 24,21 25 Hebr. 2,13 34 Ps. 36,2

in sagwine, et ideo habuit cum eis veram fraternitatem in nascendo et plenam conformitatem in moriendo. Et nos ad imitacionem sanctorum martirum debemus esse pueri habendo illa bona, que sunt in pueris commendabilia, que sunt III^{or}, scilicet sanctificacio a culpa, exercitacio in laude divina, mortificacio in carne propria et ministracio coram maiestate superna. De sanctificatione puerorum a culpa dicitur I Reg. II.: Samuel ministrabat coram Domino, puer accinctus ephot lineo. Ephot fuit vestis sancta et candida, et significat mundiciam in Christiano, ut qui ministrat Deo, habeat indumentum candide innocencie restringendo concupiscenciam carnis et motus mentis, et non sit sicut pueri mali, id est filii Elui, qui dormiebant cum mulieribus in ipso tabernaculo divino, I Reg. II. De exercitacione sancta puerorum in laude divina dicitur Mt. XXI.: Pueri clamabant in templo: Osanna filio David. Ad quos retulit Dominus dictum Psalmi: Ex ore infancium etc. De mortificatione puerorum in carne sua dicitur Dan. I^o: Pueri, qui vescebantur leguminibus et bibebant aquam, inventi sunt corpulentiores in persona et profundiores in sapiencia pueris illis, qui vescebantur cibo regio, quoniam abstinentia conservat naturam et prestat intelligenciam. Unde Beatus Dominicus, ut animum suum plenius transferret ad sapienciam, per decennium vinum non bibebat. De ministracione sanctorum puerorum in presencia divine maiestatis dicitur Dan. I^o: Precepit rex, ut introducerentur pueri, in quibus nulla esset macula, scilicet culpe, et decoros forma, scilicet secundum famam, eruditos sapiencia, per saporem contemplacionis, doctos disciplina, in moribus conversacionis, ut possent stare in palacio regis, id est in ministerio divine maiestatis in celo.

14c

20. DE INNOCENTIBUS

Sermo secundus

Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum celorum, Mt. XVIII. Non intendit Dominus dicere, ut efficiamur sicut parvuli etate, quoniam de quibus factum est, ut non sint parvuli, non habent quid faciant, ut sint parvuli, ut dicit Augus(tinus) in libro De virginitate, sed vult, ut innocencia et humilitate simus parvuli, quatenus innocenciam, quam habent parvuli per naturam, nos habeamus per graciā, quia etas ne(minem) regnat, sed mores. Non enim virtus est non posse peccare, sed nolle, secundum dictum Sapientis: Est virtus placitus abstinuisse bonis. Et quod sic sit intelligendum, ait apostolus I Cor. XIII. dicens: Nolite parvuli effici sensibus, sed malicia parvuli estote. Sedulius: Monstrat puerum consistere parvum, scilicet ingenium teneri sectemur ut evi, non annis, sed mente iubet. Christus ergo, cuius doctrina attente humilitatem insinuat, secundum Augustinum in predicto libro, in hiis verbis primo, invitat nos ad humilitatem dicens: efficiamini sicut parvuli. Secundo, ac-

26 Nisi: M in marg. corr. ex Si 34 malicia: M add. et del. id est

6 1 Reg. 2,18 10 1 Reg. 2,22 11 Mt. 21,15 12 Ps. 8,3 13 Dan. 1,15 19 Dan. 1,3-4 27 Mt. 18,3 29 Aug. - ubi? 33 Est virtus: Ov. epist. 17,98 34 1 Cor. 14,20 35 Sedul. carm. pasch. 3,326-328; PL 19,668A 37 Aug. virg. 31,31; PL 40,413

ceptat sui precepti necessitatem dicens: Nisi conversi fueritis etc., non intrabitis etc., quia si conversi fueritis, intrabitis. Cuius conversionis debemus considerare primo, modum, scilicet qualiter debemus converti, et terminum „a quo” et „ad quem” debemus converti. Modus conversionis est, ut fiat primo, celeriter. Eccli. V: Ne tardes converti ad Dominum. Ps.: Convertantur et erubescant
5 valde | velociter. Oracius in epistolis: Propera, nec te venturas differ in horis, qui non est hodie, scilicet aptus medicine, cras minus aptus erit. Secundo, integraliter. Ioel 2^o: Convertimini ad me in toto corde vestro. B(ernardus): In toto corde converteris, si omnes affectiones cordis tui dirigas ad Deum, si eum diligas et metuas, si secundum eum leteris et tristeris. Tercio, utiliter, ut simus
10 aliis in exemplum conversionis. Ys. VI^o: Convertetur et erit in ostensionem, id est ostendetur aliis, ut similiter convertantur. Ambrosius Phil. IIII.: Exemplo vestro alios debemus acquirere. Cum enim lucebunt opera nostra, non deerunt, qui imitentur bona nostra. Quarto, finaliter, ut ad dyabolum ultra non revertamur,
15 sicut magi adorato puero ad Herodem non sunt reversi, Mt. II^o. Sedulius: Nos quoque sanctam si cupimus patriam tandem contingere postquam venimus ad Christum, iam non repetamus iniquum. Terminus, a quo converti debemus, est malum superbie, de qua dicitur: Nisi conversi fueritis, Glosa: a nostra elacione. A qua debemus converti, quia superbia primo, iram Dei provocat. Ieronimus
20 in epistolis: Nichil ita a puericia vitare conatus sum, quam tumentem animum, erectam cervicem, Dei contra se iram provocantem. Iac. IIII.: Deus superbis resistit. Secundo, dyabolo dominandi ius dat. Iob XLI.: Ipse est rex super omnes filios superbie. Augus(tinus) IIII. De Trini(tate): Nullum vicium est, cui magis divina lege resistitur, et in quod maius accipiat dominandi ius ille superbissimus spiritus, ad ima mediator, ad summa interclusor. Tercio, virtutes adnichilat.
25 Gregorius in Moralibus: Alia vicia eas solummodo virtutes impetunt, quia ipsa destruuntur, ut ira pacienciam, libido continenciam impugnet. Superbia non unam virtutem extingwit, sed quia generalis morbus, corpus omne corrumpit virtutum. Quarto, mores depravat, ut dixit quidam Sapiens: Inquinat egregios ||
30 adiuncta superbia mores. Gregorius in Mor(alibus): Cunctis apud se superba cogitatione tumentibus inest clamor in locutione, amaritudo in silencio, dissolutio in ylaritate, furor in tristitia, inhonestas in accione, honestas in ymagine, erectio in inessu, rancor in responsione. Terminus, ad quem converti debemus, est bonum humilitatis, de qua dicitur: efficiamini, sicut parvuli, scilicet innocentes
35 et humiles. Non vult autem Dominus quibuslibet parvulis nos assimilari, cum in multis pueris multa mala reperiantur, sicut dicit Augus(tinus) in libro super Genesim ad literam: Quis audeat affirmare futura mendacia, periuria non esse peccata, nisi qui talia vult impune committere. At hiis plena est puerilis etas. Sed vult, ut efficiamur sicut parvuli isti, quorum solempnia agimus, in quibus

17 repetamus: M reputamur 20 tumentem: M in mentem 24 quod: M quo 29 egregios: M add. et del. ad 30 superba: M superbia 37 mendacia: M mundicia

5 Eccli. 5,8 5 Ps. 6,11 6 recte Ov. rem. 93–94 8 Ioel 2,12 8 cf. Bern. serm. in quadr. 2,3; PL 183,172D 11 Is. 6,13 12 Ambrosiast. in Phil. 4,7; PL 17,442A 15 Mt. 2,12 15 Sedul. carm. pasch. 2,104–106; PL 19,606A 19 Hier. epist. 76,1; PL 22,689 21 Iac. 4,6 22 Iob 41,25 23 Aug. trin. 4,15,20; PL 42,901 26 Greg. M. moral. 34,23,48; PL 76,744C 29 Inquinat egregios: Claud. 8,305 30 Greg. M. moral. 34,23,52; PL 76,747A 36 Aug. – ubi?

- quedam fuerunt commendabilia ex natura infancie, quedam ex dono gracie, quedam ex preeminencia glorie. Commendabilia ex natura infancie fuerunt in ipsis primo, puritas in carne. Apo. XIII.: Hii sunt, qui cum mulieribus. Papias: Puericia est tenera etas a puritate vocata. Nunc cum sangwinem floremque genarum habens, hii sunt ephebi a phebo dicti, qui in herbis depingitur. De istis videtur dixisse Virgilius in Bocolicis quasi loquens ad Christum: Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores, id est mundos pueros. Secundo, taciturnitas in ore. Ier. 1^o: Nescio loqui, quia puer ego sum. Papias: Infans dicitur, qui fari non potest, quasi non fans, non loquens. Nondum enim bene ordinatis dentibus minus est sermonis expressio. Tercio, flexibilitas in voluntate. Beda Mt. XVIII.: Parvulus non perseverat in ira, lesus non meminit. | Oracius in Poetria: Reddere qui voces iam scit puer et pede certo signat humum, gestit paribus colludere et iram colligit ac ponit temere et mutatur ad horam. Quarto, paupertas in possessione. Sedulius: Mollior etas nil ponpe mortalis amat. Si enim haberet regnum, daret pro pomo.
- 15 Commendabilia ex dono gracie sunt in eis, primo, divina eleccio. Nam hi empti sunt ex omnibus primicie Deo, Glosa: sicut ex grege vel ex fructibus eliguntur primicie, ita isti eliguntur primicie electorum multitudine. Secundo, veritas in ore. Nam in ore ipsorum non est inventum mendacium, Glosa: que in baptismo promiserunt, fideliter exhibuerunt. Tercio, confessio in martirio, quia habebant nomen Patris sui Christi scriptum in frontibus, tunc Glosa: in aperta confessione. Quarto, severa mortificacio, quia citarizabant, id est carnem mortificabant in citharis, scilicet non in alienis, dicit Glosa: quia quod predicabant, prius in se ostendebant. Commendabilia ex preeminencia glorie sunt in eis, primo, societas Agni, cum quo visi sunt stare super montem Syon. Secundo, novitas cantici.
- 25 Cantabunt, inquit, canticum novum ante sedem Dei. Tercio, singularitas canendi, quia nemo poterat dicere canticum, nisi illa etc. Quarto, felicitas inspeccionis Dei, quia sine macula sunt ante tronum Dei. Wult ergo Dominus assimilari nos talibus pueris, et sic intrabimus in regnum ipsius. Est autem regnum, de quo Lucas 1^o: Regnabit in domo Iacob. Scripture, Mt. XXI.: Auferetur a vobis regnum Dei, id est intellectus scripturarum. Gracie. Lu. XVII.: Regnum Dei intra vos est. Glorie. Dan. VI.: Regnum eius non corrumpetur. Regnum ecclesie intratur per sacramentum, scripture per intellectum, gracie per humilitatem, quia humilibus dat gratiam, || Iac. III., glorie per puritatem, ad quam grex omnis candidus intrat, secundum Sedulium.

4 sangwinem: M sanugwinem 15 primo: M prima

3 Apoc. 14,4 3 Papias – ubi? 6 Verg. ecl. 4,23 7 Ier. 1,6 8 Papias – ubi? 10 Beda Ven. in Mt. 18,3; PL 92,83B 11 Hor. ars 158–160 13 Sedul. carm. pasch. 3,328–329; PL 19,660A 15 hi empti: Apoc. 14,4 18 in ore: Apoc. 14,5 21 citarizabant: cf. Apoc. 14,2 24 visi sunt: cf. Apoc. 14,1 25 Cantabunt: cf. Apoc. 14,3 26 nemo poterat: Apoc. 14,3 27 sine macula: Apoc. 14,5 29 Lc. 1,32 29 Mt. 21,43 30 Lc. 17,21 31 Dan. 6,26 33 Iac. 4,6 34 Sedul. carm. pasch. 1,84; PL 19,561A

21. SERMO DE SANCTO THOMA CANTUARIENSI ARCHIEPISCOPO

Misit ad illos servum et illum in capite vulneraverunt, Mt. X. Beatus Thomas duplici gaudet privilegio sicut vere martir et pontifex, scilicet prelationis in ecclesiastica dignitate, et passionis pro ecclesiastica libertate, quia misit ad illos, 5 scilicet Deus, servum, id est humilem prelatum, quoad dignitatem, et illum in capite vulneraverunt, id est capite mactato ceciderunt, quantum ad passionem. Ad laudem dignitatis sue duo designantur in assumpto themate, scilicet legitimus ingressus. Et hoc notatur in mittentis auctoritate, de quo dicitur: Misit ad illos, scilicet Deus, de cuius voluntate et beneplacito fuit electus et ordinatus, sicut 10 ipse videtur predixisse I Reg. II.: Suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui secundum cor meum faciat. Et debitus progressus. Et hoc notatur in missi humilitate, quia misit ad illos servum, id est humilem nuncium. Mittitur enim non in dominum, sed in humilitatis exemplum secundum doctrinam apostoli, I^a Pe. V^o: Non dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo. Eccli XXII.: Rectorem te posuerunt? noli extolli: esto in illis quasi unus ex illis. Gre(gorius) in Pastoralis: 15 Cuncti, qui presunt, non in se potestatem ordinis, sed equalitatem debent pensare condicionis. Sciendum est autem, quod servus dicitur quadrupliciter. Primo, a condicione, ut natus in domo ex propria familia servo vel ancilla, qui proprie dicitur originarius, et servus glebe, quales dicuntur fuisse vernaculi Abrae, Gen. XIII. Secundo, a servacione, ut captus in bello et vite servatus ad serviendum. 20 Augus(tinus) XI. De ci(vitate) Dei: Servus dictus est a servando, quando illi, qui iure belli occidi poterant, servabantur, ut servirent. 3^o, a seracione, id est clausione sub seris. Papias: Servus vocatus est a clausis seris, quando nox | venit 15d et unusquisque sompno tucior fit. Quarto, ab empcione, ut pecunia possessus. 25 Exo. XI.: Si emeris servum ebreum, sex annis serviet tibi. Sic et Sanctus Thomas fuit servus Christi ex condicione, quia natus fuit in familia Christi in domo ecclesie tamquam ab ancilla sua. Ps.: O Domine, quia ego servus tuus. A servacione, quia captus fuit in bello, et ex gracia capientis vite eterne servatus, ut serviendo mereretur. A seracione, quia clausus fuit seris preceptorum Dei, ut non 30 quecunque vellet, illa faceret, sed magis voluntatem possidentis. Ab empcione, quia emptus fuit precio sagwinis Christi, I Cor. VI^o: Hic servus habuit omnes condiciones boni servi, scilicet in corde humilitatem, in habitu vilitatem, quia cilicio et femoralibus utebatur, in labore sollicitudinem, in possessione paupertatem, quia exulavit sex annis, in intencione fidelitatem, in verbis et verberibus 35 pacienciam, in alimento abstinentiam, in forma negligenciam et tempus sompni vigilanciam. Quia ergo intravit legitime, ut missus a Domino, et ambulavit honeste, ut fidelis et prudens, ideo migravit gloriose, quia per martirium. Nam sequitur: et illum in capite etc. Sciendum est autem, quod in diversis locis scripturarum IIII^{or} manifestantur de martirio Sancti Thome, scilicet locus, Iob XXIX.: 40 In nidulo meo moriar. Causa, Eccli. IIII.: Usque ad mortem certa pro iusticia.

4 ecclesiastica: M *add. et del. dig-* 14 facti gregis: M sancti gregis 16 ordinis: M cordis

2 *recte* Mc. 12,4 10 1 Reg. 2,35 13 1 Pt. 5,3 14 *recte* Eccli. 32,1 15 Greg. M. past. 2,4; PL 77,34C 19 Gen. 14,14 21 Aug. civ. 19,15; PL 41,643 23 Papias – ubi? 25 *recte* Ex. 21,1 27 Ps. 115,16 31 1 Cor. 6,20 39 Iob 29,18 40 Eccli. 4,33

- Finis, II Macha. VI.: Adolescentibus exemplum forte relinquam, si honesta morte perfungar. Modus, in presenti verbo: In capite vulneraverunt. Locus mortis fuit sanctus, quia ecclesia, fuit enim decapitatus in basilica sedis sue. Causa honesta, quia iusticia et libertas ecclesie. Ffinis optimus, quia exemplum aliorum, ut similiter iusticiam defendant. Modus acerbus, quia summum membrorum est percussus, scilicet caput. Nam eductis carnificum gladiis inclinato capite percussus est in corona rasili cerebrumque cum cruore et ossibus est dispersum. Et nos ad imitationem sancti martiris debemus || esse servi Dei et servire Deo nostro, in cuius servicio tria dantur considerari, scilicet modus serviendi, causa, contrarietas non serviencium. Modus serviendi est, ut serviamus primo, cum fervore dileccionis in corde. Ro. XII.: Spiritu fervent Domino servientes. Secundo, cum veritate locucionis in ore. I Reg. XII.: Servite illi in veritate ex toto corde vestro. 3º, cum mortificatione carnis in opere. Lu. II.: Non discedebat de templo ieiuniis et oracionibus serviens die ac nocte. Quarto, cum sinceritate rectitudinis in intencione. Phil. III.: Non ad oculum servientes quasi hominibus placentes, sed sicut servi Christi facientes voluntatem Dei ex animo cum bona voluntate. Quinto, cum sanctitate conversacionis in Christi ostensione. Lu. II.: Serviamus illi in sanctitate. Causa serviendi Deo multiplex est utilitas. Et prima est expugnacio inimicorum. I Reg. VII.: Servite Deo et liberabit vos de manibus etc. Secunda, remissio peccatorum, Deuter. II.: In servis suis miserebitur. 3ª est collacio donorum. Mt. 2.: Vocavit servos suos et tradidit illis bona sua. Quarta, revelacio occultorum. Ys. LII.: Servus meus intelliget. Quinta, refeccio eternorum bonorum. Ys. LXI.: Servi mei comedent et bibent. Contrarietas Deo non serviencium talis est, quod quidam serviunt ydolatrie, ut perfidi. Ro. Iº: Servierunt creature potius quam creatori. Quidam mammone, ut cupidi. Oracius in epistolis: Imperat aut servit collecta pecunia cuique. Mt. VI.: Non potestis Deo servire et mammone. Quidam dyabolo, ut superbi. Iob XLI.: Ipse est rex. II Pe. IIº: A quo quis superatus est, huic et servus adductus est. Quidam mulieri, ut luxuriosi. IIº Esdre IIIº: Multi servi facti sunt propter mulieres. Ys. III.: Mulieres dominate sunt eorum. Quidam ventri, ut gulosi. Ro. XVIº: Domino non serviunt, sed suo ventri. Phil. III.: Quorum Deus venter est. |

22. SERMO SANCTI SILVESTRI

- Lex veritatis fuit in ore eius, et iniquitas non est inventa in labiis eius, in pace et equitate ambulavit mecum et multos avertit ab iniquitate, Mal. II. Sicut dicit Glosa in expositione huius verbi, hic describit Dominus in commendacione veteris sacerdotis, qualis debet esse sacerdos nove legis, scilicet sciencia

4 aliorum: M *add. et del. ius-*
35 verbi: M *in marg. corr ex vel*

22 revelacio: M *revelacione*

30 XVIº: M *XVXº*

1 2 Mach. 6,28 11 Rom. 12,11 12 1 Reg. 12,24 13 Lc. 2,37 15 *recte* Eph. 6,6
17 *recte* Lc. 1,74-75 19 1 Reg. 7,3 20 *recte* Deut. 12,36 21 *recte* Mt. 25,14 22 Is.
52,13 23 *recte* Is. 65,13 24 Rom. 1,25 25 Hor. epist. 1,10,43 26 Mt. 6,24 27 Iob
41,25 27 2 Pt. 2,4 29 *recte* 3 Esdr. 4,26 29 Is. 3,12 30 Rom. 16,18 31 Phil. 3,19
34 Mal. 2,6

illuminatus, ut lex veritatis sit in ore eius. Vita sanctificatus, ut iniquitas non
inveniat in labiis eius, sed potius ambulet cum Deo in pace et equitate. Doctri-
na clarus et lucidus, ut multos avertat ab iniquitate. Que tria excellenter fuerunt
in Sancto Silvestro, quia instructus est litteralibus studiis a Cirino presbitero,
5 quantum ad scienciam. Qui erat omnibus amabilis et in omni sanctitate conspi-
cuus, quantum ad vitam. Qui Constantinum imperatorem convertit et baptizavit,
quantum ad doctrinam. Dicatur itaque ad laudes eius, quot lex veritatis fuit in
ore eius. Dicitur autem lex veritatis sciencia Sacre Scripture originaliter, quia
10 fuit a primo fonte veritatis. Eccli. I^o: Omnis sapiencia. Is. LI.: Lex a me exiet.
Materialiter, quia continet veritatem id est Christum et eius misteria. Io. V^o:
Scrutamini scripturas, et ille sunt, que testimonium perhibent de me. Ps.: Lex
tua veritas. Finaliter, quia dirigit ad veritatem. II Tim. III.: Sacras litteras no-
sti, que te possunt instruere ad veritatem. Hec lex fuit in corde Sancti Silvestri
per meditationem. Ps.: In lege Domini meditabitur. Ps.: Lex Dei eius in corde
15 ipsius, sicut thesaurus custoditur in corde terre. In ore per locucionem, secun-
dum quod nunc dicitur: Lex veritatis etc. Exo. XIII.: Lex Domini semper sit in
ore vestro. Non enim sufficit habere in corde, ut nos solos reficiat, sed etiam
debemus habere in ore, ut aliis proficiat, sicut columba ponit grana in ore, || 16c
ut pullos pascat. In manu per executionem. II Paral. XXIII.: Dederunt in ma-
nu eius tenendam legem. Deuter. XVII.: Deuteronomium legem habebit secum
20 legetque illud, ut custodiat verba Dei. Post commendacionem de sciencia sequi-
tur commendacio de vita. Et primo, ponitur laus per modum privacionis mali,
cum dicitur: Iniquitas non est inven(ta) in la(biis) eius. Secundo, per modum
posicionis boni, cum dicitur: in pace, scilicet cordis, et equitate, scilicet ope-
25 ris, ambulavit mecum, scilicet per rectitudinem intencionis. Sed ambulancium
quadruplex est differencia. Nam quidam ambulant cum diabolo, quidam cum
mundo, quidam cum carne, quidam cum Salvatore. Primos ducit malignitas, se-
cundos seducit vanitas, tercios allicit voluptas, quartos trahit caritas. De primis
ambulatoribus dicitur Deuter. XXXI.: Propono vobis malediccionem, si ambula-
30 veritis post deos alienos. De secundis Ier. II^o: Ambulaverunt post vanitatem, id
est transitoria bona mundi, sicut pueri secuntur papilionem, quem non capiunt.
De terciis II Pe. II.: Ambulant post carnem in concupiscencia immundicie. I
Pe. III^o: Ambulaverunt in luxuriis et commessacionibus, sicut porci de luto ad
fimur. De quartis dicitur hic: in pace ambulat mecum, et Gen. VI.: Noe vir
35 iustus cum Deo ambulavit. Primi tres ambulatotes perveniunt ad pessimum hos-
piciur, scilicet infernum, sicut lupus persequens predam pervenit ad foveam.
Eccli. XXI.: Via impiorum conplantata lapidibus et in fine illorum inferi. Ulti-
mi ambulatotes perveniunt ad optimum hospiciur, scilicet celum, sicut apes ad
fiores. Io. VIII.: Qui sequitur me etc. Post laudem sciencie et vite sequitur laus
40 predicacionis et doctrine, et ostenditur, quantum fuerit prospicua eius doctrina,
cum dicitur: multos avertit etc. Et quidem multos avertit, quantum ad numero-

4 Cirino: M *add. et del.* episcopo 8 eius: M *iter. et corr.* 22 de vita: M *dominica ?*
35 ambulavit: M *add. mecum*

4 instructus est: *vita s. Silvestri ? - ubi?* 9 Eccli. 1,1 9 Is. 51,4 10 Io. 5,39 11 Ps.
118,142 12 2 Tim. 3,15 14 Ps. 1,2 14 Ps. 36,31 16 *recte* Ex. 13,9 19 2 Par. 23,11
20 Deut. 17,19 29 *recte* Deut. 11,26 30 Ier. 2,5 32 2 Pt. 2,10 33 1 Pt. 4,3 34 Gen.
6,9 37 Eccli. 21,11 39 Io. 8,12

sitatem, | magnos, quantum ad dignitatem, ut Constantinum et matrem eius. Est 16d
autem triplex iniquitas, scilicet luxurie, de qua Iob XXXI.: Scortum sit alterius
uxor mea, quod est iniquitas maxima. Superbie. Iob XV.: Cunctis diebus suis
impus superbit. Avaricie. Eccli. X.: Nichil iniquius, quam amare pecuniam. In
5 hac triplici iniquitate debuit convertere sanctus doctor peccatores triplici modo,
scilicet morum exemplis, oracionum suffragiis, predicacionum documentis, ut
impleatur in eo, quod dicitur Iob XXXIII.: Aperit aures virorum et erudiens eos
instruit disciplina, ut avertat hominem ab hiis, que fecit.

23. SERMO IN CIRCUMCISIONE DOMINI (Sermo primus)

10

Hic est, qui venit per aquam et sanguinem, Iesus Christus, non in aqua solum,
sed in aqua et sagwine, I Iohannis V^o: Pietas divina semper curat de salute huma-
na et hoc patet ex facto suo, quia remedium adhibuit contra peccatum in antiquo
populo et in novo, scilicet circumcisionem et baptismum, ut dicitur in presenti
15 verbo: Hic est, qui venit semper facturus ablucionem nostram, per aquam, sci-
licet regeneracionis, et sagwinem, scilicet circumcisionis, Iesus Christus. Non
in aqua solum, scilicet baptismi, supple: mundans nos, sed in aqua baptismi et
sagwine prepuccii. Utramque enim suo tempore, observatum est, salutem contu-
lit. Beda super Lucam: Idem salutifere curacionis auxilium circumcisio exhibuit
20 in veteri lege, quod baptismus facere consuevit tempus gracie et sicut utrum-
que ipsis aliis imposuit, sic etiam utrumque ipse suscepit. De utroque agitur
in presenti festo, De circumcisione in ewangelio: Postquam consummati sunt
etc. De baptismo in epistola: Salvos nos fecit per lavacrum regeneracionis. Sed
quia circumcisio hodie facta est in Domino nostro, ideo de ipsa agentes pri-
25 mo excludimus necessitatem circumcidendi a Domino. Secundo, assignabimus
causas circumcisionis ipsius, 3^o, exprimimus modum imitationis ipsius. Neces-
sitas circumcisionis sic excluditur ab ipso, quoniam cum || circumcisio daretur 17a
contra peccatum, et ipse peccatum non habuerit, circumcidi non indiguit, quia
purissimus fuit. Et hoc primo, in conceptione. Sap. VIII.: Veni ad corpus in-
30 coinquinatum, id est in utero virginis immaculatum, quod factum est in carnis
assumpcione, quando etiam dicitur ascendisse super nubem levem, quia assump-
sit carnem peccati immunem, Is. XIX. Secundo, in nativitate. Prover. XXV.:
Aufer, scilicet per sanctificationem, rubiginem, id est peccatum, de argento, id
est de matre Christi, et egredietur, scilicet nascendo ex ipsa, vas purissimum, id
35 est puer purissimus, vas plenum gracie et veritatis. Tercio, in vita. Prover. III.:
Primi et purissimi fructus eius, id est acciones vite, quasi fructus arboris, quos
ipse habuit primos dignitate, purissimos sinceritate. Quarto, in morte. II Mach.
VII.: Passus sum absque iniquitate manus mee, cum haberem mundas ad Do-
minum preces. Causa vero seu utilitas circumcisionis sue prima fuit, ut se aliis
40 illicitis conformaret, quia singularitas odiosa est in societate. Secunda, ut statum

2 Iob 31,10 3 Iob 15,20 4 Eccli. 10,10 7 Iob 33,16-17 12 1 Io. 5,6 19 Beda
Ven. - ubi? 22 Postquam consummati: Lc. 2,21 23 Salvos nos: Tit. 3,5 29 Sap. 8,20
32 Is. 19,1 32 Prov. 25,4 35 Prov. 3,14 37 recte Iob 16,18

circumcisionis approbaret, ne vide(a)tur eam Abraham ex proprio corde protulisse et supersticiose invenisse. Tercio, ut Iudeis occasionem auferet excludendi se, quia incircumcisum detestabantur. Quarto, ut nos circumcidi in suo facto doceret, quia secundum Augustinum: Omnis Christi accio nostra est instructio.

5 Sed est triplex circumcisio, scilicet carnis et spiritus et utriusque. Prima transivit et ideo non est tenenda. Secunda currit et illa est tenenda. Tercia exspectatur et illa est speranda. Transivit autem succedente sibi baptismo. Et hoc rationabiliter faciente Deo, quoniam circumcisio respectu baptismi erat imperfecta. Primo, quantum ad potestatem, quia non tantam gratiam dabat ad operandum bonum et ad reprimendum malum, nec aperiebat celum, sicut baptismus, sed in sinu

10 Abrahe beata requie consolati superne pacis ingressum spe felici exspectabant. Secundo, | quantum ad generalitatem, quia non erat omnibus communis habens 17b determinatum populum, scilicet Iudaicum, et sexum, scilicet virilem, et tempus, scilicet diem octavum. Baptismus vero extendit se ad omnem populum, sexum et diem. Tercio, quantum ad facilitatem sustinendi, quia fiebat ferro et sagwine, baptismus autem aqua et oleo. Ffacilius est autem aqua tingi, quam ferro incidi. Quarto, quantum ad puritatem conferendi, quia non ita decens videbatur tractare inferiora, quemadmodum superiora, que sufficit intingere in aqua in adultis, ut scilicet crescente puritate interiori cresceret etiam honestas exteriori, et ob hoc, ut dicit B(ernardus) in sermonibus: Remedium peccati verecundum

20 pariter et austerum mutat in honestum. Circumcisio vero spiritus, que est a vicis, que nunc currit, est observanda, quoniam illam designat circumcisio Christi. Est autem circumcisio superfluum ablacio. Est vero quadruplex superfluum auferendum a nobis. Primo, curiositas ab intellectu, ut studeamus circa utiliora

25 pocius et saluti viciniora, quam circa subtiliora, prius in libro vite, quam scientie, prius in breviario, quam in spere circulo, quia dicit Tullius in Rethorica, quod curiositas est nimiam operam impendere magne utilitati, ut si dimissa morali philosophia geometriam legas vel abacum et ignorato psalterio astralabium. 2º, carnalitas ab affectu. Ier. IIII.: Circumcidimini Domino et auferte prepucia

30 cordium vestrorum. Deutero. X.: Circumcidite prepucium cordis vestri. 3º, inhonestas ab accione. Deutero. XXI.: Circumcidet ungues et radet cesariem et deponet vestes. Ungwis est operacio, quia per fortitudinem unguum caput manus cum operatur. Cesaries est cogitacio, vestis est mala consuetudo, que sunt abicienda. 4º, superfluitas a sermone. Iob XXXIX.: Manum meam ponam super

35 os meum, unum locutus sum, quod utinam non dixissem et || alterum, quibus ultra non addam. Oracius in epistolis: Singultim pauca locutus. Circumcisio vero utriusque speratur per Christum fieri in generali resurrectione, quando a sanctis tolletur culpa et pena. In cuius signum dicitur Iosue populum circumcidisse secundo, Ios. V., quoniam circumcisio significat ablacionem miserie presentis et

40 future. Et circum(c)i)sio data ab He(breis) significat circumcisionem presentem 17c

1 ne vide(a)tur: M iter. et corr. 13 virilem: M nostri ? et suprascr. virilem 26 spere: lege sphere 27 impendere: M add. cum

4 Aug. – ubi? 20 Bern. serm. circumc. Dom. 1,1; PL 183,132D 26 Cic. – ubi? 29 Ier. 4,4 30 Deut. 10,16 31 Deut. 21,12 34 recte Iob 31,34 36 Hor. sat. 1,6,56 39 Ios. 5,2

a culpa. Circumcisio vero facta a Iosue in terra promissionis post peregrinationem significat circumcisionem futuram a miseria, ad quam nos perducatur puer pro nobis hodie circumcisis, Iesus Christus.

24. SERMO CIRCUMCISIONIS DOMINI

(Sermo) secundus

5

(V)ocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo, priusquam in utero conciperetur, Lu. II. Cum circumcisione secundum morem Iudeorum curabat nominis inpositio et sic factum est etiam in Domino nostro, sicut nunc dicitur: Vocatum est nomen eius etc. Dico autem, quod istud nomen propter
 10 sui excellenciam fuit presignatum, fuit predictum, fuit impositum. De presignacione dico, quod istud nomen ita est gloriosum, quod soli Christo convenit secundum veritatem, aliis autem tantum in signo. Legimus autem tres summos viros hoc nomine appellatos, scilicet maximum principem, egregium doctorem, summum pontificem. Quoniam tria erant necessaria Salvatori, scilicet potencia
 15 contra diaboli violenciam, sapiencia contra diaboli astuciam, bonitas et iusticia contra diaboli maliciam. Quo ad potenciam prefiguratus fuit in Iesu, filio Nave, qui fuit fortis in bello, Eccli. XLVI. Quo ad sapienciam in Iesu, filio Sirac, qui renovavit sapienciam de corde suo, Eccli. L. Quo ad bonitatem in Iesu, filio Iosedech, quia reduxit populum et rehedicavit templum, ut habetur in libris
 20 Esdre. De predicione dico, quod trium summorum virorum predicta sunt nomina inter quosdam alios, scilicet Isaac, Gen. XVII., Sansonis, Iudicum XV., Iosie, III Reg. XIII., quoniam Salvator noster erat leticia mestorum, sicut dixit | angelus: Annuncio vobis gau(dium) etc., Lu. II. Abacuc III.: Exultabo in Deo Iesu meo. Lumen cecorum. Io. I.: Erat lux vera, que illuminat etc. Redemptio
 25 perditorum. Ps.: Ipse redimet Israel ex omnibus etc. Quantum ad primum conformabatur Isaac in predicatione nominis, quia Isaac interpretatur risus. Quantum ad 2-um Sansoni, qui interpretatur sol eorum. Quantum ad 3-um Iosie, qui interpretatur sacrificium. Nam ipse Christus fuit sacrificium vespertinum, oblatum Deo in fine mundi pro salute nostra in odorem suavitatis. Fuit autem duplex
 30 sacrificium Christi, scilicet spirituale et corporale. Spirituale fuit sacrificium devocionis et amoris, salutis humani generis, quod obtulit in mente. Corporale fuit sacrificium mortis, quod sustinuit in cruce, et quod representatur in altari ecclesie. Et utrumque habuit figuram sui in veteri lege. Prefiguracio sacrificii spiritualis, quod obtulit in abdito devote mentis, fuit in sacrificio timiamatis, quod offerebatur in altari interiori. Prefiguracio sacrificii corporalis, quod obtu-
 35 lit in carne, sensibiliter in cruce, fuit in sacrificio carnis sensibilis animalium occisorum. Prefiguracio sacrificii corporalis insensibiliter oblatus in altari sub specie panis et vini, erat sacrificium rerum insensibilium, scilicet frugum panis et vini. Et utrumque sacrificium offerebatur exterius in altari holocaustorum. De

17d

20 predicatione: M predicatione

7 Lc. 2,21 17 Eccli. 46,1 18 Eccli. 50,29 20 cf. 3 Esdr. 6,2 21 Gen. 17,19 21 recte
 Iud. 13,24 22 3 Reg. 13,2 23 Lc. 2,10 23 Hab. 3,18 24 Io. 1,9 25 Ps. 129,8
 29 in odorem: Eph. 5,2

inposicione dico, quod primo inpositum fuit ab angelo, quasi a natura superiore, postea ab homine. Mt. I^o: Pariet tibi filium et vocabis nomen eius Iesus, quoniam hoc nomen ita est gloriosum, quod cetera nomina excellit dignitate. Phil. II.: Dedit illi nomen. Excellit etiam suavitate. Cant. I^o: Oleum effusum
5 nomen tuum, ideo adoles(centule). Ber(nardus): Iesus mel in ore, melos in aure, iubilus in corde. Excellit etiam potestate. Lu. X.: Domine, in nomine tuo etc. Demonia subiciuntur nobis. Mt. VI.: In nomine meo demonia eicient. Excellit etiam utilitate. Actuum III.: Non est aliud nomen datum sub celo hominibus, in quo nos oporteat salvos fieri. Racione ergo dignitatis est devote venerandum.
10 Racione suavitatis libenter audiendum || et recitandum. Et racione utilitatis iugiter in corde recolendum, ut semper ei dicamus: Deus in nomine tuo salvum me fac precante ipso Iesu Christo. Racione potestatis frequenter in necessitate invocandum. (V)ocatum nomen eius Iesus. Dubitatur de hoc nomine, ut conveniat Christo ex tempore, an ab eterno? Et est dicendum, quod hoc nomen,
15 Iesus, idem est, quod Salvator. Salvator autem tripliciter dicitur, scilicet ab actu salvandi, ab habitu et a potencia. Secundum quod dicitur a potencia salvandi, competit Christo ab eterno et dicitur inpositum ab eterno. Mt. I^o: Vocabis nomen Iesum, Glosa: Non impones, quod ab eterno inpositum ei. Secundum quod dicitur ab habitu salvandi, competit Christo a sua conceptione et est inpositum
20 ei ex tempore ab angelo. Secundum quod dicitur ab actu salvandi, sic convenit ei a sua passione et est inpositum a Ioseph. Mt. I^o: Vocabis nomen eius. Christostomus: Hoc nomen do tibi imponendum, et si non sit tuus natus, tamen que patris sunt circa ipsum, demonstrabis. Est autem inpositum racione future passionis, quoniam per passionem perfecit salutem nostram, prout dicitur de eo Mt.
25 I^o: Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.

18a

25. EPIPHANIE DOMINI

Sermo primus

Apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus et mirram, Mt. II^o. Conversio gentilitatis ad Deum incarnatum hodie est facta et incepta. Et est incepta
30 primo a maioribus, scilicet regibus et prophetis, quales erant isti magi, ut facilius fieret conversio inferiorum, quia dicit quedam Glosa super epistolam ad Ro(manos): Prompte facit inferior, quod videtur fieri a superiore. Crisostomus in libro De dogmate sacerdotali: Regencium mores vulgus imitatur, et quasi
35 imagine ita in vita intuens presidencium studet, quantum potest, illorum fieri similem. Claudianus: Mobile mutatur semper cum principe vlgus. Et quia dicitur Eccli. XXXV.: Non apparebis in conspectu Domini Dei tui vacuus, ideo plenis manibus venerunt et apertis thesauris suis munera optulerunt. Videntur autem

1-2 superiore: M superiori 6 iubilus: M iubilis 10 audiendum: M add. racione 11 in: M iter et del. 17 I^o: M add. ab eterno et dicitur 35 mutatur: M imitatur

2 Mt. 1,21 4 Phil. 2,9 4 Cant. 1,2 5 Bern. serm. in cant. 15,6; PL 183,847A 6 Lc. 10,17 7 recte Mc. 16,17 8 Act. 4,12 17 Mt. 1,21 21 Mt. 1,21 22 Ioh. Chrys. - ubi? 24 Mt. 1,21 28 Mt. 2,11 33 Ioh. Chrys. - ubi? 35 Claud. 8,302 36 Eccli. 35,6

fuisse isti magi homines magne | humilitatis et fidelitatis et largitatis. Humilitatem eorum manifestat ingressio in domum, in illud scilicet vile diversorium, ubi virgo peperit filium suum primogenitum, ubi infinita maiestas membris contrac-

5 est condicio debita regibus, scilicet humilitas, quia dicit Augustinus in libro De sancta virginitate, quod mensura humilitatis data est cuique ex mensura ipsius magnitudinis. Et ideo de natura magnifici est, ut dicit Aris(toteles) in Ethicis, ut apud mediocres hominum humilitas inveniatur. Quapropter monentur magi Eccli. III.: Quanto maior es, humilia te in omnibus. Fidelitatem eorum manifestat

10 adoracio ante puerum, quia procidentes adoraverunt eum. Est autem adoracio actus fidei et latræ. Ps.: Omnis terra adoret te, Glosa: fide. Adoraverunt ergo puerum, quamvis ipsi essent reges et philosophi, quia propheta vocat eos reges dicens: Reges offerent tibi munera, ewangelista vero magos, a magnitudine sciencie, non a magica arte. Et utrumque verum fuit in eis, quoniam teste Lac-

15 tancio caput VI.: Antiquitus reges philozophantur et philosophi regnabant. Et hec est etiam condicio regibus debita, scilicet fidelitas. Inde dixit Sanctus Andreas Acaie: Oportebat, ut tu, qui iudex hominum fieri meruisti, creatorem tuum agnosceres et agnitum coleres. Ad fidelitatem enim principis sequitur fidelitas plebis, sicut dictum est principi fideli Ezechie Is. XXXIII.: Erit fides in temporibus tuis, Glosa: populus fidelis. Largitatem eorum manifestat oblacio munerum, quia apertis thesauris etc. Et hec condicio similiter est regibus debita. Qui enim plus habent, plus dare debent, secundum illam regulam Eccli. XXXV.: Da Altissimo secundum datum suum, et Thob. IIII.: Si tibi fuerit, habundanter tribue. De hac virtute liberalitatis laudatur Assuerus Hester I^o: Largitur secundum magnificenciam principalem, quia secundum dictum Aris(totelis) in Ethicis: Virtus magnificencie est. Circa || opes expendendo in multitudine eciam est de expensis,

25 de quibus dicitur, quod sunt preciose et honorifice, ut in rebus divinis sacrificiis et votis et operibus utensiliorum et ornamentis bonorum. Optulerunt autem spiritualiter ista munera, non alia, scilicet aurum etc., quoniam per hec predicaverunt primo, mundi contemptum. Aurum enim excellit in divitiis mundi, thus in honoribus, quibus honoratur Deus in cultu religionis, mirra in deliciis, quoniam ex eius unccione conservantur membra tenera delicate carnis. Obtulerunt ergo ista, ut inspecta paupertate matris et vilitate loci continentis et afflictione pueri in presepio iacentis significarent abiciendum a nobis quicquid est excellencius in divitiis, deliciis et honoribus. Secundo, per hoc invenerunt pauperem

35 Christum. Aurum enim est precipuum in metallis, thus in sacrificiis, mirra in sepulturis. Et ita offerebant aurum forte ad litteram, ut relevaretur inopia pauperis matris, sicut de auro Nicholai relevata est inopia virginum earumque patris. Thus, ut repelleretur ex fumo suavi fetor loci stabularis. Mirra, ut fieret inde unccio salubris membrorum infantis. Tercio, per hoc docuerunt modum colendi Deum. Istis enim muneribus protestabantur nati dignitatem, et ex nato nostram

4 hec: M hic 6 cuique: M nunquam 8 humilitas: M humilis 30 Aurum: M add. et del. est (?) 37 relevaretur: M in marg. corr. ex revelaretur 38 relevata: M revelata

4 Aug. – ubi? 5 Aug. virg. 31,31; PL 40,413 7 Aristot. – ubi? 9 Eccli. 3,20 11 Ps. 65,4 13 Reges offerent: Ps. 67,30 15 Lact. – ubi? 17 Oportebat, ut – quis et ubi? 19 recte Is. 36,6 22 Eccli. 35,12 23 Tob. 4,9 24 Esther 1,7 25 Aristot. eth. Nic. 4,5

utilitatem. Nati dignitas duplex est, scilicet regalis et pontificalis. Ideo obtulerunt aurum sicut regi magno, thus tamquam sacerdoti sancto. Nostra vero ex nato utilitas est redemptio per ipsius mortem, ad quam designandam optulerunt mirram tamquam homini morituro. Nos quoque ad instar sanctorum regum
 5 debemus adorare puerum natum, et hoc dicit, secundum quod duo sunt modi adorandi, scilicet interius in affectu cordis, de quali adoracione dicitur Io. | III.: Veri adoratores etc., Glosa: non in templo, sed in intimo corde. Et exterius in signo corporis, ut sunt prostrationes, de quibus Apo. V.: Ceciderunt in facies suas et adoraverunt, et genuflexiones, de quibus Mt. VIII.: Genu flexo ante eum
 10 adorabant, ut sic adorantes suscipiat a magis hodie adoratus puer, Iesus Christus. 18d

26. <EPIPHANIA DOMINI> Sermo secundus

Omnipotens benedicit tibi benedictionibus desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus uberum et vulvarum, Gen. XLIX. Dies iste
 15 ore cunctorum fidelium Epiphania nuncupatur quasi desuper apparicio, ab epi, quod est supra, et phanos, quod est apparicio, quoniam in hac die superna agente potencia tripliciter Dominus natus in mundo se manifestavit. Primo, obsequio sideris, sicut nunc dicitur: Vidimus stellam eius in oriente, Mt. II°. Secundo, testimonio Patris, qui dicit: Hic est filius meus dilectus, Mt. III. Tercio, obediencia creature inferioris immutacione aque in vinum, Io. II. Hec enim tria
 20 uno die facta leguntur, diversis tamen temporibus. Nam indicio sideris apparuit XIII^a die post nativitatem suam, testimonio Patris XXX^o anno in baptismo Iohannis, conversione laticis XXXI^o in nuptiis alterius Iohannis. Hic triplex modus apparicionis notificatur in verbis nunc inductis: Omnipotens benedicit
 25 tibi bene(dictionibus) desuper, scilicet in nove stelle creacione. Benedictionibus abyssi in sacri baptis(mi) institucionem, cuius materia est aqua et huius origo abyssus, id est mare. Benedic(cionibus) uberum et vulvarum, in maris et femine coniuncione, que in vulva, id est in ventre concipiunt et verberibus alunt. Per hanc triplicem manifestacionem Christi liberamur a triplici humani generis defectu, qui est ignorancie cecitas in rationabili ad discernendum, inpotencie
 30 difficultas in irrationabili ad agrediendum, concupiscencie feditas in concupiscibili ad continendum. || Sed Christus ignoranciam illuminat per stelle fulgorem, inpotenciam adiuvat per baptismi virtutem, concupiscenciam sedat per matrimonii institucionem. Prima ergo apparicio illuminat ignoranciam, unde dicitur
 35 in epistola: Surge, scilicet a peccatis, illuminare, scilicet per fidem, quia venit, per incarnationem, lumen tuum, id est Christus, et gloria Domini, scilicet illa stella prefulgida indicium gloriosi Domini super te orta est, quia stetit supra domum, ubi erat puer. Augustinus in sermone: Novum hodie de celo terris 19a

10 adoratus: M adoratur 18 eius: M iter. 20 Hec: M Hic 30 inpotencie: M corr. ex inpace ? 32 fulgorem: M in marg. corr. ex figurem

6 Io. 4,23 8 recte Apoc. 11,16 9 recte Mt. 27,29 14 Gen. 49,25 18 Mt. 2,2 19 Mt. 3,17 20 Io. 2,9 35 Surge: Is. 60,1 38 Aug. – ubi?

sidus illuxit, et totius mundi dissipata caligine noctem convertit in diem, ne dies celaretur in nocte. Adduxit suplices, ostendit hospicium, amplissimo lumine radians nati tecta perfudit, sicque discessit. De hac apparitione Domini per stellam videtur predixisse Tho(b). XIII.: Luce splendida fulgebis, quasi loquens
 5 ad illud diversorium, ubi puer erat, quod habebat interius lucem incarnate divinitatis, exterius stelle splendentis, naciones ex longinquo ad te veniunt, isti magi, et munera defferentes adorabunt Dominum in te. Stella autem ista differebat ab aliis stellis, primo in ortu, quia non erat a principio cum aliis creata, sed tunc eam puer creavit et magis previam deputavit. Secundo, in motu, quia ordinem et cursum stellarum non servabat, quoniam ut dicit Da(m)asce(n)us III.
 10 libro suo: Quandoque ex oriente in occidentem faciebat cursum, quandoque ex aquilone in austrum, quandoque occultabatur, quandoque apparebat, quod non est de motu solito stellarum. Tercio, in situ, quia non erat in firmamento cum aliis stellis, sed in ethere inferiori, ut posset eciam loca minima et vias singulas
 15 demonstrare. Quarto, in lucis claritate, que tanta erat, ut a Solis luce occultari non posset, sicut alie stelle solent a maiori lumine occultari. Quinto, in officii dignitate, quia alie posite sunt, ut illuminarent noctem, hec autem illuminat diem, quia manifes- | tavit ipsum Salvatorem. Sexto, in duracionis quantitate, 19b quia alie sunt perpetue permanencie, hec autem desiit esse peracto officio suo et rediit in preiacentem materiam, de qua eam puer potens formaverat. Secunda apparicio purgat culpam, quia tunc tactu mundissime sue carnis vim regenerativam contulit aquis, ut corpus tangant et cor abluant. Augustinus in sermone: Sicut post partum glorificata Marie castificacio, ita post baptismum aque comprobata est purificacio, non quod pene maiori munere, quam maxima unda ditata est. Illa enim sibi tantum meruit castitatem, ista nobis contulit sanctificationem.
 25 Illa meruit, ne peccaret, ista ut peccata purgaret. Illa propria peccata a se repudiat, ista aliena condonat. 3^a apparicio sedat concupiscenciam. Augustinus in libro De nupciis: Infirmitas incontincencie, que est in carne per peccatum mortua, ne cadat in ruinam flagiciorum, excipitur honestate nupciarum. Quia vero
 30 dictum est, quod non est, qui se abscondat a calore eius, ideo sciendum est, quod non solum gentibus apparuit per stellam, sed eciam Iudeis per scripturam. Nam cum Herodes quereretur, ubi Christus nasceretur, sacerdotes responderunt ex dicto prophete, quod in Betlehem Iude. Et tunc ipsi aliis veritatem dicentes in infidelitate remanserunt, sicut dicit Augustinus de ipsis in sermone: Iudei magis
 35 demonstrato vite fonte sunt mortui siccitate, viatoribus aliquid monstraverunt, sed ipsi immobiles permanserunt. Similes fabris arche Noe, qui aliis ubi evaderent presterunt, et ipsi diluvio perierunt, similes lapidibus miliariis, qui aliis viam ostendunt, sed ipsi ambulare non possunt. Hunc duplicem modum apparicionis Christi tangit Psalmus dicens: Notum fecit Dominus, scilicet Iudeis per
 40 scripturam, salutare suum, id est Christum, in conspectu gentium, id est mago-

4 fulgebis: M fulgebit
 suprascr.

30 est: M *add. et del.* qui se abscondat a calore

38 viam: M

4 Tob. 13,13-14 10 Ioh. Damasc. fid. orth. 2,7; cf. PG 94,895 22 Aug. - *ubi?* 27 Aug. nupt. et concup. 1,16,18; PL 44,424 30 non est: Ps. 18,7 34 Aug. serm. 199,1; PL 38,1027
 36 Similes fabris: Aug. serm. dub. 373,4; PL 39,1665 39 Ps. 97,2

rum, revelavit, scilicet per stellam, iusticiam suam || id est eundem Christum, 19c
qui sicut se nobis manifestavit per fidem in presenti, sic et in futuro manifestet
per spem. Amen.

27. <EPIPHANIA DOMINI>

Sermo tercius

5

Salvos nos fecit per lavacrum regeneracionis et renovacionis Spiritus Sancti, quem effudit in nobis habunde, ad Titum III^o. Dominus Iesus laudabilis est ex operibus misericordie sue, que fecit in nos suscipiendo pro nobis baptismum et instituendo nos salutari baptisate, ut luce clarius liquet ex verbo presenti: Salvos nos fecit etc. Simile habetur Mt. XVI.: Qui baptizatus fuerit, salvus erit. Salvat autem nos Christus quadruplici lavacro, scilicet unda lacrimacionis in contricione. Ps.: Lavabo per singulas, Glosa ad litteram: per noctes in lecto plorabo pro peccatis. Vel lectum vocat conscienciam, quam lavat lacrimis eundo per singulas noctes, id est per singula peccata. Doctrina erudicionis in predicatione. Io. XV.: Iam vos mundi. Sagwine redempcionis in passione. Apo. I^o: Lavit nos a peccatis nostris in sagwine suo. Fflumine regeneracionis in baptisate. Cant. IIII^o: Ascenderunt de lavacro, Glosa: loti in baptismo. De isto quarto lavacro dicitur: Salvos nos fecit per lavacrum regeneracionis, id est per baptismum, quod regenerat, id est facit 2^o nasci, scilicet spiritualiter, quia dicit Dominus Io. III.: Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest etc. Cuius baptismi tangit hic sacra auctoritas materiam et efficaciam. Materia baptismi est aqua, et hic supponitur nomine lavacri, quoniam locio fit per aquam et lavacrum est aqua deputata ad lavandum, sic balneum est aqua deputata ad balneandum. Sunt autem multe cause, quare voluit Dominus baptismum fieri in aqua potius, 25 quam in aliis liquoribus. Et est una causa, quoniam aqua ratione diafanitatis sue, cum sit transparens et pervia lumen, habet aliquid de lumine. Ideo competit baptismum, qui habet similiter vim illuminativam, quia inprimit caracterem, que disponit animam ad suscepcionem luminis gracie, | ut transparencia vitrum 19d ad suscepcionem luminis corporalis. Ideo Dam(ascen)us attribuit baptismum illuminacionem dicens: Baptismus est principium spiritualis vite et illuminacio mentis. Alia causa est, quod aqua ratione humiditatis sue habet vim ablutivam maiorem, quam alii liquores. Ideo competit baptismum, in quo mundantur sordes spirituales. Zach. IIII.: Erit fons patens domui Davit in ablucionem peccatoris. Hugo de Sancto Victore: Baptismus est aqua diluendis criminibus sanctificata. 35 3^a causa est, quoniam aqua ratione frigiditatis sue habet vim refrigerandi. Dicit enim Aris(toteles) in libro De proprietatibus elementorum, quod frigus provenit

28 ad suscepcionem luminis gracie: M *add. et del.* ut transparencia vitrum ad suscepcionem luminis
33 domui: M *in marg. corr.* ex donui 35 frigiditatis: M *frigiditatis*

7 Tit. 3,5 10 *recte* Mc. 16,16 12 Ps. 6,7 15 Io. 15,3 16 Apoc. 1,5 17 *recte* Cant. 6,5 20 Io. 3,3 29 Ioh. Damasc. – *ubi?* 33 *recte* Zach. 13,1 34 Hugo S. Vict. – *ubi?*
36 Ps. Aristot. – Isaac Israeli – *ubi?*

ex vicinitate duorum elementorum frigidorum, scilicet terre et aque. Ideo competit baptismo, in quo fomes mitigatur. Eccli. XVIII.: Ardorem, scilicet fomitibus, refrigerabit ros, id est gracia baptismalis. Quarta causa est, quoniam aqua maxime convenit generacioni et augmentacioni rerum vivencium, ut dicitur (in libro)
 5 XVII. Animalium. Et patet etiam ex hoc, quod in principio mundi animalia ex aquis producta sunt, sicut pisces et aves, quorum quedam remissa sunt in gurgiti, quedam levata sunt in aera. Ideo competit baptismo, quo est regeneracio in spiritualem vitam, sicut dicit Augustinus in sermone: Nascendo nos ad vitam genuit, baptizando ad salutem regeneravit. Quinta, quia in omnibus partibus invenitur. Sexta, quod ab omnibus faciliter habetur. Que duo competunt baptismo,
 10 prout est sacramentum necessitatis. Non sic sagwis vel oleum nec mel nec lac nec vinum, que nec ubique inveniuntur, nec ab omnibus facile habentur. Septima, quot aqua ratione levitatis sue significat divinam pietatem erga nos, qui volunt aqua mundari, non ferro incidi, sicut fiebat in lege veteri. Quia lex vetus
 15 fuit honoris ad confringendum duos, ideo duri in cultro et sagwine habebant remedium. Lex autem nova est pietatis et suavitatis. Mt. XI.: Iugum meum suave est. Ideo dat remedium in aqua, que facile cedit et leviter tangit. Ex hiis patet, quia ex institutione baptismi nos Dominus docuit per hoc, || quod effectus
 20 gracie interiores in proprietatibus aque exterioribus designavit. Nobis etiam pepercit, quia sagwinem in aquam mutavit. Nos etiam pudicos esse voluit, quia remedium peccati, verecundum pariter et austerum et mutat inhonestum, secundum Ber(nardum). Efficacia baptismi est deleccio culpe et collacio gracie. Et hoc exprimit thema nostrum, cum dicit: quem, scilicet Spiritum Sanctum, regeneratorem effudit in nos habunde, Glosa: quia et omnia peccata remittit et virtutes
 25 confert. Unde dico ad laudem et gloriam sacramenti nostri, quod delet culpam et confert graciā. Et ratio huius talis est: Divina liberalitas, que tantam huic sacramento contulit efficaciam. Ratio vero huius causalitatis est triplex. Congruencia prima sumitur ex parte illius, contra quod est baptismus, scilicet ex parte culpe originalis, que inter peccata peiores in anima relinquit sequelas, et
 30 cuius corruptio est universalis et magna. Ideo congruum fuit, ut Deus magne efficacie remedium institueret in contrarium. Nam sicut in corruptioe illius morbi manifestatur rigor divine iusticie, sic in remedio illi opposito notificaretur dulcedo divine misericordie, ut maior sit in nobis gracia, quam fuerit ante culpa, secundum apostolum, Ro. V.: Ubi habundavit etc., et non sicut delictum, ita et donum. Secunda congruitas sumitur ex parte eius, ad quod est baptismus,
 35 scilicet ad regenerandum, ut transferatur homo a potestate tenebrarum in adoptionem filiorum. Io. I^o: Dedit eis potestatem. Ideo ibi maxime aperitur larga manus Dei in reduccione perditorum. Et ad hoc designandum dicitur in presenti verbo, quod spiritum regeneracionis effudit in nos habunde. Tercia congruitas
 40 sumitur ex parte ordinis, quia est primum sacramentum ad alia et fundamentum eorum. Ideo, ut perfectum firmaretur fundamentum et fides staret in seculum, placuit divine misericordie huic sacramento perfectam dare efficaciam ad de-

20a

11 sagwis: M sagwinis 13 ratione: M corr. ex rationis 15 duri: M duos 33 ante: M add. in

2 Eccli. 18,16 5 Aristot. – ubi? 8 Aug. – ubi? 16 Mt. 11,30 22 Bern. serm. circumc. Dom. 1,1; PL 183,132D 34 Rom. 5,20 37 Io. 1,12

lendam culpam et conferendam gratiam. In quo sacramento det nobis perseve-
rare et institutor baptismi, Iesus Christus, ut a gracia baptismi veniamus ad gloriam paradisi. 20b

28. <EPIPHANIA DOMINI>

Sermo quartus

5

Venit Iesus a Galilea in Iordanem ad Iohannem, ut baptizaretur ab eo, Mt. III. Dictum quoddam Domini Lu. XVIII.: Qui se humiliat, exaltabitur, verificatum est hodie in ipso. Nam quia humiliatus est sub manu servi in suscepcone baptismi, quia venit ad Iohannem, ut baptizaretur ab eo, ideo exaltatum est testimonium Patris sui cum descensu in eum Spiritus Sancti, quia aperti sunt celi et descendit Spiritus super eum et vox Patris intonuit: Hic est filius meus dilectus. Et ita in hoc ewangelio laudibus attollitur humilitas Salvatoris in eo, quod est baptizatus, et notificatur utilitas humilitatis in eo, quot cognitus est esse Deus. Humilitas duplex insinuatur, scilicet Salvatoris, quia venit ut baptizaretur, et precursoris, quia dicebat: Ego ecce a te debeo baptizari, quasi se honore invicem prevenientes, Ro. XII. In descriptioe humilitatis Christi designatur progressus virtutis in actum, quia venit a Galilea etc. Et persistencia virtutis in actu, quia Iohannes proibebat, et ipse voluit prohiberi, imo dixit: Sine modo, quasi permittas me facere, quod volo. Quoniam ut dicit Aris(toteles) in Ethicis: In actu virtutis exigitur, ut sint se firme habentes, non mutabiliter. In progressu virtutis in actum determinatur terminus progressionis „a quo”, et hec est Galilea, et terminus progressionis, et hic est Iordanis et Iohannes, hoc est locus et persona, et intencio progredientis, et hic est baptizacio. De hiis ergo dicitur: Venit etc., Glosa: ut qui diu latuerat, manifestaretur. Vere diu, quia XXX annis. Lu. III.: Ipse Iesus erat incipiens quasi annorum XXX. Per hoc dedit exemplum sedendi in claustro, abstinendi a verbo et ab ordine sacro usque ad debitam || etatem. Rabanus: Triginta annorum Salvator predicare incepit ostendens nullum debere fieri sacerdotem vel predicatorem nisi virilis etatis. Sic Ioseph trecenarius Egipti regnum suscepit, David regnum ea etate inchoavit, Ezechiel prophetiam pronuntiavit. Venit autem a Galilea, quia in Nazareth habitaverat, que est civitas Galilee, et sub typo loci habitacionis sue excluditur ab eo necessitas baptizacionis. Interpretatur enim mundus vel sanctus, quod Christo convenit, qui est mundus, sicut flos campi et lilium convallium et sanctus sanctorum. Venit autem in Iordanem ad Iohannem. Et bene ista duo coniunguntur, quia Iordanis interpretatur humilis descensus, Iohannes autem in quo est gracia, quia Deus humilibus dat gratiam. Venit vero, ut baptizaretur. Voluit autem baptizari multis de causis. Et prima causa est, ut aquas ad baptismum sanctificaret. Cristus baptizatus est, non ut ipse remissionem acciperet, sed ut sanctificans aquas relinqueret

20c

13 notificatur: M *add. et del.* humilitas 20 firme: M *in marg. corr ex firme* ? 37 est: M *add. et del.* de causis

6 Mt. 3,13 7 Lc. 18,14 16 Rom. 12,10 18 Sine modo: Mt. 3,15 19 Aristot. eth. Nic. 2,3 24 Lc. 3,23 27 Hraban. – *ubi*? 33 flos campi: *cf.* Cant. 2,1 35–36 Deus humilibus: Iac. 4,6

postmodum baptizandis. Secunda, ut exemplum daret baptizandi. Damascenus: Venit, ut non indigens purgacione, sed ut sit typus et subscriptio nobis ad baptizandum. 3^a, ut baptismum Iohannis approbaret, ut videretur ex proprio corde ipsum protulisse, sicut dixit Moyses Numeri XVI.: Dominus misit me, ut facerem universa, que cernitis, et non ex corde proprio ea protulerim. Quarta, ut persone Iohannis honorem deferret. Magnus enim honor sibi fuit, quod Filium Dei baptizavit, cui competebat pro illo tempore dare de se. Sic honorabitur, quem rex voluerit honorare, Hester VI. Quinta, ut sacramentum Trinitatis innotesceret, nam ibi apparuit Pater in voce, Filius in carne, Spiritus Sanctus in columbe specie. Et poterat dicere de aliquo fidei ibi existente, quod tres vidit et unum adoravit, Gen. XVIII. Sexta, ut effectum | baptismi insinuaret, qui est apericio ianue celi baptizatis. Quoniam super Christum baptizatum celum est apertum, ex quo liquet, dicit Glosa, quod renatis celum aperitur, quo nos interducat hodie baptizatus Iesus Christus. 20d

15 29. EPIPHANIA DOMINI
Sermo quintus

(H)aurietis aquas etc. de fontibus salvatoris, Is. XII. Mundus duplici incommodo tenebatur ante Christi adventum, scilicet culpe et pene, sive peccati et miserie. Omnes enim peccaverant et egebant gloria Dei, ut testatur apostolus Ro. III. Sed Christus adveniens attulit habundanciam gracie contra culpam, et leticiam glorie contra miseriam. Quoniam ipse est Dominus dans gratiam et gloriam, secundum Psalmum. Hoc duplex beneficium in Christo habendum predixit Isaias, quando ait: Haurietis aquas. Christus in quo dicto primo, promittit in presenti habundanciam salvantis a culpa. Secundo, in futuro leticiam resurrectionis liberantis a pena. Gracie lavantis a culpa declarat tres condiciones, scilicet largitatem, utilitatem et perhempnitatem. Largitatem quidem gracie lavantis declarat, cum dicit: Haurietis, scilicet o vos fideles, qui futuri estis tempore Christi. Haurietis, inquam, id est largiter accipietis, aquas, id est sacramentales gracias, nam sicut temporibus Noe ad purgacionem mundi factum est diluvium aquarum corporalium, Gen. VII., sic temporibus Christi ad purgacionem mundi factum est diluvium aquarum spiritualium, in cuius diebus emanaverunt putei aquarum, ut dicitur Eccli. L^o. In cuius signum fluxit aqua de latere eius, qui factus esset fons patens domui David, id est ecclesie Dei, in ablucionem peccatorum originalium et actualium, ut dicitur Zach. XI. Necessarium autem erat diluvium graciaram, quia in mundo inundaverat diluvium culparum dicente Psalmista: In diluvio aquarum multarum etc. Osee III.: Maledictum et mendacium etc. Has aquas antiqui haurire non poterant, quoniam in eorum sacramentis gracia non dabatur. Ideo dicitur eis Io. III.: Neque, in quo haurias, habes. || Erant enim sicut cisterne dissipate, que continere non valent aquas graciaram, scilicet quantum fuit ex opere operato, id est ratione ipsorum sacrificiorum, sed tantum ex opere operante, id est ratione fidei, que monebat ad ipsa opera, et sic 21a

1 Ioh. Damasc. – ubi? 4 Num. 16,18 8 Esther 6,9 11 Gen. 18,2 17 Is. 12,3
20 Rom. 3,23 22 Ps. 83,12 30 Gen. 7,10 32 Eccli. 50,3 34 recte Zach. 13,1 35 Ps.
31,6 36 Os. 4,2 38 Io. 4,11

mundabant ratione meriti, non ratione sacrificii. Aliter vacua fuissent a merito munera iusti Abel et sacrificium patriarche nostri Abrahe et oblatio virginis in turturibus seu columbis. Sacramenta vero nove legis continent habundantiam gracularum, unde et vasa dicuntur, quoniam continent gratiam non quidem proprie et per essentiam, sicut ydria continet aquam et pixis medicinam, sed per quandam consequentiam per modum signi et cause ad has gratias hauriendas sub nomine aquarum movemur. Is. LX.: Omnes sicientes etc. Utilitatem gratie lavantis declarat, cum addit: Haurietis in gaudio. Peccatum quippe infert duplex gaudium, scilicet gaudium internum mentis et gaudium eternum divine visionis. Unde dicitur sub specie peccatoris Thob. V.: Quale gaudium mihi erit etc. Sed gratia sacramentalis tollit causam tristitie, scilicet peccatum, et restituit utrumque gaudium, sicut testatur Psalmista: Ffluminis impetus etc. Et hoc facto gloriatur ecclesia et dicit: Auditui meo dabis etc. Perhempnitatem glorie lavantis declarat, cum etiam addit: Aurietis de fontibus salvatoris, id est de sacramentis a Christo institutis. Nam sicut aqua fontium perhempniter fluit, quapropter et fons dictus est a fundendo aquas, quod fit caput aquarum fluencium, sic gratia sacramentorum evacuatorum perhempnis erit, proinde dicitur ecclesie nostre Is. LVIII.: Eris sicut ortus irriguus et quasi fons, cuius non deficient aque. Pluraliter vero dicit: de fontibus, quia VII sunt fontes sacramentales, e quibus fluunt habundantia aquarum spiritualium. Nam de fonte baptismi fluit aqua ad mundacionem culpe originalis. De fonte penitencie fluit aqua ad mundacionem culpe mortalis. De fonte unccionis extreme fluit aqua ad mundacionem culpe venialis. De fonte ordinacionis | sacre fluit aqua ad mundacionem ignorancie, 21b quasi oculum intelligencie obscurantis, quoniam in ea confertur sciencie clavis. De fonte eukaristie fluit aqua ad mundacionem malicie, quasi macule affectum corruptentis. De fonte confirmacionis fluit aqua ad mundacionem infirmitatis, quasi macule irascibilem deturpantis. De fonte coniugii fluit aqua ad mundacionem concupiscencie, quasi macule concupiscibilem anime partem sedantis. Hiis ablucionibus VII mundatur lepra humani generis in aquis Iordanis, quas Christus consecravit, III Reg. V. Racio autem numeri, quare tot sint, non plura nec pauciora, sic assignatur. In sacramentis datur gratia prestans remedium contra defectum, et adiutorium in bonum. Et secundum hoc tripliciter assignatur ratio numeri et sufficiencia. Ex parte gratie sic: Triplex est actus gratie secundum divisionem, scilicet purgare, illuminare, perficere. Actus purgacionis triplex est 35 necessarius nobis, scilicet a malo culpe originalis, a malo culpe actualis, a malo medio modo se habens, scilicet concupiscencie sive fomitis. Ad primum actum datus est baptismus, ad secundum penitencia, ad tercium matrimonium. Actus illuminacionis duplex necessarius est nobis, scilicet ad actum visionis vie per gratiam, ad quem datus est ordo, et ad actum visionis patrie per gloriam, ad quem data est extrema unccio. Actus perfeccionis duplex debet esse in nobis, 40 scilicet ad resistendum malo, ad quod datur confirmacio, et ad proficiendum et perseverandum in bono, ad quod eucharistia. Ex parte remedii sic: Duplex est

4 quidem: M *add. et del.* gratie 8 infert: *probabiliter* inficit 15 sacramentis: M *sacramento*
27-28 mundacionem: M *add. et del.* infirmitatis 35 a malo culpe originalis: M *iter. et corr.*

7 *recte* Is. 55,1 10 Tob. 5,12 12 Ps. 45,5 13 Auditui meo: Ps. 50,10 18 Is. 58,11
30 4 Reg. 5,14

defectus in nobis, scilicet culpe et pene. Defectum culpe triplicem dicimus esse secundum triplex genus culpe. Contra culpam originalem principalem datur baptismus, contra actualement mortalem penitencia, contra venialem extrema unccio. Defectus vero pene quadruplex est in nobis, scilicet ignorancia in ratione, malicia in voluntate, infirmitas in irascibili, et ex hiis con- || flata concupiscencia 21c
 5 in concupiscibili. Contra ignoranciam datur ordo, contra maliciam eucharistia, contra infirmitatem confirmacio, contra concupiscenciam matrimonium. Ex parte adiutorii sic: Nam tria illa expediunt nos ad actus trium virtutum theologicarum, scilicet baptismus ad actum fidei, ewcharistia ad actum caritatis, extrema unccio
 10 ad actum spei. Alia III^{or} expediunt ad actus III^{or} virtutum cardinalium, scilicet ordo ad actum prudentie, confirmacio ad actum fortitudinis, penitencia ad actum iusticie, matrimonium ad actum temperancie. Racio vero ordinationis sacramentorum sic assignatur: Prius est secundum viam generationis et quo ad nos bonum privatum perfecte singularitatis, quam bonum commune, sicut pars prior
 15 est toto. Ideo sacramenta, que pertinent ad bonum per se, preordinantur duobus, scilicet ordini et matrimonio, que pertinent ad bonum privatum. Per se prius est sacramentum intrancium, scilicet baptismus. Ultimum exeuncium, scilicet extrema unccio. Media sunt progrediencium. Inter que prius est illud, quot pertinet ad gracie collate conservacionem, ut confirmacio, deinde illud, quod pertinet
 20 ad eiusdem augmentum, ut eucharistia, ultimo illud, quod pertinet ad eius reparacionem, si eam contingat amitti, scilicet penitencia. Inter sacramenta vero, que respiciunt bonum commune tocus ecclesie, prius est illud, quod ordinat et dispensat, id est ordo, quam illud, quod ordinatur et dispensatur, id est matrimonium. Sic itaque in verbis istis primo manifestat propria: effectum gracie a culpa
 25 lavantis, deinde manifestat effectum glorie a miseria liberantis et dicentis in illa. Effectum comprehendit in tribus. Unus enim effectus glorie erit in sanctis perfecta illuminacio per revelacionem secretorum, quando incerta et occulta sapientie sue manifestat Deus sanctis suis. Et hoc notatur in die, que dicitur <M>adian, que est claritas. Dicetis, inquit, propria, scilicet o vos beati, mutuo vos cohortantes, in illa die, id est in eterna | paradisi claritate, quando orietur nobis sol 21d
 30 iusticie Christus Deus noster, qui illuminabit abscondita tenebrarum, quando secundum Ber<nardum> super Cant<ica>: Erit vero meridies, plenitudo fervoris et lucis, <solis> stacio, umbrarum exterminacio, perhenne solsticium, lumen meridianum, quando iam non inclinabitur dies. Alius effectus glorie erit in sanctis
 35 devota graciaram accio pro evasione omnium malorum, quoniam nec mors, nec luctus, nec dolor erit ultra, sed pro eorum evasione <cordis> devota, ut dictum est, graciaram accio, quando dicent sancti Dei omnes: Benediccio et claritas et sapientia et graciaram accio sit Deo nostro. Et hoc notatur in confessione, quando dicitur ipsis beatis: Confitemini Domino, non in direccione peccatoris, sed in
 40 recordacione beneficiorum, quasi confitemini Domino gracias agendo pro universis beneficiis eius. 3us effectus glorie erit in sanctis continua laudacio pro

20 illud, quod: M quod illud 35 evasione: M *add. et del.* devota ut dictum est 36 sed pro eorum evasione <cordis>: M sed cordis evasione *et suprascr.* sed pro eorum evasione

29 mutuo vos: cf. Ios. 8,16 31 illuminabit abscondita: 1 Cor. 4,5 32 Bern. serm. in cant. 33,6; PL 183,954B 35 nec mors: cf. Apoc. 21,4 37 Benediccio: Apoc. 7,12 39 Confitemini Domino: Ps. – ubi?

adeptione omnium bonorum. Videbimus enim tunc et amabimus, amabimus et laudabimus. Hoc enim erit tunc unum et commune officium angelorum et hominum ymnis laudare Deum, secundum Damasceni dictum. Et hoc notatur in invocacione nominis Domini, tunc enim invocabimus nomen Domini, non novi
5 aliquid petendo, cum beatis omnia optata succedant, sed pro petitis et acceptis iugiter laudando, quoniam tunc impletur in beatis dictum Psalmiste: Benedicam Dominum in omni tempore etc.

30. SERMO DE SANCTO ANTHONIO

Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, que habes, et da pauperibus, et veni,
10 sequere me, et habebis thesaurum in celo, Mt. XIX. Causa conversionis Sancti Antonii a principio fuerunt verba ista, cum enim aliquando intrasset ecclesiam, audivit legi: Si vis etc., et dictum Domini ad se convertit, quasi divinitus sibi diceretur, et ideo habita dimisit et Christo adhesit. Volentibus ergo similiter
15 converti in verbis istis primo proponitur perfeccio, cum dicitur: Si vis perfectus esse. Status autem perfeccionis est arduus in difficultatibus, rarus || in observatoribus, proficius in remuneratoribus. Quia ergo arduus est, ideo proponitur nobis, ut consilium, non ut preceptum, cum dicitur: Si vis. Nam ad ea, que sunt
20 supererogacionis, non cogimur necessitate precepti, sed inducimur amicitate consilii, Augustinus I^o Cor. VII. Consilia sunt, que nullo Domini constringentis imperio imponuntur, sed in potestate dimittuntur. Quia proficius, ideo proponitur, ut voluntarie suscipiendum et non coacte, cum dicitur: Si vis, Glosa: quia
25 ex voluntate est, aliter enim non esset meritorium, quia Deus non amat coacta servicia. Propter quod dicit Exo. XXV: Omnis voluntarius et prompto animo offerat Domino. Chrisostomus super Iohannem I^o: Nullum necessitate, suasionem vero omnes attrai volens aliquem invitum habere famulum, vi enim servire et non servire paria sunt. Quia rarus, ideo proponitur singulariter, ut uni et non
30 pluraliter, ut multis simul. Non enim omnes capiunt verbum perfeccionis de paupertate seu continencia. XIX. Ber(nardus) super Cant(ica): Quam pauci, Domine Iesu, post te ire volunt, cum tamen ad te omnes pervenire velint. Quia delectaciones in dextera tua sunt, volunt omnes te frui, sed non imitari, conregnare cupiunt, sed non conpati. Sic ostenditur, in quo consistat perfeccio, cum
35 suppletur ab expositore: Si vis perfectus esse, Glosa: in dileccione Dei. Ideo autem perfeccio constituitur in dileccione Dei, quia caritas est virtus perfectissima illo modo, quo dicit Philosophus X^o Methaphisice, quod perfectum est, super quod nichil est, ubi videtur describi perfeccio capacitatis. Qualis perfeccio primo, invenitur in corpore celi, quod est continencia visibilium et invisibilium creaturarum secundum Damas(cenum). Infra ipsum enim et angeli et sensibilia concluduntur. Secundo, in amore Dei, quoniam et caritas comprehendit omnes

15 rarus: M *corr. ex status* 18 non: M *in marg. corr. ex cum* 25 attrai: *lege attrahi*

1 Videbimus enim: Aug. civ. 22,30,5; PL 41,804 3 Ioh. Damasc. – ubi? 6 Ps. 33,2 10 Mt. 19,21 19 Aug. – ubi? 23 *recte* Ex. 35,5 24 Ioh. Chrys. – ubi? 28 Bern. serm. in cant. 21,2; PL 183,873C 34 Aristot. – ubi? 37 Ioh. Damasc. – ubi?

virtutes, sicut celum omnes creaturas. Augus(tinus) Ro. XIII.: Ubi caritas est, nichil potest deesse. Qui enim habet caritatem, habet omnes virtutes. Tercio, in patre venerabili, scilicet Sancto Antonio, qui etiam ad modum | celi et caritatis 22b comprehendit omnia bona sine excepcione alicuius boni, quemadmodum testatur de eo Sanctus Evagrius, scriptor legende sue: Proprias, inquit, singulorum 5 gracias ariebat, universis virtutibus irrigatus erat, omnem in se beatam exprimebat. Tercio, ponuntur signa perfeccionis, que sunt duo, scilicet fuga mundi, de qua dicitur: Vende omnia, que etc. Habuit autem sanctus iste in statu perfeccionis perfeccionem triplicem. Primo, in verbis exhortacionum. Si enim perfectus 10 est, qui in verbo non offendit, Iac. III., ipse non solum non offendit, sed etiam preclare docuit, ut perfectus predicator, qui si ab infancia litteras non didicit, habebat tamen memoriam pro libris et sensum pro litteris, cuius sermo sale conditus consolabitur mestos, docebat inscios, et concordabat iratos, et ad fidem excitabat populos, ut dicitur in legenda sua. Secundo, in factis accionum, quia 15 quidquid in mundo fuit prosperum et delectabile, fugit et dimisit complens illud, quot nunc dicitur ad eum: Si vis perfectus esse. Qui sicut suis bonis non adhesit, Ps.: Divicie si affluent, sic nec aliena concupivit. Qui cum invenisset in deserto primo discum argenteum, 2^o massam auri, fugit ab eis, sicut de igne. 3^o in signis miraculorum, quia imperabat demonibus sicut servis suis, et multos 20 ab immundis spiritibus et variis infirmitatibus liberavit. Hic homo taliter perfectus Christum fuit imitatus primo, humiliter, quia nunquam aliquorum laudibus est elevatus, sed novos et antiquos monachos paterno venerabatur affectu. 2^o, sinceriter, quia cum puer de seculo recessisset, illesam semper anime puritatem per omnia tempora servabat. 3^o, finaliter. Nam a XX^o anno usque ad centesimum, quia nunc semper in bono perseverabit, et cum a Domino invitaretur, letus 25 mortem aspexit et angelos tamquam amicos intuens animam exaltavit. || Quinto, ponuntur commoda perfeccionis, cum dicitur: Habebis thesaurum in celo, Glosa: remuneracionem. Thesaurus est pecunia cumulata, preciosa et ignota. Importat enim primo, multitudinem. Ro. I.: Thezaurisas tibi, Glosa: accumulas. Secundo, 30 valorem, quod innuit nomen ei impositum ab eo, quod est preciosius in pecunia, scilicet ab auro. Quia thesaurus dicitur a thesis Grece, quod est reposicio Latine, quasi reposicio auri. 3^o, absconsionem. Mt. XIII.: Quem qui invenit homo, abscondit. Quia depredari desiderat, qui thesaurum in via publice portat, secundum Gregorium. Sic illa celestis remuneracio ad modum thesaurum primo, est 35 cumulata bonorum copiositate. Boecius de Consol(acione): Beatitudo est status omnium bonorum congregacione perfectus. Comprehendit autem bona omnia, non secundum veritatem, quia non sunt ibi bona mundana, sed secundum equivalenciam, quia unum summum bonum equivalet omnibus et preponderat. Ideo dicitur Eccli. XV^o: Iocunditatem etc., thezaurisavit, id est habunde dedit. 2^o est 40 preciosa meritorum incomparabilitate. Excedit enim nostrum meritum incomparabiliter. Ro. VIII.: Non sunt condigne, Glosa: id est sufficientes. Hoc ostendit

10 non offendit: M *corr.* ex offendit non 13 concordabat: M *corr.* ex cordabat 14 legenda: M *add. et del.* sibi 20 spiritibus: M *in marg. corr.* ex spibus 24 servabat: M servabit 41 sunt: M *iter. et corr.*

1 Aug. – ubi? 5 Evagrius – ubi? 10 Iac. 3,2 14 Legenda s. Antonii – ubi? 17 Ps. 61,11 29 *recte* Rom. 2,5 32 Mt. 13,44 34 Greg. M. in evang. 11,1; PL 76,1115A 35 Boeth. cons. 3, prosa 2; PL 63,724A 39 Eccli. 15,6 41 Rom. 8,18

dictum Sancti Antonii, qui sic ait: In presenti vita equalia sunt commercia in rerum commutationibus, ut tantum recipiat quis, quantum dat. Sed promissio vite eterne vili precio comparatur, cum enim parvo tempore servimus Christo, non parvo tempore regnabimus cum ipso, sed pro annis paucis omnium nobis, id est seculorum, regna tribuentur. Tercio, est ignota cognitionis incomprehensibilitate, quia nec oculus vidit, nec auris audivit etc., I Cor. II. Augus(tinus) de verbis Domini: Qualis sit gloria vite future, laudare possumus, explicare non possumus, quam Deus promittit et homo nondum capit. Ad quod nos perducatur etc. |

22d

10

31. DE SANCTO FABIANO

Vidi Spiritum descendentem sicut columbam de celo, et mansit super eum, Io. I^o. Per quem modum Christus cognitus est esse Filius Dei in baptismo, scilicet per descensum columbe super ipsum, eodem modo promotus est ad pontificatum Sanctus Fabianus, scilicet per descensum columbe super ipsum. Nam cum populi Romani de institutione pontificis tractarent et ipse esset inter eos, subito, sicut Deus ordinauerat, candida columba descendit et super caput eius sedit. Ad quod signum voluntatis Dei papa urbis preficitur. Ideo quilibet ibi existencium poterat dicere: Vidi Spiritum Dei etc. Et sciendum, quod columba exterius designavit eum eligendo ad pontificatum, sed Spiritus interius effecit eum idoneum ad pontificatum. Unde commendatur in eo operatio Spiritus Sancti per hoc, quod descendit in eum, et operantis perduratio per hoc, quod mansit in eo. Operatio Spiritus designatur in eo per qualitatem animalis, in cuius similitudine in ipsum descendit, quia in specie columbe ad innuendum, quod eum columbe similem effecit. Est autem columba animal pacificum, quia dicitur carere felle quasi causa commocionis et ire. Nam in aliis animalibus fel commovet iras. Et dentes non habet ad mordendum, nec ungues a(d) diripiendum, ostendens per hoc, non debere esse in homine iram in corde, mordacitatem in ore, rapacitatem in opere. Quia dicit Dominus Mt. X.: Estote simplices, sicut columbe. Discretum, quia dicitur residere iuxta fluentia, Cant. V., in quibus caute considerat umbram accipitris, ut sibi caveat a capcione, ostendens per hoc debere esse in homine discrecionem spiritus, ut malum caveat et actorem mali fugiat, sicut dicitur Prover. XXII.: Callidus vidit malum et abscondit se. Gemebundum, quia quando creditur cantare, tunc gemit, ut patet ex sono, id est vocis sue. Is. LIX.: Quasi columbe meditantes gememus, ostendens per hoc debere in || homine esse penitenciam et gemitum de peccatis, ut risus in luctum convertatur et gaudium in merorem, Iac. IIII. Domesticum, quia frequentat societatem hominum et nidificat in domibus magis, quam in desertis, ostendens per hoc esse in hominibus debere familiaritatem ad invicem et dilecciones mutuas, ut sicut omne animal diligit simile sibi, sic et omnis homo diligit proximum su-

23a

19 interius: M iter. et corr.

1 In presenti vita – ubi? 6 1 Cor. 2,9 6 Aug. – ubi? 11 Io. 1,32 28 Mt. 10,16
29 Cant. 5,12 32 Prov. 22,3 34 Is. 59,11 36 Iac. 4,9

um, Eccli. XIII. Delicatum, quia de granis elegit meliora, triticum comedens et siliginem dimittens, ostendens per hoc, debere hominem esse in deliciis spiritualibus, ut dimissis siliquis, que sunt cibus demonum, prout dicitur Lu. XVI., quia siliquas porci manducabant, vescatur deliciis spiritualibus gracie et sciencie et serene consciencie, ut impleatur in homine intellectus et affectus. Pascantur
 5 in liliis, id est in scripturis divinis et mandatis et sanctorum exemplis. Osee XIII.: Convertentur et vivent tritico. Ista talia operatur Spiritus in sanctis suis non tantum ad horam, sed eciam usque ad finem, quia dicitur mansisse columba super eum. Manet autem Spiritus in homine per humilitatem mentalem. Is.
 10 LXVI. secundum aliam litteram: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem? Per obedienciam spiritualem. Act. V^o: Spiritum sanctum dedit Deus omnibus obedientibus sibi. Per castitatem corporalem. I^a Cor. VI^o: Membra nostra templum sunt Spiritus Sancti, qui in nobis. Et hoc dicit de illis, qui fugiunt fornicacionem. E converso autem recedit a fictis. Sap. I^o: Spiritus Sanctus discipline effugiet fictum, id est ypocritam. A superbis, de quibus dicitur Actuum VII.: Dura cervice vos semper Spiritui Sancto restitistis. Ab immundis.
 15 Osee IX.: Spiritus fornicacionis in medio eorum, et Dominum non cognoverunt.

32. DE SANCTO SEBASTIANO

Erue eos, qui ducuntur ad mortem, et qui trahuntur ad interitum, liberare ne
 20 cesses, Prover. XXIII. Huius mandati executor fuit Sanctus Sebastianus, qui cum esset perfectissimus Christianus, occultabat tamen se sub habitu militari deserviens curie, ne cognosceretur, cuius professionis esset. Et hoc faciebat non ut pusillanimis propter timorem passionis, sed pro cautela defensionis, ut Christianos, quos in tormentis videbat deficere, confortaret, et Deo redderet animas, quas
 25 diabolus conabatur aufere. Proinde ipse fuit erutor animarum, que ducebantur ad mortem corporis per penas paratas Christianis. In quibus, quia quidam deficiebant animo, ulterius fuit liberator eorum, qui trahebantur ad interitum anime propter abnegacionem fidei, confortando eos in penis et animando ad gloriam passionis. Sicut factum est in Marcelliano et Marco, quos virtute verbi perduxit
 30 ad coronam martirii. Dicatur ergo voce divina sancto martiri, animarum liberatori, Erue, Glosa: bene docendo, eos, qui ducuntur ad mortem, scilicet corporalem, pro eo, quod credunt in salvatorem, ne sevicia tormentorum negent fidem, et qui trahuntur ad interitum, scilicet anime, qui provenit ex negociacione, si in aliquo contingat eam esse, liberare ne cesses. Iuxta hanc sentenciam dicit Beda
 35 exponens hoc verbum: Si quos in certamine persecucionis lapsos vel lapsuros inspexeris, ad vitam exhortando restaura. Et quia iustum est, ut in quo aliquis alios innuit, in hoc ipse ab aliis iuvetur. Ideo liberatorem animarum a morte eterna liberat Deus a morte corporali, quando, scilicet in campo, sagittatum et

23b

24 quos: M quo 25 que: M qui

1 Eccli. 13,19 3 recte Lc. 15,16 6 Os. 14,8 9 cf. Is. 66,2 11 Act. 5,32 12 1 Cor. 6,19 14 Sap. 1,5 16 Act. 7,51 17 recte Os. 5,4 20 Prov. 24,11 29 Sicut factum: Vita s. Sebastiani ? – ubi? 34 Beda Ven. – ubi?

5 mortuum relictum Deus suscitavit ad hoc, ut ipsemet dicit, ut conveniret Dioclecianum de iniusta nece sanctorum, quorum precibus mundus melioratur. Sed ibi pro bono malum invenit, quia fustibus usque ad mortem cesus secundam mortem est perpressus et ita quasi bis martir effectus celos cum angelis gaudens introivit.

33. DE SANCTA AGNETE Sermo primus

Induit me Dominus vestimentis salutis, Is. LXI. Triplex est || vestimentum, 23c
scilicet corporale, quod operit carnem, spirituale, quod regit mentem, celeste,
10 quod perficit utrumque. Vel dicas aliter: nature, gracie et glorie. De primo dicitur Gen. XXVII.: Vestibus Esau valde bonis induit eum. De secundo Eccli. XVII.: Secundum se vestivit illum virtute. De 3^o Is. LII.: Induere vestimentis glorie tue. Hoc triplici vestimento induit Dominus sponsam suam sanctam Agnetem. De inducione vestimenti corporalis dicitur in legenda sua, quod cum fuisset
15 expoliata crine soluto, tantam densitatem capillis eius Deus contulit, quod capillis melius tecta fuit, quam vestibus propriis, cumque orasset, apparuit ei stola candidissima, quam induit gracias agens Deo. De inducione vestimenti spiritualis dicitur similiter in historia sua: Induit me Dominus ciclade auro texta, et immensis monilibus ornavit me, tradidit auribus meis inexstimabiles margaritas, per quas res preciosas intelliguntur virtutes. Est enim in talibus locutio sua
20 methaphorica. De inducione vestimenti celestis dicitur in presenti verbo: Induit me Dominus vestimentis salutis et indumento leticie circumdedit me. In vestimentis materialibus sequenda est necessitas et vitanda superfluitas, preciositas et fluxibilitas. Necessitas vestimentorum duplex est, scilicet protectio a frigidibus propter passibilitatem. Prover. ultimo: Non timebit domui sue, et secundum hoc dictum I^a Tim. VI.: Habentes, quibus tegamur, hiis contenti simus. Et occultacio ab inspicientibus propter deformitatem. I^a Cor. X.: Que inhonesta sunt nostra, Glosa: ut pudenda, habundanciosem honestatem habent, Glosa: a nobis celantibus ea. Quoniam ut dicit Philosophus moralis: In compositione corporis
25 nostri magnam videtur habuisse rationem natura, ffiguram enim nostram, in qua est honesta species, in aperto posuit. Que autem natura occultavit, ea remouent ab oculis | omnes sanam mentem habentes. Hanc verecundiam commendavit nobis factum primorum parentum, qui cum vidissent se esse nudos, fecerunt sibi femoralia, Gen. III. Augustinus XIII. De civi(tate) Dei: Ex illo primorum
30 hominum facto aput omnes gentes ab eis procreatas usus invaluit velare pudenda, ita ut quidam barbari nec in balneis illas corporis partes nudas habeant, sed cum earum tegimentis lavent. Illi etiam, qui per opacas Indie solitudines philo- 23d

12 vestivit: M festivit 14 vestimenti: M vestimento 26 simus: M sumus

1 ipsemet dicit: Beda Ven. – ubi? 8 Is. 61,10 11 Gen. 27,15 11 Eccli 17,2 12 Is. 52,1 14 in legenda sua: AASS ian. XXI. p.352 18 in historia sua: AASS ian. XXI. p.350
25 Prov. 31,21 26 1 Tim. 6,8 27 recte 1 Cor. 12,13 29 In compositione: Cic. off. 1,35
34 Gen. 3,7 34 Aug. civ. 14,17; PL 41,426

zophantur, genitalia tegunt, alibi nudi. Iuvenes eciam, qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant. In quibus omnibus nature verecundia commendatur. Sed vitanda est superfluitas quo ad numerum et quo ad modum longitudinis et artitudinis. Nam superfluitas quo ad numerum vestium reprobatur in illo, qui tulit secum X mutatoria vestimentorum, III Reg. V., quia habencium mutatoria magis a tineis vestes comeduntur, quam a portatoribus atterantur. Iac. V.: Vestimenta vestra a tineis comesta sunt, Glosa: non sunt attrita usu necessario. Quod enim non congregatur propter usum vite, deficit ex sua infirmitate, quibus indigentes vestire potuistis. Ier. XXXVIII.: In domo regis erant vestimenta antiqua, que computruerant. Ieronimus ad Eustochium: Plerasque videas armaria stipare vestibus, tunicas mutare cottidie, ex plenis arcis pannos trahere et tamen tineas superare non posse, que religiosior fuerit, unum exterit vestimentum. Modum autem convenientem vestibus in quantitate videtur determinare Decretalis, que dicit: Vestimenta clericorum nimia brevitate vel longitudine non sint notanda. Quia et vestis data divinitus Sancte Agneti, dicitur fuisse ad mensuram corpusculi sui, et II^o Reg. XIII. legitur, quod tunicis talaribus utebantur filie regis virgines, et non filii neque alii homines. Vitanda est eciam preciositas, quia dicitur I. Pe. III.: Non sit exterius circumdacio auri et argenti. I^a Tim. II^o: Non in tortis crinibus aut auro et margaritis || vel veste preciosa. Et si mulieribus hoc prohibetur ab apostolis, multo magis viris, quibus competit minus cultus preciosus, quia dictum est: Sint procul a nobis iuvenes, ut femina, compiti fine coli modica forma virilis amat. Est enim vestis preciosa in homine signum superbie et vanitatis. Unde Beda Mt. XI.: Vestis preciosa propter inanem gloriam queritur. Nam existens in secreto loco non querit qualiter vestiatur, quia non videtur. Sed cum in publicum processerit, preciosa requirit, ut pulchrior appareat ac potencior. Et in Decretis dicitur: Quod non propter necessitatem assumitur, elacionis habet notam. Ideo Herodes tunc fuit percussus, quando veste regia erat indutus, id est preciosa, Act. XII. Vitanda est eciam fluxibilitas et dependencia inepta de cingulis, quia dicit Dominus Iob XL.: Accinge sicut vir lumbos tuos. Et hoc dicit in reprehensionem hominum negligencium, qui cingulis laxatis et tunicis remissis percuciant pulveres, sicut cauda wlpis. Sed sicut dicit Ieronimus in epistolis: Vestis animi tacentis indicium est, si rigam non habet, si per terram, ut alcior videaris, trahatur. Sensus malus ornatus exterior male compositae mentis nunciatus est. Sed Thobias invenit angelum Domini precinctum et quasi paratum ad iter agendum, Thob. V^o. In vestimentis spiritualibus invenitur quadruplex differencia. Est enim vestimentum penitencie. Ione III.: Rex Ninive indutus est a sacco. Iob XVI.: Saccum consui super cutem meam. Mt. I^o: Erat vestitus pilis camelorum. Mundicie. Eccles. IX.: Omni tempore vestimenta tua sint candida. Mt. XIII.: Sequebatur eum amictus sindone. Iusticie. Iob XXIX.: Iusticia indutus sum et vestivit me sicut vestimento. Ps.: Sacerdotes tui. Carita-

24a

12 religiosior: M *corr.* ex religiosos 19 tortis: M torcis 33 ut: M *iter. et corr.*

5 4 Reg. 5,5 6 Iac. 5,2 9 Ier. 38,11 10 Hier. epist. 32,32; PL 22,417 13 Decret. 1. 3, t. 1, c. 15 16 2 Reg. 13,18 18 1 Pt. 3,3 18 1 Tim. 2,9 21 Sint procul: Ov. epist. 4,75 23 Beda Ven. – ubi? 26 Decr. – ubi? 28 Act. 12,21 29 Iob 40,2 32 Hier. – ubi? 35 Tob. 5,5 36 Ion. 3,6 37 Iob 16,16 37 recte Mc. 1,6 cf. Mt. 3,4 38 Eccle. 9,8 39 recte Mc. 14,51 39 Iob 29,14 40 Ps. 131,9

tis fervide. Prover. ultimo: Bissus, scilicet castitatis, et purpura, scilicet caritatis, vestimentum eius. Hic est vestis Christi inconsutis, que non est divisa, sed ad unum sorte pervenit, quia caritas unit corda, Io. XIX. In vestimentis eternalibus invenitur quadruplex | gloria, scilicet claritas. Apo. XII.: Mulier amicta sole. 24b
5 Luc. ultimo: Apparuit angelus in veste fulgenti. Iocunditas. Iudith IX.: Induit se vestimentis iocunditatis sue. Incorruptibilitas. I^a Cor. XV.: Corruptibile hoc induet incorruptionem, et tunc implebitur in nobis, quod dicitur Deutero. VIII.: Vestimenta tua non sint attrita. Preciositas. Ps.: Astiit regina. Hester III.: Induta est regalibus vestimentis, id est stola anime et corporis.

34. DE SANCTA AGNETE
(Sermo secundus)

Mel et lac sub lingua tua, Cant. IIII. In verbis istis primo, describitur etas sancte virginis Agnetis, in qua ad martirium pervenit. Et quidem in etate eius computabatur infancia, sed erat senectus mentis immensa, que XIII^o etatis sue
15 anno mortem perdidit et vitam invenit. Et hoc innuitur ex eo, quod sub lingua sua dicitur habuisse mel et lac, id est puericie aptum cibum, scilicet mollem et tenerum, quia solidus cibus est perfectorum, Hebre. V^o: Imperfectis autem lac potus datur, non esca, I Cor. IIII. Secundo, in eisdem verbis commendatur perfectio eius, sive idoneitas, per quam martirio digna fuit. Et illa comprehenditur
20 in duobus, scilicet in dulcedine caritatis et in albedine virginitatis. Et dulcedo caritatis exprimitur in melle, albedo virginitatis in lacte pro eo, quod mel sapit et lac nitescit. Et ista dona, scilicet caritatis et puritatis dicit se sancta puella percepisse ex ore Christi: Mel et lac ex ore eius suscepi. Quoniam donum amoris et sanctimonie Christus ex ore suo commendavit dicens: Diliges Dominum
25 Deum tuum etc., Lu. X., quantum ad amorem. Sint lumbi vestri precincti, XII., quantum ad decorem. Sciendum est autem, quod mel habet naturam incisivam, quia est laxatum, et intensivam, quia est calefactum. Sic amor Dei habet vim incisivam, quia dividit a carnalibus. Sicut enim post gustum mellis || desipiunt
30 alia, sic gustato spiritu desipit caro, secundum Gregorium. Et hoc patuit in hac virgine, que ob amorem Dei respuit preciosa munera mundi oblata a filio perfecti dicens: Discede a me pabulum mortis, quia iam ab alio amatore preventa sum. Habuit etiam mel vim intensivam, quia amor accendit eam vehementi desiderio Dei secundum Psalmum: Concaluit cor meum intra me. Et ideo incensa dicebat: Ecce, confiteor labiis: Te corde, Te tocius visceribus concupisco. Dicit
35 autem Aristoteles (in) libro De animalibus, quod mel inferius magis est mundum contra naturam aliorum liquorum. Ita amor in humili corde perseverancior est et purior, quia locus caritatis humilitas est secundum Augustinum. Ulterius

21 quod: M add. et del. lac

1 Prov. 31,22 3 Io. 19,23 4 Apoc. 12,1 5 Lc. 24,4 5 recte Iudith 10,3 6 1 Cor. 15,54
7 recte Deut. 29,5 8 Ps. 44,10 8 recte Esther 5,1 12 Cant. 4,11 17 Hebr. 5,14
18 recte 1 Cor. 3,2 23 Mel et lac: AASS ian. XXI. p.350 25 Lc. 10,27 25 Lc. 12,35
29 Greg. M. – ubi? 31 Discede a me: AASS ian. XXI. p.350 33 Ps. 38,4 34 Ecce, confiteor: AASS ian. XXI. p.353 35 Aristot. – ubi? 37 Aug. virg. 51,52; PL 40,426

- habuit non solum mellis suavitatem amando, sed etiam lactis nitorem continendo. Testimonium autem lacte puritatis fuit in ea, quot visa est in societate Christi in exercitu virginum cum magno lumine, vestita preciosis, habens ad dexteram suam agnum nive candidiorem. Cum quibus dixit se accepisse lucidas mansiones. Dicit autem Aristoteles in libro De animalibus, quod lac mulierum nigrarum melius est et pluris cibi, quam albarum. Sic continencia melius servatur in nigro corpore penitentis, quam in albo deliciis affluentis. 3^o, in eisdem verbis notificatur doctrina sua, quam in martirio proposuit, quia locuta fuit de amore Dei et mundicia sui, quasi veraciter habens mel et lac sub lingua sua, quando dixit: Amo Christum, in cuius thalamum introivi, quem cum amavero, casta sum, cum tetigero, munda sum. Unde ipsa similis fuit terre promissionis, quia fluebat lacte et melle.

35. DE SANCTO VINCENCIO

Sermo primus

- 15 Utramque partem eius consumpsit ignis, Ezech. XV. Sicut sunt diverse partes in homine, scilicet exterior et interior, scilicet corpus et anima, sic sunt diversi ignes, scilicet exterior et interior, superior et inferior, et aliquo istorum ignium arsit corpus Sancti Vincencii, aliquo spiritum, aliquo utrumque, aliquo neutrum. Dico ergo, quod ignis | exterior est persecutio corporalis, de quo dicit Psalmus: 24d
20 Igne me examinasti. Interior est dilectio spiritualis, de quo Luc. XII.: Ignem veni mittere. Superior fulgor paradisi, de quo Is. XXXI.: Cuius ignis in Sion. Inferior ardor inferni, de quo Mt. XXV.: Ite maledicti. Ignis corporalis consumpsit carnem eius, quia assatus fuit in craticula, secundum quod dicitur: Candentis ferri machina ultro conscendit, et in vlnieribus sale conspersus fuit, ut atrocius arderet. Huic fortissimo martiri dicit Dominus Is. XLIII.: Cum ambulaveris in igne, non combureris. Maximus in sermone: Transivit per ignem sanctus martir, quo non adustus inhorruit, sed illuminatus infulsit. Ideo re et nomine dictus est Vincencius a vincendo, quia non cessit tortori, cum vapor ignis ureret carnes eius, et in calore fornacis concertaretur, Eccli. XXXVIII. Ignis spiritualis, scilicet caritas, consumpsit spiritum eius, non ut non esset, sed ut proprietates carnales non habens melius esset, sicut dicitur Ier. XI.: Exarsit ignis in ea, et combusta sunt frutecta eius, id est etiam minima peccata, si que esse potuissent, quia per sagwinem martirii omnia abluuntur, ut dicit Glosa super Psalmum „Credidi”. Virtute autem istius ignis secundi vicit vehemenciam ignis primi, secundum
30 quod dicit Ambrosius in sermone: Salvatoris ardor materialem restruxit ardorem. Augustinus: Quomodo martir iste ignes appositos non timeret, nisi intus flamma caritatis arderet? Maximus: In meditatione martiris insuperabilis exar-

6 cibi: M corr. ex cibis

2 visa est: AASS ian. XXI. p.353 5 Aristot. – ubi? 10 Amo Christum: AASS ian. XXI. p.350 15 Ez. 15,4 19 Ps. 16,3 20 Lc. 12,49 21 Is. 31,9 22 Mt. 25,41 23 Candentis ferri – quis et ubi? 25 Is. 43,2 26 Max. Taur. hom. 76; PL 57,414A 29 Eccli. 38,29 31 Ier. 11,16 35 Ps. Ambr. ? – Max. Taur. serm. 70; PL 57,676B 36 Ps. Aug. ? – Max. Taur. serm. app. 16; PL 57,877 37 Max. Taur. hom. 76; PL 57,414B

sit ignis, qui amore veritatis accensus appositam sibi flammam aut non sensit aut vicit. Nec penali flexus est incendio, cuius in pectore Sancti Spiritus flamma fervebat. Ignis inferni nec animam eius combussit nec carnem, quia non erat ei preparatus, cum per ignem passionis et dileccionis illum iam evasisset testante
5 Maximo: Transiens per ignem terrenum flammam gehene evasis, quia arsit, ne arderet, et ne ureretur, exustus est. Sed ignis ille paratus est illis, quos hic exurit flamma viciorum in utraque sui parte, || scilicet in carne per luxuriam, que est
25a ignis usque ad consumpcionem devorans, Iob XXXI., in anima per avariciam, que est ignis nunquam dicens: sufficit, Prover. XXX. De quorum ustione legitur
10 Is. XXX4.: Erit terra eius in picem ardentem. Igne paradisi ardebit secundum utrumque, quia in carne vestiatur fulgore immortalitatis et in anima nunc possidet gloriam eternitatis, quia invictus Christi martir Vincencius tyranno devicto insignem victorie palmam celo gaudens intulit et peracto passionis sue triumpho angelorum cetibus comitatur, et nunc habitat cum igne devorante, id est Deo
15 omnia mala consumente et cum ardoribus sempiternis, id est angelis existentibus in ardore sempiternae dileccionis, Is. XXXIII., quorum consortium et suum ipsius martiris meritis prestat nobis ignis eternus, Iesus Christus. Amen.

36. <DE SANCTO VINCENCIO> Sermo secundus

20 Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium <Ps. LXV>. Augustinus in sermone: Vincencii martiris fortissimam passionem celebrare solempniter iuvat et non segniter predicare. Sed ut bona loquamur prudenter a Deo est, non nostra sapiencia. Ideo ipse rogandus. Transivimus per ignem etc. Vox est sanctorum martirum, quorum alter aquis, alter flammis ad sidera missus est, secundum dictum Iuvenalis. Per hec enim elementa mors martirum sepe adimpleta
25 est, ut dicit Glosa. Sed maxime inter eos convenit sancto martiri Vincencio, qui igne adustus fuit in morte, aqua submersus fuit post mortem. Et ita designatur ibi in sancto martire diversitas tormentorum, quia transivit per ignem et aquam, et suavitas refrigeriorum, quot eductus est in refrigerium. Sic et quilibet fidelis,
30 qui igne adversitatis non crepat et aqua prosperitatis non dissolvitur, in refrigerium transibit, ut dicit Augustinus. Sanctus ergo martir primo, induratus fuit igne passionis, ideo non fuit resolutus in aquis, quoniam res adusta durior est testa. Augustinus: | Putares, quod eum duraret flamma, non ureret. Et sicut in morte transivit per ignem, sic mortuus transivit per aquam, quoniam Dacianus precepit corpus eius pelago mergi, ut qui in terra non potuerat consumi, devoraretur a magnis piscibus pelagi. Sed ibi inter undas, ut dicit Augustinus, ipse gubernavit extinctum, qui inter ungulas animum donaverit invictum. Vicit ergo Dacianum vivens, vicit et mortuus. Vivens tormenta calcavit, mortuus inania transnavavit.
35

38 transnavavit: M transnavavit

2 Nec penali: Max. Taur. hom. 74; PL 57,410B 5 Max. Taur. hom. 76; PL 57,414A 8 Iob 31,12 9 Prov. 30,16 10 Is. 34,9 16 Is. 33,14 20 Ps. 65,12 21 Aug. serm. post Maurinos repertus; Misc. Agostiniana Vol. 1, p. 243 22 ut bona: Aug. serm. post Maurinos repertus; Misc. Agostiniana Vol. 1, p. 245 25 Iuv. 11,63 31 Aug. – ubi? 33 Aug. – ubi? 36 Aug. serm. 276,4; PL 38,1257

- Non flexit flamma cor eius, non mersit aqua corpus eius. Et ex his penis transivit in refrigerium, scilicet corporale, spirituale et eternale. Ad refrigerium corporale hoc pertinet in eo, quod cum in obscuro carcere volutatus esset in testis con-
- 5 fractis cum recentibus vulneribus et iaceret ligno constrictus, lux immensa per carcerem spargitur et trabe dissoluta testarum asperitas in florum suavitatem mutatur et sic ambulans super flores psallebat, deinde piis manibus Christianorum in lecto delicato ponitur et ibi corpore dissolvitur. Et tale refrigerium confitens
- 10 martir dicit de se: Secundum multitudinem dolorum meorum etc. Ad refrigerium spirituale pertinet hoc in eo, quod angelorum venerando fovebatur obsequio et mulcebatur alloquio dicencium: Agnosce, o Vincenti invictissime, quia pro cuius nomine fideliter decertasti, ipse tibi coronam preparatam servat in celis, qui te victorem fecit in penis. De hoc refrigerio dicit Maximus: Ardet martir totis visceribus, sed celum mente pertractans refrigerio consciencie victricis exultat.
- 15 Ambrosius: Non potest visceribus ignium tormenta sentire, qui sensibus paradisi refrigeria possidet. Ad refrigerium celeste hoc pertinet in eo, quot tyranno devicto insignem victoriae palmam celo gaudens intulit et angelorum cetibus est insertus sine fine cum eis mansurus. Et de isto refrigerio spiritualiter dicitur || 25c hic: eduxisti nos in refrigerium, Glosa: in requiem eternam. Sap. III.: Iustus in refrigerio erit. Dicendo autem: Transivimus, ostendit sanctus martir pene temporalis brevitem, quia dicit Gregorius super Iob XVI.: Breve est omne, quod transit. I^a Cor. VII.: Tempus breve est. Unde dico, quod transeunt primo, vite temporales. Sap. II.: Transiet vita nostra tamquam vestigium nubis. Secundo, divicie securales. Sap. V^o: Diviciarum iactancia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tamquam umbra. Augustinus de Civit(ate Dei): Omne, quod hic amatur, cito pertransit. 3^o, delicie carnales. Apo. XVIII.: Omnia pigwia et preclara preterierunt a te. Quarto, sciencie litterales. Luc. XXI.: Celum et terra transibunt. Celum est curiositas astrologorum, qui contemplantur celum et supputant sidera, Is. LXI. Terra est cupiditas advocatorum, qui scienciam suam vendunt pro terrenis, que transeunt et pro eis remanet in inferno pena oblivionis. Quinto, pene corporales. Iob XI.: Miserie quoque oblivisceris et velud aquarum, que preterierunt, non recordaberis. Augustinus: Transierunt omnia, et ira Daciani et Vincencii pena. Transactum est, quod pertulit, non transiturus est, quod accepit. Quod et nobis prestat precibus ipsius refrigerator animarum, Iesus Christus. Amen.

31 et: M add. et del. ira

8 Secundum multitudinem: Ps. 93,19 10 Agnosce, o Vincenti – *quis et ubi?* 12 Max. Taur. hom. 74; PL 57,410B 14 Ps. Ambr. ? – *ubi?* 18 Sap. 4,7 20 Greg. M. moral. 13,27,31; PL 75,1031D 21 1 Cor. 7,29 22 Sap. 2,3 23 Sap. 5,8–9 24 Aug. – *ubi?* 25 Apoc. 18,14 26 Lc. 21,33 28 recte Is. 47,13 30 Iob 11,16 31 Aug. serm. 276,4; PL 38,1257 32 Transactum est: Aug. serm. post Maurinos repertus; Misc. Agostiniana Vol. 1, p. 245

37. <DE CONVERSIONE> SANCTI PAULI
Sermo primus

Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, illuxit in cordibus nostris ad
 illuminationem sciencie claritatis Dei in facie Christi Iesu, II^a Cor. III. Triplex
 5 causa conversionis Sancti Pauli declaratur in hiis verbis, scilicet efficiens, fform-
 malis et finalis. Causa efficiens fuit Deus creator lucis, de quo dicit: Deus, qui
 dixit. Fformalis fuit gracia illuminatrix mentis, de qua dicit: illuxit in cordibus
 nostris. Et finalis fuit conversio populi gentilis, de qua dicit: ad illuminationem
 sciencie etc. Causam efficientem sue conversionis commendat ipse apostolus
 10 tripliciter, scilicet triplicem bonum modum operandi. Primo, quod operatur fa-
 cilitate sine sui fatigacione. Et hoc notat cum dicit: | Deus, qui dixit, id est dicto 25d
 solo fecit. Suum enim dicere est facere. Unde Psalmus: Ipse dixit et facta sunt.
 Nam virtus infinita non fatigatur in agendo. Is. V.: Non est deficiens neque labo-
 rans. Augustinus super Genesim ad litteram: Rerum condendarum tam facilitas,
 15 quam facultas ineffabilis est apud Deum. Secundo, quod operatur integraliter
 et facit totum esse rei, quod fit ex coniunccione materie et forme. Non enim
 scematum repertor est Deus, id est formarum, secundum Basilium in Exame-
 ron, sed tocius nature creator, materiarum simul et formarum. Et hoc notatur,
 cum dicit: De tenebris, id est post tenebras, id est post nichil, ut tenebra ponat-
 20 tur pro pura privacione, ut nichil ante fuerit, et preposicio dicat ordinem, non
 materiam, ut quando dicitur: de die fit nox, id est post diem. Et per hoc no-
 tatur sufficiencia artificis mundi. Non enim primo fuit materia et postea Deo
 operante accessit forma, sed totum simul per verbum prodiit inesse. Unde di-
 cit Aristoteles XI. Metaphisice, quod loquentes in divinis generant mundum ex
 25 nocte, hoc est debent generare ex privacione. Tercio, quod operatur utiliter, quia
 optimi est optima adducere. Et hoc notat, cum dicit: Dedit lucem splendescere,
 quia sine luce aera non valerent ad utilitatem hominum et laudem sui, cum
 videri non possent. Unde Damascenus in secundo libro: Fecit Deus lumen, pul-
 chritudinem et ornatum omnis visibilis creature. Aufer enim lumen et omnia
 30 in tenebris ignota manebunt propterea, cum non possint demonstrare decorem.
 Ambrosius in Exam(eron): Lux facit, ut cetera mundi membra sint laudibus di-
 gna. Et nos, fratres, ad instar Creatoris nostri debemus lucem operari, ut de
 tenebris, id est peccatoribus, fiamus lumen, quod fit, dum nos convertimur ad
 lucem. Tunc enim infunditur cordibus nostris lux gracie, quod nos facimus et
 35 Deus facit. Dicit enim Ber(nardus) De libero arbitrio, quot opus salutis sine
 duobus esse non potest: uno, a quo fit, altero, cui vel in quo fit. Actor salu-
 tis Deus est, liberum arbitrium tamen capax. Quod ergo a solo Deo datur et
 soli datur libero arbitrio, tam absque || consensu non potest esse accipientis, 26a
 quam absque gracia dantis. Et hoc debemus facere facilius, sine reluctacione,
 40 sicut Paulus ad unius increpacionis vocem statim dixit: Domine, quid me vis
 facere? Integraliter, ut nullam partem nostri dimittamus diabolo servire, quia di-
 cit Deus noster Ioel II^o: Convertimini ad me in toto corde vestro. Utiliter, ut
 aliis simus in exemplum conversionis, sicut fuit Paulus, de quo potest intelli-

4 2 Cor. 4,6 12 Ps. 148,5 13 Is. 5,27 14 Aug. – ubi? 17 Basil. M. hex. 2,3; cf. PG 29,34B 24 Aristot. metaph. 12,6 28 Ioh. Damasc. fid. orth. 2,7; cf. PG 94,887A 31 Ambros. hex. 1,9,34; PL 14,154C 35 Bern. lib. arb. 1,2; PL 182,1002B 42 Ioel 2,12

gi, quod dicitur Is. VI.: Convertetur et erit in ostensionem, hoc est ostendetur aliis, ut similiter convertantur. Ber(nardus) in sermone: Merito conversio doctoris gencium ab universitate gencium celebratur. Multos enim ab hac radice ramos prodisse videmus. Quos olim in carne convertit, nunc quoque felicius ab
 5 hominum conversione non cessat exemplo, oratione, doctrina. Causa autem formalis, qua mediante operabatur Deus in hac conversione fuit gracia illuminatrix mentis, de qua dicitur: illuxit in cordibus nostris, id est lucem gracie sue, cordibus nostris infudit, cuius signum fuit exterior circumfusio lucis de celo. Causa vero finalis, propter quam voluit eum Deus convertere, fuit illuminacio populi gentilis, de qua dicit: ad illuminacionem sciencie, id est ut illuminemus alios
 10 sciencia, claritatis Dei, id est que est de claritate Dei, id est de divina essencia, et hoc in faciem Iesu Christi, id est per Christum Iesum, qui est facies Patris, quia manifestatur per eum, sicut homo noscitur per faciem. Et de hac causa conversionis sue dicit ipse Gal. I^o: Vocavit per gratiam suam, ut revelaret in me
 15 Filium suum, ut ewangelizarem illum in gentibus. Potuit autem alios illuminare sciencia claritatis Dei, quia ipse fuit clarus sapientia. I Cor. II^o: Sapientiam loquimur inter perfectos. Profundus sciencia. II Cor. XI.: Etsi imperitus sermone, sed non sciencia. Nam testante Leone: Ambo apostoli claves a Domino acceperunt, sciencie Paulus, potencie Petrus. Ideo iure vocatus est gloriosum lumen
 20 omnium ecclesiarum sole splendidius. Et quoniam sciencia necessaria est | predicatori, ut illuminet vera docendo, ideo agentes de sciencia, primo, dicemus utilitates eius, quas operatur, secundo, assignabimus dispositiones, quas faciunt ad acquisitionem sciencie, 3^o, notificabimus dampnaciones, que secuntur carenciam sciencie. Utilitates sciencie sunt III^{or}. Prima est liberacio a malo. Prover.
 25 II.: Si placuerit sciencia anime tue, consilium custodiet te, ut eruaris a via mala, Glosa: ab operibus malis. Secunda est conservacio in bono. Prover. XXII.: Oculi Domini, Glosa: superna inspeccio, custodiunt scienciam, id est hominem habentem noticiam veritatis. Tercia est illuminacio auditorum. Et hec utilitas tangitur in presenti verbo: Illuxit in cordibus nostris ad illuminacionem sciencie, Glosa: ut illuminemus alios sciencia. 4^a est honorificacio populorum. Et de
 30 hac dicit Ecclesiasticus XXV.: Magnus est, qui invenit sapientiam et scienciam. Scientes enim promoventur in dignitatibus et habentur in honore. Dispositiones habilitantes ad scienciam sunt III^{or}. Una est humilitas. Prover. XXI.: Parvulus, id est humilis, si sectetur sapientem, id est hominem doctum, sumet scienciam, quia doctus melius docet. Prover. XIII.: Doctrina prudentium facilis. Ieronimus:
 35 Quod melius intelligimus, melius et proferimus. Alia est puritas. Is. XXVIII.: Quem docebit scienciam? Ablactatos a lacte, scilicet concupiscencie carnalis, apulsos ab uberibus, scilicet mundane delectacionis. Quoniam, ut dicit Tullius De senectute: Voluptas rationi inimica est, mentis perstringit oculos. Unde sciencie attribuitur abstinere a malo. Iob XXIII. secundum aliam litteram: Abstinere a malo est sciencia, quasi abstinens a malo efficitur sciens. Tercia est caritas.

26b

35 XIII.: M corr. ex XXIII.

1 Is. 6,13 2 Bern. serm. convers. s. Pauli 1,1; PL 183,359–360D 14 Gal. 1,15–16 16 1 Cor. 2,6 17 2 Cor. 11,6 18 Ps. Leo M.? – Max. Taur. hom. 72; PL 57,404A 24 Prov. 2,10–12 26 Prov. 22,12 31 Eccli. 25,13 33 Prov. 21,11 35 Prov. 14,6 35 Hier. – ubi? 36 Is. 28,9 38 Cic. Cato 42 40 recte Iob 28,28

- Amicis enim secreta revelantur. Io. XV.: Vos autem dixi amicos, quia omnia etc. Ber(nardus) super Cant.: Si quis eorum, que legit, cupit noticiam adipisci, amet. Quarta est studendi continuitas. Eccli. VI.: A iuventute tua excipe doctrinam et usque ad canos invenies sapienciam. Exo. XXV.: Vectes semper erunt in circulis, Glosa: || ut nunquam cessent a lectione. Aris(toteles) in Predicamentis: Prævus ad meliores exercitaciones deductus vel modicum aliquid proficiet, nisi forte tempus suspensum sit, medio tempore obmittatur, ut fit in illis, qui medio anno discunt et alio medio anno serviunt. Dampnationes, que veniunt de carencia sciencie, sunt due, que tamen comprehendunt alia mala multa. Et una est separacio a Deo, Osee III.: Quia tu scienciam repulisti, repellam et ego te. Alia est subieccio diabolo. Is. V^o: Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scienciam. Quod a nobis avertat Deus, scienciarum Dominus, Iesus Christus. Amen.

38. SERMO DE SANCTO PAULO SECUNDUS

- 15 Sol egressus est super terram, et Loth ingressus est Segor, Gen. XIX. Hoc dictum est de homine eruto, id est erepto de Sodomis, nos autem accipere possumus de homine salvato ex Iudeis, Sancto Paulo. In salvacione autem cuiuslibet hominis duo occurrunt necessaria sibi coniuncta, scilicet divinus respectus et voluntarius consensus. Quoniam ut ait Gregorius in Moralibus XXXIII.: Bonum, quod agimus, Dei est et nostrum est. Dei per prevenientem gratiam, nostrum per obsequentem voluntatem liberam. Hec duo, scilicet divinus respectus et voluntarius consensus, obviaverunt sibi in conversione Sancti Pauli. Nam divinus respectus infundit donum illuminationis. Et hoc notatur in presenti verbo cum dicitur: Sol egressus est super terram. Voluntarius consensus reddidit obsequium obediencionis. Et hoc notatur, cum dicitur: Loth est ingressus Segor. Hec duo, scilicet illuminacio et obediicio demonstrant duplicem divini amoris virtutem, scilicet processivam, qua procedit ad omnia, et reflexivam, qua reducit omnia. De qua duplici virtute dicit Dionisius III. De divinis nominibus: Ipse omnium causa propter habundanciam amature bonitatis extra seipsum fit ad omnia existencia providenciis, et ex eo quod est super omnia ad id, quod est in omnibus, deponitur. Ecce virtus processiva. Et omnia ad seipsam bonitas convertit, et princeps congregatrix est dispersorum, sicut principalis et vivificans | divinitas. Ecce virtus reflexiva. Illuminacio pertinet ad Pauli privilegium, scilicet quod cum excellenti miraculo vocis et lucis est conversus secundum dictum Moysi Deutero. III.: De celo audire te fecit vocem suam. Obediicio pertinet ad Pauli meritum, scilicet quod tam cito et faciliter acquievit increpanti dicens: Domine, quid me vis facere? Glosa: indica mihi voluntatem tuam et ego obediam. Non enim illa irradiacio exterior coegit eum violenter, sed induxit familiariter, quoniam ut dicit

3 iuventute: M *corr. ex iuvente* 16 eruto: M *in marg. add. id est erepto* 18 necessaria: M *necessario*

1 Io. 15,15 2 Bern. serm. in Cant. 79,1; PL 183,1163B 3 Eccli. 6,18 4 Ex. 25,15
5 Aristot. cat. 10 10 Os. 4,6 11 Is. 5,13 15 Gen. 19,23 19 Greg. M. moral. 33,21,40;
PL 76,699C 28 Ps. Dion. Areop. div. nom. 4,13; Dionysiaca 217 34 Deut. 4,36

Dionisius III. De divinis nominibus: Non est providencie divine corrumpere naturam, id est cogere liberum arbitrium. Et secundum Damascenum II. libro: Non habemus coactam vitam. Primum, scilicet egressio solis super terram, dat nobis fiduciam de possibilitate conversionis, quia divina clemencia eciam recedentes
 5 non deserit, sed insequitur, ut fecit Paulo in presenti. Unde dicitur peccatori Is. XXX.: Audies vocem post tergum monentis. Secundus, scilicet ingressio Loth in Segor, dat nobis formam ad celeritatem conversionis, quia ad unius increpacionis vocem: Saule, Saule etc., statim emollitus respondit: Domine, quid me vis facere? Simile habetur I Reg. III.: Loquere, Domine etc. Ps.: Hodie, si vocem
 10 eius. Dicatur ergo ad laudem divine clemencie, quod Sol egressus est super terram. Per Solem intelligitur Christus propter tria, quoniam Sol est fons caloris, origo lucis, principium generacionis. Quod Sol sit fons caloris, dicit Ambrosius III. Exameron. Magnus est Sol iste, qui replet orbem terrarum suo calore. Et Aristoteles dicit primo Metheororum, quod corpus Solis est maius corporibus
 15 aliarum stellarum, et solus habet plus potencie ad generandam caliditatem. Quod vero Sol sit origo lucis, dicit Algazel in Methaphisica sua: Sol est fons lucis omni lucenti eo, quod emittit lucem a se in aliud a se. Quod eciam sit principium generacionis, dicit Dionisius III. De di(vinis) no(minibus): Ad generacionem sensibilium corporum confert et auget et renovat. Aristoteles libro De genera-
 20 cione: Principium generacionis fructuum est a Sole. Per hunc triplicem Solis effectum in creatura corporali signatur triplex calliditas Christi in mente rationali, quia ipse infundit calorem dileccionis, ipse prebet lumen cognicionis, ipse multiplicat || fructum bone operacionis. Calore dileccionis inflammat potenciam affectivam, lumine cognicionis illustrat intellectivam, fructu operacionis ornat
 25 bonam vitam. Hinc est, quod dicitur Eccli. XLIII.: Tripliciter Sol exurit montes, id est sanctos. Sed quia bonum est diffusivum sui, ideo Sol iste egressus est super terram, id est Saulum, hominem terrenum, quando dixit de celo: Saule, quid me persequeris? Tria autem dicuntur de terra in scripturis, scilicet quod in adversitatem consurgit. Iob XX.: Terra adversus eum consurget. Et quod fontem absummit. Apo. XII.: Aperuit terra os suum. (Et quod suscipit sagwinem, Gen. IV.: Aperuit os suum) et suscepit sagwinem fratris tui. Hec tria conveniebant Paulo, cum esset adhuc Saul, qui per superbiam adversabatur Deo, sicut ipse dicit Act. XXVI.: Existimabam me adversus nomen Iesu multa contraria agere. Et per scienciam legalis litterature desipiebat in errore, tamquam bibisset
 35 aquam erroris, et insipientie. Nam insipida dicitur esse, et hoc est, quod ipse dicit I^a Tim. I^o: Ignorans feci in incredulitate. Siciebat. Erat enim cedens eos, qui credebant in Christum, et cum funderetur sagwis Stephani, ipse consenciebat, Act. XXII. Hec sunt tria iacula Ioas regis, id est diaboli, III Reg. XIII., scilicet tumide mentis superbia, filii nominis sciencia et persecucionis malicia.
 40 Porro Sol egrediens super terram tria facit in terra. Primo, suum radium manifestat. Avicebron III. Fontis vite: Lumen Solis infusum aeri nondum apparet,

27a

1 divine: M in marg. 38 Hec: M Hic

1 Ps. Dion. Areop. div. nom. 4,33; Dionysiaca 312 2 Ioh. Damasc. – ubi? 5 Is. 30,21 9 1 Reg. 3,10 9 Ps. 94,8 12 Ambr. hex. 4,4,25; PL 14,214A 14 Aristot. – ubi? 16 Algazel – ubi? 18 Ps. Dion. Areop. div. nom. 4,4; Dionysiaca 166 19 Aristot. – ubi? 25 Eccli. 43,4 29 Iob. 20,27 30 Apoc. 12,16 31 Gen. 4,11 33 Act. 26,9 36 1 Tim. 1,13 38 Act. 22,20 38 4 Reg. 13,18 41 Avicebron Fons vitæ 3,16

donec inveniret corpus solidum, ut terram, et tunc lumen sensibiliter apparet eo, quod non potuit penetrare partes eius sicut aeris, sed stetit in superficie corporis et adunata est eius essentia. Secundo, ex terra vaporem elevat. Aristoteles II^o Metheororum: Cum Sol revolvitur in orbe suo et appropinquat ad pendicula rem faciendam in terra, elevat vaporem ex ea. Tercio, per terram Lunam obscurat. Aristoteles II. Posteriorum: Defectus, id est eclipsis, est privatio luminis a Luna terre obiectu. Hec tria spiritualiter intellecta fecit Sol Christus in Paulo. Primo, eum illuminavit, et ad hoc designandum | ceciderunt ab oculis eius tamquam scame et visum recepit. Secundo, in lacrimas resolvit, quasi Sol de vapore terre pluviam pararet, quia servivit Deo cum multis lacrimis, ut ipse dicit Act. XX. 3^o, per eum perditum populum confudit, quasi Sol Lunam, id est synagogam obscurasset, quia Saulus convalescebat et confundebat Iudeos, affirmans quia hic est Christus, Act. IX. In cuius signum Benjamin in ortu suo occidit matrem, Gen. XXXV. Hec sunt tria bona, quibus Deus implevit terram, id est Paulum, Eccli. XVI., scilicet excellens cognitio veritatis, fervens devotio pietatis, potens conviccio perfide gentis. Post respectum clemencie Christi sequitur consensus obedientis Pauli, quia Loth ingressus est Segor. Per Loth, qui interpretatur vocans, designatur Paulus, quem Dominus ad hoc ordinavit, ut alios vocaret ad salutem, secundum quod dicitur: Vas electionis est mihi iste, ut portet etc. Non solum enim ipse conversus erat ad vere existentem Deum, sed etiam aliis sicut iera(r)cha ducatum prebebat ad thearchicam obduccionem, secundum Dionisium IX. Angelice iera(r)chie. Hic ergo ingressus est Segor Domino precipiente secundum illud: Surge et ingredere civita(tem). Ingressus est autem triplicem civitatem, scilicet ecclesie, consciencie et patrie. Que tres civitates designantur per Segor secundum tres interpretationes nominis ipsius. Interpretatur enim calens, et sic significat ecclesiam, que calet amore sponsi, ut testatur de se in Psalmo: Concaluit cor meum, et Cant. V.: Nuncciate dilecto etc. Interpretatur et parvula, et significat Pauli conscienciam, que fuit parvula reputatione sui vocans se minimum apostolorum, I Cor. XV., (cum) secundum veritatem esset maximus eorum. Interpretatur etiam meridiana, et significat celestem patriam, que est luminosa, ut ipsum meridiei aperta cognitione Dei, ubi cognoscimus eum, sicut cogniti sumus ab eo, I Cor. XIII. Primam civitatem ingressus per fidei et sacramentorum suscepcionem, quando surgens || baptizatus est, Act. IX. Secundam per diligentem sui custodicionem, quia conversatus est ante Deum cum omni consciencia bona, Act. XXIII. Terciam per internam paradisi speculacionem, quando raptus est usque ad tercium celum, II Cor. XII. Et tandem ingressus est per anime sue suscepcionem in die martirii sui, de quo ingressu habetur III Reg. X.: Ingressa est Ierusalem, id est celestem patriam, cum multo comitatu, scilicet bonorum meritorum et sanctorum angelorum et omnium salvatorum per ipsius officium, quo nos perducatur precibus ipsius Sol egressus super terram, Iesus Christus. Amen.

7 Hec: M Hic 8 ab: M *suprascr.* 35 internam: M interranam

3 Aristot. – ubi? 6 Aristot. an. post. 2,2 11 Act. 20,19 13 Act. 9,22 14 Gen. 35,19
15 Eccli. 16,30 19 Vas electionis: Act. 9,15 22 Ps. Dion. Areop. coel. hier. 9,3; Dionysia
909 23 Surge et: Act. 9,7 27 Ps. 38,4 27 Cant. 5,8 ? 29 1 Cor. 15,9 32 1 Cor.
13,12 34 Act. 9,18 35 Act. 23,1 36 2 Cor. 12,2 38 3 Reg. 10,2

39. PURIFICACIONIS MARIE

Sermo primus

Argentum igne examinatum, probatum terre, purgatum septulum (Ps. XI.).
 Deo auxiliante vestrisque oracionibus suffragantibus verbum assumptum dupli-
 5 citer exponere intendimus, scilicet ad laudem gloriose virginis et ad erudicionem
 nostre congregacionis. Secundum primam intencionem argentum est mater Dei,
 Virgo Maria, quoniam illa bona, que in argento inveniuntur naturaliter, excel-
 lencius sunt in ipsa spiritualiter. Dicit autem Dioscorides in Medicina, quod
 10 argentum confert tremori cordis, si aspiciatur, fetori oris, si infantibus tenea-
 tur, pruritus carnis, si pulverizatum cum superiaciatur. Tremor cordis est mutacio
 mentis in fide, feto oris est inicium detraccionis in locucione, pruritus carnis est
 motus libidinis in voluptate. Sed argentum, id est Beate Virginis exemplum confert
 tremori cordis in fide per sue fidei constanciam, quam tunc tenuit, quando
 15 in omnibus defecit, scilicet in sabbato sancto, ob quam causam ipsa dies hono-
 ri ipsius est dicata. Confert etiam fetori oris in locucione per sue taciturnitatis
 reverenciam, quia septem verba tantum locuta fuisse invenitur in ewangeliiis, et
 illa bona et salutaria. Confert etiam pruritus carnis in voluptuosis per sue vir-
 ginitatis mundiciam, quam prima omnium mulierum novit et sincerius | tenuit. 27d
 Ieronimus ad Eustochium: Virginitatis donum luxit in feminas, quia cepit a fe-
 20 mina, scilicet Maria. Istud argentum fuit purgatum tripliciter, scilicet in uterina
 sanctificatione, in Filii Dei conceptione, et in legali oblacione. Et ad hoc de-
 signandum triplex purgacionis verbum ponitur in themate nostro. Quia dicitur
 argentum examinatum, probatum et purgatum, ut examinacio referatur ad uteri-
 nam sanctificationem, quam fecit ignis, id est Spiritus Sanctus. Probacio terre, id
 25 est separacio a terra, id est a terrena complexione, referatur ad Filii Dei concep-
 tionem, quando purgata fuit etiam ab illis minimis defectibus, ad quos inclinat
 terrena et infirma natura. Purgacio septula referatur ad obediencie legalis obser-
 vacionem. Et hoc dicitur fuisse septupla, id est perfectissima, propter maximam
 humilitatem, quam tunc exhibuit et ostendit, quia cum non indigeret, voluit ta-
 30 men purgari, et hoc fecit causa nostri, ut nobis exemplum daret. Unde Beda
 super Lu. II.: Beata Dei genitrix, que singulari privilegio super legem fuit, pro
 dando humilitatis exemplo legalibus subdi non refugit institutis. Ideo expositio
 assumpti verbi ulterius debet retorqueri ad edificacionem, unde ut purgemur. Cir-
 ca quam purgacionem III^{or} sunt hic designata, scilicet subiectum, quod debet
 35 purgari, instrumentum, per quod fit purgacio, est estus caritatis, inquinamentum,
 a quo debet purgari, complementum est obtentus perfeccionis. Purgandi ergo,
 scilicet clerici, designantur hoc nomine argenti, quia debent esse ductiles per fa-
 cilitatem obediendi. Sonori per consuetudinem orandi, confitendi et predicandi,
 laudandi. Lucidi per sinceritatem continendi, operandi, exemplum dandi. Sed est
 40 alia triplex proprietas argenti contraria predictis proprietatibus, que inveniuntur
 in malis clericis. Est enim infrigidatum, scilicet ab amore Dei. Infectum, scilicet

4 vestrisque: M nostrisque 8 Dioscorides: M Diacordes 23 purgatum: M *add. et del. nos*
 28 septupla: M *corr. ex septula* 36 complementum: M *in marg.* 40 inveniuntur: M invenitur

3 Ps. 11,7 8 Diosc. – *ubi?* 19 Hier. epist. 22,21; PL 22,408 30 Beda Ven. – *ubi?*

28a

28b

macula peccati. Dicit enim Plinius, quod argentum quantumcumque sit album, nigras tamen lineas facit in corde. Ponderosum, scilicet declivitate animi ad terrena. Instrumentum nostre purgacionis est ignis || caritatis, quia dicitur argentum igne examinatum. Sed est triplex species ignis secundum Philosophum, scilicet
5 carbo in materia terrena, id est ligno. Flamma in materia aerea, flamma enim nichil aliud est, quam fumus ardens. Lux in propria spera, et dicitur lux esse propter subtilitatem magis, quam splendorem. Si enim luceret, tunc ultra illum ignem stellas videre non possemus. Primus ignis est amor carnalis, secundus naturalis, tercius spiritualis designatus per ignem superiorem propter tria. Pri-
10 mo, quia sui speciem abscondit. Aristoteles XVII. Animalium: Forma ignis non apparet omnino, quoniam habet formam propriam et forma eius non apparet, nisi in aliquo corpore. Dionisius XV. Angelice iera(r)chie: Occultus seipsum est non proposita materia, ad quam manifestat propriam operationem. Sic caritas latet habentem, ut semper timorati vivamus, cum nesciamus, utrum amore, an odio digni simus, Eccles. IX. Sicut Simeon iustus quidem fuit, sed tamen timoratus, Lu. II., Iob I.: Erat rectus ac timens Deum. Secundo, quia appositum sibi in sui naturam convertit. Dionisius in predicto libro: Ea quibus ingignitur ad sui agit operationem. Sic caritas mentem, quam possidet, deificat, sicut ipsa debet esse, quoniam qui adheret Deo, unus spiritus est I Cor. VII., Glosa:
20 non natura, sed caritatis copula. Natura enim unus est Deus, participacione vero nichil prohibet esse quam plurimos, secundum Boecium De consolacione. Siquid(em) sunt dii multi et domini multi, I^a Cor. VIII. Augustinus in prima(m) canonicam Iohannis: Talis est unusquisque, qualis est dileccio eius. Terram diligis, terra es, Deum diligis, Deus eris. Scriptum est enim: Ego dixi, dii estis.
25 3^o, quia putrefaccionem non admittit. Aristoteles IIII. Meteororum: Putrefiunt universa reliqua preter ignem. Cum enim due sint cause putrefaccionis, scilicet una corruptio humidi existentis in subiecto, alia victoria aliene caliditatis super propriam: Neutro istorum modorum putrescit ignis, quia nec eius caliditas super propriam ab extranea vincitur, cum sit summe calidus, nec eius humiditas corrumpitur, quia | caret humiditate. Sic caritas peccato nunquam subicitur, nec
30 informis esse potest, sicut quedam alie virtutes, que sustinent secum iniquitates, est enim forma virtutum. Impossibile est autem formam esse informem. Huius autem signum sive argumentum haberi possit primo, ex subiecto caritatis, quia est propria virtus et specialis piorum atque sanctorum. Secundo, ex precepto caritatis, quia secundum Augustinum nichil precipit scriptura, nisi caritatem, quia implet legem et sufficit ad legem. 3^o, ex opposito caritatis. Sicut enim fides opponitur infidelitati, sic caritas cupiditati, quia sicut impossibile est fidem stare cum infidelitate, sic caritatem cum cupiditate. Impossibile est caritatem esse cum peccato mortali. Ideo dicit Augustinus, quod caritas non facit peccatum et operit multitudinem peccatorum. Inquinamentum, a quo debemus purgari, est macula

3 ignis: M *add. et del.* examinat 20 caritatis: M caritas 20 unus: M minus 24 es: M *in marg.* 32 est: M et

1 Plin. nat. 33,31,3 4 Aristot. ? – ubi? 10 Aristot. – ubi? 12 Ps. Dion. Areop. coel. hier. 15,2; Dionysiaca 996 15 Eccle. 9,1 16 Lc. 2,25 16 Iob 1,1 17 Ps. Dion. Areop. coel. hier. 15,2; Dionysiaca 996 19 *recte* 1 Cor. 6,17 21 Boeth. cons. 3, prosa 10; PL 63,767B 22 1 Cor. 8,5 22 Aug. in epist. Ioh. 2,14; PL 35,1997 25 Aristot. – ubi? 35 Aug. – ubi? 39 Aug. – ubi?

cupiditatis, quia dicitur: Argentum purgatum terre, Glosa: a terrenitate. A qua debemus purgari primo, quia amor terrenorum iniuriatur consciencie nostre, a qua excludit Dei gratiam, sicut terra excludit lucem Solis, a qua non penetratur, sed stat solum in superficie eius. 1^a Io. II^o: Qui diligit mundum, non est caritas Dei in eo. Secundo, quia iniuriatur ecclesie katholice, a qua tollit honeste vite formam, sicut terra obscurat Lunam in eclipsi per umbram suam, ut non possit lumen solare tangere eam. Eze. XLI.: Terra, id est cupiditas terrenorum, ascendebat usque ad fenestram templi, id est clericos ecclesie, per quos deberet incorruptum legis lumen seculo dari, Sap. XVIII. 3^o, quia iniuriatur Sacre Scripture, circa quam induit studii negligenciam transferendo scolares ad ciencias lucrativas. Gen. XIII.: Loth elegit sibi terram Iordanis, que irrigabatur sicut paradysus, et recessit ab oriente. Loth interpretatur vocans et designat clericum, qui debet alios vocare ad nupcias Agni. Iordanis interpretatur rivus iudicii, designat ciencias lucrativas, in quibus agitur de placitis et causis, que irrigantur divitiis, || deliciis et honoribus, et ideo eligitur ad habitandum a carnalibus, et receditur ab oriente, id est a sciencia fidei luminosa et devota. Complementum purgacionis debet esse obtentus perfeccionis, id est donec simus perfecte purgati, quia dicitur purgatum septulm, Glosa: perfecte, quia septenarius numerus pro perfeccione ponitur. Species purgatum, qui perfecte purgatur, quia dicitur Levi. VIII.: Septem diebus finitur consecratio, et Naaman Syrus septena locione recepit mundacionem, III Reg. V. Quam nobis prestat meritis matris sue hodie purgate purgator animarum, Iesus Christus. Amen.

28c

40. DE PURIFICACIONE (MARIE)

Sermo secundus

25 Venit ad templum sanctum suum Dominator, quem vos queritis, et angelus testamenti, quem vos vultis, Mala. III. Hec prophecia hodie fuit in Domino impleta, quando tulerunt Iesum in Ierusalem, ut sisterent eum Domino. Quia vero adventum magnorum magnus solet precurrere nuncius, Gen. XLVI.: Iacob misit Iudam ante se, ideo primo, in hac epistola premittitur advenientis Domini nuncius. Secundo, exhibetur ipse adveniēns Dominus. 3^o, notificatur e magnificencia venientis consequens effectus. Nuncius precurrens fuit Iohannes, de quo dicitur voce Patris ad Filium: Ecce mitto angelum, id est Iohannem, qui fuit angelus officio, non natura, qui paravit viam ante Christum, qui et manifestavit eum venturum in populo testante patre ipsius Lu. I^o: Tu puer propheta etc. Unde et precursor Domini dictus est, significatus per Luciferum, qui precedit Solem, et per florem, quia precessit benedictum fructum ventris gloriose Virginis. Ut autem tantus nuncius fidelis inveniatur, secutus est ipse Dominus predictus secundum quod sequitur: et statim veniet ad templum etc. Iesus Christus dicitur Dominus in divinitate, angelus testamenti in humanitate, quia secundum quod

22 Amen: *M al. man.* 27 tulerunt: *M add. et del. caput*

4 1 Io. 2,13 7 Ez. 41,16 9 Sap. 18,4 11 Gen. 13,11 20 Lev. 8,33 21 4 Reg. 5,14 26 Mal. 3,1 27 tulerunt Iesum: Lc. 2,22 28 Gen. 46,28 32 Ecce mitto: Mc. 1,2 34 Lc. 1,76

homo condidit nobis novum testamentum, qui fuit quesitus oracionibus et desideratus affectibus ab omnibus devotis humani generis, sicut dicitur III Reg. X.: Universa terra desiderabat videre vultum Salomonis. Venit autem ad sanctum templum | quale invenitur quadruplex in scripturis. Primum est materiale in Iudea, de quo Lu. II^o: Venit in spiritu in templum. Secundum spirituale, fidelis anima, de quo I^o Cor. VII.: Vos estis templum Dei vivi. 3^{um} eternale, celestis patria, de quo Psalmus: In templo eius omnes dicent gloriam. 4^m speciale, virgo Maria, de quo in Psalmo: Sanctum est templum tuum, id est divina inhabitacione sanctificatum, et ipsum est mirabile in equitate, id est in operibus iusticie, non in auro et margaritis aut veste preciosa. In primum templum venit per obedienciam presentacionis, in secundum per gratiam illuminacionis, in tertium per gloriam ascensionis, in quartum per clemenciam incarnationis. In templo edificii materialis susceperunt eum Simon et Anna. In templo anime fidelis suscipit eum duplex potencia, scilicet intellectus et affectus. In templo patrie celestis susceperunt eum Pater et angelorum agmina. In templo uteri virginalis fides et obediencia. Et istud templum primo, fuit illustratum interius muneribus virtutum, donorum et graciaram. Sic legitur II^o Machabe. III.: Reges et principes, id est Deus Trinitas et homo assumptus et sancti angeli, templum, id est virginem, maximis muneribus illustrabant, quando dictum est ei: Ave, gracia plena, et: Invenisti gratiam apud Deum, Lu. I^o. Secundo, fuit ornatum exterius piissimis et sanctissimis moribus humilitatis et mansuetudinis, sicut iterum legitur I Mach. IIII.: Ornauerunt faciem templi, id est exteriorem conversacionem virginis, coronis aureis, id est preciosis moribus et spectabilibus honestatibus, et dedicaverunt altare, scilicet cordis ipsius, Domino, id est ad honorem Domini, et facta est leticia magna in populo, quia ex hoc omnes sibi congaudemus, quia fecit sibi Dominus magna. 3^o, fuit privilegiatum gracia immunitatis, ut haberet potestatem liberandi reos ad se confugientes secundum illam libertatem collatam in populo a rege Demetrio, I Mach. X.: Quicumque confugerint ad templum, quod est Ierosolimis, obnoxii regi, id est culpabiles Deo, in omni || negotio, id est in quolibet peccato, dimittantur. Quarto, fuit famosum per extensionem sui nominis et magnitudinis eciam ad eos, qui foris sunt. Que est enim gens tam infelix, que nomen Marie non audivit, quam tota Asia et orbis colit, Act. XIX., cum dicatur Iudith VIII.: Erat hec in omnibus famosissima, II Mach. II.: Famosissimum toto orbe templum recuperaverunt. Hoc potest dici de angelis, qui ipsam a nobis in suum consortium transtulerunt in assumptione, que nobis ad tempus commendata fuit. Et quia tale templum erat, ideo pro sui veneracione et sanctitate hodie per universum mundum honoratur. Cuius templi meritis et precibus perducatur nos ad templum celi dominator Dominus, Iesus Christus.

29 regi: M *corr. ex rei* 33 hec: M *hic* 37 mundum: M *in marg. corr. ex iunctum*

2 3 Reg. 10,24 5 Lc. 2,27 6 *recte* 2 Cor. 6,16 7 Ps. 28,9 8 Ps. 64,5 17 2 Mach. 3,2
20 Lc. 1,28 *et* 30 22 1 Mach. 4,57-58 28 1 Mach. 10,43 32 Act. 19,27 33 Iudith 8,8
33 2 Mach. 2,23

41. <DE PURIFICACIONE MARIE>

Sermo tercius

Postquam impleti sunt dies purgacionis Marie, tulerunt Iesum in Ierusalem, Lu. II. Dictum est de Domino nostro, quod factus est ex muliere et factus est sub lege, Gal. III^o. Ex muliere quidem factus est, ut in anima fideli imprimatur indelebiliter devocio pietatis. Sub lege autem factus est, ut in anima fideli imprimatur indelebiliter cognicio veritatis. Et de hoc, qualiter factus est ex muliere, actum est in precedenti festo nativitatis. De hoc vero, qualiter factus est sub lege, agitur in presenti festo purificationis, et ostenditur, quod fuit subiectus triplici legi, scilicet purificationis, de qua habetur Levi. XII.: Mulier, que parit puerum, non ingreditur sanctuarium, donec impleti fuerint dies purificationis eius. Redemptionis, de qua Exo. XIII.: Omnia primogenita filiorum tuorum precio redimes, intelligendum est: preter levitas. Oblacionis, de qua Levi. XII.: Cum expleti fuerint dies purificationis eius, offerret pro filio agnum in holocaustum, turturem sive columba(m) pro peccato. Lex purificationis introducta fuit in remedium (in)firmitatis, ut quoniam mulier infecta concipit et dolorose parit, per congruum tempus quiesceret a dolore et | purgaretur ab immundicia. Lex redemptionis introducta fuit in memoriam liberacionis de Egypto, ut quoniam Dominus percussit primogenita Egypti ab homine usque ad pecus, voluit omnia primogenita filiorum Israel sibi offerri et redimi precio constituto, Exo. XIII. Lex oblacionis specialiter turturum et columbarum introducta fuit ob necessitatem paupertatis, ut quoniam pauper non posset offerre agnum, offerret duos turtures aut duos pullos columbe, Levit. XII. Mira ergo dispensacione subiectus fuit Salvator hodie huic triplici legi, scilicet ad documentum sustinencie infirmitatis. Et hoc est, quod dicit ewangelista: Postquam imple(ti) sunt di(es) pur(gacionis) Marie secundum legem Moysi, scilicet in qua determinatur tempus purificationis. Legi redemptionis ad exemplum humilitatis. Et hoc est, quod subdit: Tulerunt Iesum in Ierusalem, ut siste(re)nt eum Deo, id est consecrarent et redimerent, eciam supple: sicut scriptum est in lege Domini, scilicet Exo. XIII., Levi. XII., quia omne masculinum etc. Dicendo adaperiens, hoc solum vlt intelligi, quod fructus uteri factus est manifestus, qui prius erat inclusus, ut dicit Ambrosius. Legi oblacionis pauperum in exemplum paupertatis. Unde ulterius subdit: Et ut darent hostiam, scilicet pro puero redimendo, per turturum etc. Non determinat ewangelista, quos aves obtulerunt, quia columba gregatim volans activam vitam designat, turtur solivagus contemplativam, que paucorum est, et quoniam utraque vita Deo est accepta, consulte utrasque nominavit, ut dicit Beda. Poni autem expositor huius ewangelii tres oblaciones pro Domino factas. Unam, que facta est pro ipso, 2^{am} pro nobis in exemplum, terciam vero fecit de seipso pro omnibus. Prima oblacio de humilitate nos instruit, cum legislator et iudex humiliter legi subicitur. Secunda de paupertate, cum Dominus omnium rerum

13 Oblacionis: M Oblaciones 23 Levit.: M *al. man.* 34-35 vitam: M *in marg.* 36 Beda: M Bernardus 38 pro ipso: M *add. et del.* de ambo 38 2^{am} pro nobis in exemplum: M *in marg.*

4 Lc. 2,22 5 Gal. 4,4 10 Lev. 12,4 12 Ex. 13,13 13 Lev. 12,6 20 Ex. 13,15
23 Lev. 12,8 29 sicut scriptum: Lc. 2,23 29 Ex. 13,2 29 Lev. 12,6 31 Ambr. - *ubi?*
32-33 Et ut darent: Lc. 2,24 36 Beda Ven. in Lc. 2,24; PL 92,343B-D

pauper pro nobis factus offerret pauperum oblacionem. Tercia de || pietate, cum
 pius Dominus pro impiis non dubitavit manibus tradi nocencium et crucis subire
 tormentum. Moraliter autem, quantum ad nostram erudicionem tria hic notan-
 tur, scilicet misterium purificacionis Marie, sacramentum delacionis dominice,
 5 significancia oblacionis facte. Misterium purificacionis est, quod Maria interpre-
 tatur stella, vel amarum mare et typum gerit anime, que sive sit in amaritudine
 active, sive in lumine contemplative, semper indiget purgari ab immundicia co-
 gitacionis, locucionis, operacionis, quoniam hoc indicitur sibi Isai. 1^o: Lavamini,
 mundi estote, auferte etc. Felix homo est, de quo potest dici: Impleti sunt dies
 10 purgacionis eius, ut possit ferri in Ierusalem celestem. Sed ve nobis est, dicit
 expositor, si dies impleantur et purgacio non compleatur. Ut necesse sit nos illo
 igne purgari, quo nichil potest in hac vita penalius cogitari. Voluit autem Virgo
 purificari primo, in exemplum humilitatis, quoniam ut dicit Ber(nardus) super
 Cant.: Verus humilis vilis vult reputari. Secundo, in exemplum societatis, ut
 15 vitetur odiosa singularitas et prestetur solacium illis, qui talibus ex necessitate
 subiciebantur per quandam assimilacionem sui ad illos, quia dictum est, quod
 solacium est miseris socios habuisse penarum. Ber(nardus) in sermone: Esto in-
 ter mulieres virgo Maria, quasi una illarum, quia et filius tuus sic est in numero
 puerorum. 3^o, in signum virtutis, ut postquam filium peperimus, id est bonum
 20 opus fecerimus, dicamus: Servi inutiles sumus, Luc. XVII. 4^o, in cumulum obe-
 dicionis, qui plus facit, quam teneatur. Ber(nardus): Vere virgo beata, non habes
 necessitatem, nec tibi opus est purgacione, quia nec propter te lex hec consti-
 tuta est, sed pro omnibus, scilicet pro illis, que pariunt suscepto semine, Levi.
 XII. Sed ipsa peperit ex mistico spiramine. Sacramentum delacionis pueri est,
 25 ut detur forma parentibus quatenus filios suos offerant Deo, sicut puer Samuel
 adductus est a parentibus | ad Helii sacerdotem, I Reg. II. Quod debent face-
 re instruendo in fide, quia dicitur illis Eccli. VII.: Filii tibi sunt? Erudi illos.
 Et informando in moribus. Et hoc tam de vitandis, quia dicit lex Levi. XVI.:
 Docebitis filios vestros, ut caveant immundicias, quam de agendis, exemplo Sa-
 30 lomonis, qui dicit de se Prover. IIII.: Tenellus fui coram matre mea et docebat
 me: Custodi precepta mea et vives. Tulerunt autem in Ierusalem dictante lege
 Domini, in qua est primo, intencionis rectificacio, quia precipiuntur ibi primoge-
 nita, id est bonorum operum incia Deo offerri, Exo. XIII.: Sanctifica mihi omne
 primogenitum. Secundo, racionis illuminacio. Ps.: Preceptum Domini lucidum.
 35 Prover. VI^o: Mandatum lucerna est et lex lux. 3^o, affeccionis inflammacio. Ps.:
 Eloquium Domini, id est verbum legis, inflammavit eum. 4^o, operacionis direc-
 cio. Prover. IIII.: Suscipe verba mea, viam sapientie monstra(bo) tibi, ducam te
 per semitas equitatis, quas cum ingressus fueris, non habebis offendiculum. Si-
 gnificancia oblacionis facta est, ut ne appareamus coram Deo vacui, Exo. XIII.,
 40 sed offeramus duos turtures, id est mundiciam exterioris et interioris hominis, ut
 non tantum caveatur immunda carnis concupiscencia, sed etiam vitetur super-

1 de: M iter. 30 docebat: M docebit

8 Is. 1,16 13 Bern. serm. in cant. 16,10; PL 183,853A 17 solacium est: Walther 29947
 17 Bern. serm. purif. 3,2; PL 183,370B 20 Lc. 17,10 21 Bern. serm. purif. 3,2; PL 183,370A
 23 Lev. 12,1 26 recte 1 Reg. 1,24 28 recte Lev. 15,31 30 Prov. 4,3-4 33 Ex. 14,2
 34 Ps. 18,9 35 Prov. 6,23 35 Ps. 104,19 37 Prov. 4,10-12 39 recte Ex. 23,15

bia, oris arrogancia, de qua dicitur: Immundus erit omnis arrogans coram Deo. Offeramus eciam duas columbas, que sunt simplicitas et benignitas, quarum pul-
 5 li sunt fructus innocencie et beneficiencie, ut non facias alteri, quod tibi non vis fieri, quantum ad beneficienciam. Quod in nobis efficiat redemptus Dominus turturibus et columbis.

42. SERMO PRIMUS DE SANCTA AGATHA

Soror nostra parvula est et ubera non habet, Cant. VIII. Christus Dominus in sponsa sua, Sancta Agatha commendat in hoc dicto suo dignitatem generis, quia vocat eam sororem, et humilitatem mentis, quia dicit eam esse parvulam,
 10 et qualitatem passionis, quia dicit, quod ubera non habet. Dicitur autem sancta puella soror Christi primo, nature conformitate, quia Christus et virgo ambo sunt homines. Unde Hebre. II.: Pueri communicaverunt carni et || sagwini, quia fuit
 30a verus homo. Ber(nardus) super Cant. II.: Spemere me non poterit os de ossibus meis et caro de carne mea. 2º, hereditatis participacione. Nam frater et soror
 15 participes sunt eiusdem hereditatis iuxta illam legem Numeri XXVII.: Date filiabus Salphat possessionem inter cognatos patris earum. Sic Christus et virgo sunt eiusdem glorie participes, ut dicit Glosa Ro. VIII. Tercio, propositi similitudine, quia Christus et puella ambo sunt virgines, et dicitur Eccli. XXVII., quod volatilia ad sibi similia conveniunt. Eccli. XIII.: Omnis caro simili sibi
 20 sociatur. 4º, speciali dileccione. Cant. III.: Cipri cum nardo. Ciprus est arbor aromatica, significat virginem sanctam fidelem in martirio fragrantem. Nardus autem est herba humilis, et significat Christum humilem. Cipri ergo sunt cum nardo, id est virgines cum Christo semper in eius amore speciali. Unde in ce-
 25 lo duo signa, scilicet Leo et Virgo, iuxta se posita sunt ad innuendum, quod Christus, qui leo est, semper assistit virgini ipsam custodiendo et virgo Christo ipsum diligendo. Unde dicit vox virginis Cant. VI.: Ego dilecto meo et dilectus meus michi. Et licet esset magna dignitate generis, fuit tamen parvula humi-
 30 litate mentis, propter quod subditur: parvula est, scilicet humilitate. Unde et dixit insinuando humilitatem suam: Ancilla Christi sum, ideo me ostendo servilem personam. Et licet esset humilis, malum tamen non evasit superbientis, quia Quincianus fecit coartari. Ideo subditur: generosa sum. Modus passionis
 35 ipsius, cum dicitur: ubera non habet, quoniam Quinciano iubente fuerunt abscissa. Spiritualiter autem duo ubera sunt due affectiones, scilicet congratulacio in bonis proximorum et compassio in malis eorum, de quibus Ro. XII.: Gaudere cum gaudentibus. De ubere congratulacionis Sancta Anima fundit lac exortacionis, secundum Ber(nardum) (super) Cant. X.: Si bene proficientem cognoverit,

31 generosa: M generosus

3 non facias: Walther 17756 7 Cant. 8,8 12 Hebr. 2,14 13 Bern. serm. in cant. 2,6; PL 183,792B 15 Num. 27,3 18 Eccli. 27,10 19 Eccli. 13,20 20 Cant. 4,13 26 Cant. 6,2 29 Ancilla Christi sum: AASS febr. V. p. 615 34 Rom. 12,15 35 De ubere congratulacionis: Bern. serm. in cant. 10,3; PL 183,820D 36 Bern. serm. in cant. 10,2; PL 183,820B

aggreddtur salutaribus monitis, accendit amplius, utque in melius semper proficiat, exortatur. De ubere compassionis fundit | lac consolacionis, secundum Ber(nardum) ibidem: Si quem deprehenderit temptacione turbatum, condolet et mulcet, argumenta pietatis requirit, quibus erigat desolatum. Sed diabolus, pater Quinciani, ista ubera quoque evellit ab anima cultro invidie et duricie, ut de bono proximi doleat quasi non habens congratulacionem, de malo gaudeat tamquam non habens compassionem. Gregorius in Pastoralis: Invidi alieno profectu deficiunt, aliena exultacione et tabescunt. Tales dicuntur habere ubera arencia, Osee IX. Alius processus de eadem virgine: Fasciculus mirre etc., Cant. I^o. In his verbis loquens Sancta Agatha insinuat martirii sui causam, cum dicit: dilectus meus mihi, et martirii sui modum et formam, cum dicit: Inter ubera mea commorabitur. In martirio suo vehemenciam fecit multitudo passionum et amaritudo. Multitudo vero in fasciculo, qui continet multarum rerum alligaciones. Amaritudo vero in mirra, que ab amaritudine nomen accepit secundum Glosam. Nam passa est inhonestam tractacionem in capcione, fortem temptacionem in Affrodie perswasione, alaparum cesionem in percussione, aculei vexacionem in extensione, mamillarum precisionem in vulneracione, testarum volutacionem in carcere, ignium adustionem ex lampade. Causa martirii sui fuit Dominus Iesus Christus, quem designat nomine dilecti dicens: Fasciculus mirre, id est tota congeries passionum mearum, est mihi dilectus meus, id est amor dilecti. Unde quasi dicat: Passa sum propter dilectum meum. Et hoc fecit primo, ut eius exemplum fideliter servet, quoniam Christus passus est pro nobis, ut sequamur vestigia eius, I Pe. III. Secundo, ut ei passo vicem rependat. Ps.: Quid retribuam Domino etc. Calicem salutarem accipiam, id est passionem salutarem sustineam. 3^o, ut eius societatem in celo habeat, quia dicitur Ro. VIII.: Si conpatimur, et conregnabimus. Passio autem sua, que designatur per fasciculum mirre, collocata fuit inter ubera sua, quia maximam || amaritudinem habuit in precisione mamillarum suarum. Propter quod iuste dicitur: inter ubera mea commorabitur. Tunc ubera sua assimilata fuerunt botris, Cant. VII., quia cruentata fuerunt sagwine, sicut botri pleni sunt vini liquore. Sed qui fuit sibi causa amaritudinis, extitit causa consolacionis, quia cum intrasset carcerem post plagas et laceraciones orans migravit ad Dominum.

43. <DE SANCTA AGATHA> Sermo secundus

35 Liberasti virgam hereditatis tue Ps. LXXIII. Hoc potest dici et debet Domino Christo ex parte nostra in graciaram accionem, qui virgam suam, Beatam Agatham, puellam gracilem, teneram et delicatam, tamquam nobilem et genere spectabilem liberavit de manu Quinciani et patris sui, diaboli. Fuit autem hec

16 aculei: M oculi 18 ignium: M agnium 30 liquore: M liguore

2 De ubere compassionis: Bern. serm. in cant. 10,3; PL 183,820D 3 Bern. serm. in cant. 10,2; PL 183,820A 7 Greg. M. past. 3,10; PL 77,63B 9 Os. 9,14 9 Cant. 1,12 23 recte 1 Pt. 2,21 23 Ps. 115,12 25 Rom. 8,17 29 Cant. 7,7 35 Ps. 73,2

sancta puella primo, virga hereditatis, id est pertinens ad hereditatem, id est ad vitam eternam, sicut dicitur in presenti verbo. Et hoc per eternam electionem, quia immaculatus Dominus immaculatam sibi elegit famulam. Secundo, fuit virga virtutis. Ps.: Virgam virtutis tue. Et hoc per fortitudinem et invincibilitatem, quia tormentis flecti non potuit, cum mens eius esset solidata et in Christo fundata. Propter quod letissime ibat ad carcerem et in tormentis se delectari dicebat, sicut qui audit bonum nuncium aut videt, quem diu desideravit. 3º, fuit virga directionis. Ps.: Virga directionis virga regni tui. Et hoc per prudentiam et discretionem, quia falli non potuit per suggestiones Afrosie et filiarum eius, que per XXX dies instabant, ut mentem sanctam a bono proposito revocarent. 4º, fuit virga equitatis. Hebr. 1º: Virga equitatis virga regni tui. Et hoc per iusticiam et equitatem, quia dimissa de carcere noluit fugere, ne suas tribulationes custodibus suis daret, que sibi propter Deum debebantur. Absit, inquit, ut fugiam et coronam paciencie perdam et custodes meos tribulationibus tradam. Quinto, fuit virga amigdali. Nam ut dicitur Ier. 1º: Virgam | vigilantem ego video. Alia littera dicit virgam amigdali. Et hoc per temperanciam et virginitatem, quia fuit virgo florens ad modum amigdali ante alias arbores, hoc est assumens continenciam in puericia, quemadmodum ipsa dicit: Ego habeo mamillas integras intus in anima mea, quas ab infanzia Domino consecravi. Sexto, fuit virga fumi. Cant. III.: Ascendit per desertum sicut virgula fumi. Et hoc per compunctionem et continuam lacrimacionem, quia non cessabat flere ardentem siciens ad Deum, sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, et sicut sol sitit in ardore fluentis fontis, ita desiderabat ad martirii coronam pervenire. Hanc virgam liberavit Christus primo, a contaminatione corporalis corruptionis. Unde dicit ipsa: Domine, qui me creasti et tulisti a me amorem seculi, qui corpus meum a pollutione separasti. Iudith XIII.: Non permisit Dominus ancillam suam coquinari, sed sine pollutione peccati revocavit. 2º, liberavit ab afflictione penalis tormentacionis. Nam apparente sibi Petro apostolo ex iussu Christi, invenit se ex omni parte sanctam et mamillam suam suo pectori restitutam. Unde dicit vox ipsius Eccli. LI.: Liberasti me secundum multitudinem misericordie nominis tui. 3º, liberaturus est a resolutione finalis incineracionis. Isai. LXIII.: Ossa tua liberabit, scilicet in resurrectione. Liberatam vero posuit in hereditate transferendo ad vitam eternam, que est hereditas ipsius, in qua ponit, quos hic liberavit. Sed videndum sit, qualis sit illa hereditas, quibus debeatur et qui inde excludantur. De qualitate eius dico, quod est primo, situ alta. Exo. XV.: Introduces eos, et plantabis eos etc. 2º, specie clara. Ier. III.: Ponam te in filiis et tribuam tibi hereditatem preclaram. Ps.: Hereditas mea etc. 3º, duracione perpetua. 1ª Pe. IIº: Regeneravit nos in hereditatem incorruptibilem. Eccli. XXIII.: In hereditate Domini morabor. 4º, possidenti tutissima. Eccli. XXIII.: Hereditas mea super mel et favum, scilicet dulcis. Ps.: Mansueti || hereditabunt terram et delectabuntur).

19 virga: M virgo 24 corrupcionis: M corrupcione 33 hic: M *in marg.* 38 Regeneravit: M regnavit

4 Ps. 109,2 8 Ps. 44,7 9 falli non: cf. AASS febr. V. p. 615 11 Hebr. 1,8 13 Absit: AASS febr. V. p. 617 15 Ier. 1,11 18 Ego habeo: AASS febr. V. p. 616 20 Cant. 3,6
22 et sicut: cf. AASS febr. V. p. 615 25 Domine, qui: AASS febr. V. p. 618 26 Iudith 13,20
30 Eccli. 51,4 31 *recte* Is. 58,11 35 Ex. 15,17 36 Ier. 3,19 37 Ps. 15,6 37 *recte* 1 Pt. 1,3-4 38 Eccli. 24,11 39 Eccli. 24,27 40 Ps. 36,11

Quinto, grandi precio comparata, scilicet morte Christi. Hebre. IX.: Morte intercedente repromissionem accipiunt, qui vocati sunt, eterne hereditatis. Debetur vero ista hereditas primo, filialiter timentibus. Ps.: Dedisti hereditatem. Secundo, sinceriter continentibus. Ps.: Novit Dominus dies immaculorum. Actuum 5 XX.: Potens est dare hereditatem sanctificatis omnibus. 3^o, pacienter pauperibus. Iac. II.: Elegit pauperes in mundo heredes regni. 4^o, fortiter pugnantibus. Eccli. XLVI.: Fortis in bello Iesus Nave, ut consequeretur hereditatem Israel. 5^o, humiliter servientibus. Is. LIII.: Hec est hereditas servorum Dei. Excluduntur autem inde primo, perfidi per idolatriam. Iudith XI.: Heres in domo patris nostri esse non poteris, quia de adultera matre natus es, id est de perfidia gentili sive Iudaica. Secundo, immundi per luxuriam. Gal. III^o: Non erit heres filius ancille, id est homo carnaliter natus et carnaliter vivens. Ancilla enim est caro nostra. Salustius in Cathilinario: Animi imperio, corporis servicio magis utimur. Augustinus De ci(vitate) Dei: Corpus nostrum servus est. 3^o, cupidi per avariciam. Ephe. V^o: Omnis avarus non habet hereditatem in regno Christi. Quarto, elati per superbiam. Exemplum de Adam, qui quoniam superbivit contra Deum inobediendo, peccatum excusando, eiectus est de paradiso, Gen. III. Gaufridus: Celum ferre superbum non poterat. Hugo: Superbis angelis non fuit utile celum. Quinto, irretiti per quamlibet mortalem culpam. Nam pro crimine lese maiestatis mereretur quis amittere hereditatem. Est autem crimen lese maiestatis mortalis culpa contra Deum. Eccli. XL.: Filiorum peccatorum periet hereditas.

44. (DE SANCTA AGATHA) Sermo tercius

Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias, Cant. II^o. Christus Dominus sponsam suam Sanctam Agatham vocat in hiis verbis amicam propter conformitatem in gracia, et conparat lilio propter immunitatem a culpa. Sed quamvis esset Salvatoris amica et immunis a culpa, | fuit tamen inter malos 31b afflicta, quoniam sicut lilium nascitur inter spinas et pungitur a spinis, sic ipsa detinebat(ur) inter IX filias Afrosie, turpis mulieris, et pungebatur ab eis, que mentem sanctam pervertere modo letis modo tristibus laborabant. Sed sicut lilium naturalem colorem inter spinas non amittit, sed potius punctu odorem emittit, sic ipsa a bono divelli non potuit habens mentem in Christo solidatam, sed dicit, quod Maximus in sermone: Sacratissima virginitas usque ad sanguinis effusionem in suo gradu perseverat et inconcussa Christo semel oblata perdurat. Chrisostomus: Fforcior femina viris torquentibus invenitur, cum ignis aut cruces aut ferrum aut bestias patitur, ut coronetur. Sciendum autem, quod lilium habet sex folia in floribus suis, per que sex signantur illa, que valent ad con-

33 Maximus: M Maximianus

1 Hebr. 9,15 3 Ps. 60,6 4 Ps. 36,18 4 Act. 20,32 6 Iac. 2,5 7 Eccli. 46,1-2
8 Is. 54,17 9 recte Iud. 11,2 11 Gal. 4,30 13 Sall. Catil. 1,2 14 Aug. civ. 9,9; PL
41,264 15 Eph. 5,5 17 cf. Gaufr. Vinos. poetr. nova 1449-1450 18 Hugo s. Vict. - ubi?
21 recte Eccli. 41,9 24 Cant. 2,2 33 Max. Taur. serm. 56; PL 57,644C 35 Ioh. Chrys. -
ubi?

servacionem virginitatis designate per liliū. Quorum primum est sobrietas in victu. Unde dixit Sapiens: Sobrietas victus dat grata remedia luxus et Veneris. Paucis utere! luxur obit. Remigius super Marcianum: Sine Cerere et Baco friget Venus. Is. XLIII.: Esuriet et deficiet. Malcus monachus: De labore manuum vixi, et lasciviam carnis ieiuniis refrenavi. 2^m est caritas in affectu. Ieronimus ad Salvinam: Voluptatis ardor maiore Christi ardore restringitur. Augustinus in primam canonicam Iohannis: Quantum in te crescit amor, tantum in te crescit pulchritudo, quia ipsa caritas est anime pulchritudo, I^o Pe. I.: Animas vestras castificantes in obediencia caritatis. 3^m est laboriositas in opere. Unde Ovidius: Desidiam puer ille sequi solet, odit agentes, nocte fatigatum sompnus, non cura puelle excipit. Quantum est asperitas in veste. Quia enim Iohannes vestiebatur pilis camelorum, ideo nescivit labem nivei pudoris, id est non habuit maculam sue virginitatis. Ideo dicitur Ier. VI.: Virgo filia populi mei accingere cilicio || et conspergere cinere. Ber(nardus) in epistolis: Tu foris pannosa, intus preciosa splendes, sed divinis aspectibus, non humanis. Quintum est humilitas in mente. Quia thesaurus, virginitatis, inventus absconditur in agro, id est in humili animo, dicente Domino Mt. XIII. Ber(nardus) super Missus est: Humilitas commendat virginitatem. Ideoque non solum predicanda est virginitas, ut ametur, dicit Augustinus, sed eciam monenda est, ne infletur. Sextum est raritas in sermone. Ieronimus: Sit sermo virginis modestus et rarus, nec tam eloquencia preciosus quam pudore. Talis condicio commendatur in virgine Eccli. XXVI.: Datum Dei est mulier sensata, scilicet in discrecione, et tacita, scilicet in suspecta confabulatione. Primum folium florum liliū, quod est sobrietas, pungit et lacerat spina, que est ebrietas ducens ad luxuriam, ut patet in Loth, Gen. XIX. Unde gulositas nomen accepit, ut dicatur castrimargia, quasi mergens castitatem. Isidorus De summo bono: Libidinis ignes fomite ciborum excrescunt, et corpus, quod abstinencia non frangit, temptacio cruciat. Ideo prohibetur nobis excessus in vino. Ephe. V^o: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Secundum folium, quod est karitas, pungit et lacerat spina, que est cupiditas, quoniam, ut dicit Augustinus <in> libro LXXXIII questionum: Caritatis venenum est spes adipiscendorum aut retinendorum temporalium. Ideo volens Dominus caritatem radicare in nobis, excludit cupiditatem dicens Mt. XIX.: Si vis perfectus esse, Glosa: in dilectione Dei, vende omnia, que habes, et da pauperibus. Tercium folium, quod est humilitas, pungit et lacerat spina, que est fastuositas, quando scilicet superbitur de magnitudine muneris et contempnitur status condicionis inferioris in coniugatis. Ideo, sicut dicit Augustinus: Humilitatis sectatores esse conve-

31c

7 canonicam: M Cant. 7 in te: M vite 7 in te: M vite 8 vestras: M nostras 9 Ovidius: M *add. et del.* Ocia si tollas, periere cupidis artus. Qui finem queris amoris, res age, tutus eris 13 mei: M unde 14 intus: M inter 26 ignes: M ignis 26 fomite: M fomentis

2 sobrietas victus: Walther 29898 3 Remig. Ant. – ubi? – cf. Walther 29670 4 recte Is. 44,12 4 De labore: Hier. vita Malchi 3; PL 23,57 5 Hier. epist. 79,9; PL 22,731 6 Aug. in epist. Ioh. 9,9; PL 35,2051 8 1 Pt. 1,22 9 Ov. rem. 149 et 205–206 12 nescivit labem: AH 50,121 13 Ier. 6,26 14 Bern. epist. 113; PL 182,257D 17 Mt. 13,44 17 Bern. hom. super Missus est 1,5; PL 183,58D 19 Aug. virg. 1,1; PL 40,397 20 Hier. – ubi? 21 Eccli. 26,17–18 25 Isid. sent. 2,42,7; PL 83,648B 28 Eph. 5,18 29 Aug. divers. quaest. 36,1; PL 40,25 32 Mt. 19,21 36 Aug. virg. 33,33 et 31,31; PL 40,415 et 413

nit maximè eos, qui magno aliquo bono ceteris eminent, quale est virginitas, ne
superbia corrumpatur, que amplius amplioribus in- | sidiatur. Quartum folium, 31d
quod est laboriositas, pungit et lacerat spina, que est ociositas, que etiam est
via ad luxuriam. Eze. XVI.: Hec fuit iniquitas Sodome, saturitas panis et ocium
5 ipsius. Ovidius: Venus ocia amat: qui finem queris amoris, fac fugias monitis
ocia prima meis. Hec ut ames, faciunt. Accidit autem talis tepiditas et negli-
gencia laborandi in virgine ex illa consideracione, quod se invenit non graviter
peccasse, quapropter non curat in penitencia laborare, ut peccator. Quod fieri
10 non debere dicit Augustinus in libro De virginitate: Forte minus diligis, quia
minus tibi dimisit viventi pudice a puericia? Avertat Deus hanc amenciam! Imo
magis diligere debes eum, qui flagiciosus quecumque dimisit, in ea te cadere
non permisit. Deputate ergo vobis tamquam omnino dimissum, quicquid mali a
vobis illo regente non est commissum. Iuxta hoc Tren. I^o dicit Dominus cal-
casce torcular, scilicet crucis, virgini filie Sion, scilicet ipsum debeant imitari
15 in laboriositate penitencie. Quintum folium, quod est asperitas, pungit et lacerat
spina, que est preciositas. Ber(nardus) in epistolis: Filie Babilonis, quarum glo-
ria in confusione est, induuntur purpura et bysso, et subtus consciencia pannosa
iacet, fulgent monilibus et sordent moribus. Beda I^e Pe. III.: Si Petrus ammo-
net mulieres coercendas, que excusare possunt cultus suos per maritos, magis
20 id observare virginem fas est, cui nulla ornatus sui competit venia, nec deriva-
re potest culpam in alterum, sed sola ipsa remanet in crimine. Sextum folium,
quod est raritas in locutione, pungit et lacerat spina verborum. Prover. VII.:
Irretivit iuvenem multis sermonibus, quales sunt fugiende, I^a Tim. V.: Adole-
scenciores viduas devita, que circumeunt domos, verbose et ociose loquentes,
25 que non oportet.

45. KATHEDRA SANCTI PETRI

David sedens in cathedra sapientissimus inter tres, ipse est quasi tenerrimus
ligni vermiculus, qui octingentos interfecit || impetu uno, II Reg. XXIII. In hiis 32a
30 verbis designatur Beati Petri sublimacio in pastorem preeminenciam, quando
dicitur: David sedens, et quoniam datur eiusdem idoneitas ad gubernandum ec-
clesie familiam, quando dicitur: sapientissimus inter tres. Dico ergo, quod David
interpretatur manu fortis sive visu desiderabilis, et significat summum aposto-
lum, qui habuit fortitudinem manus in operando, pulchritudinem aspectus in
conversando. Qui sedit in cathedra, quando suscepit episcopatum in Anthiochia,
35 a quo facto presens festivitas nomen accepit, ut cathedra dicatur. Sed est cathe-
dra mala, de qua dicitur Mt. XXIII.: Super cathedram Moysi sederunt scri(be)
et pha(risei), qui erant indigni, quia dicebant et non faciebant. Et est cathedra
bona, de qua Psalmus: Exaltent eum in ecclesia etc. Et quidem omnis cathe-
dra, id est dignitas ecclesiastica in se bona est, quia non est potestas nisi a

4 Hec: M Hic 15 quod est: M corr. ex est quod

4 Ez. 16,49 5 Ov. rem. 143 et 136-137 9 Aug. virg. 40,41; PL 40,420 13 Lam. 1,15
16 Bern. epist. 113; PL 182,257D 22 Prov. 7,21 23 1 Tim. 5,11 et 13 28 2 Reg. 23,8
36 Mt. 23,2 38 Ps. 106,32

Deo, Ro. XIII., sed tamen aliqua cathedra dicitur mala, quando mali sedent in ea, quia non locus sanctificat hominem, sed homo locum. Et 2^m hoc invenitur quadruplex mala cathedra. Prima avaricie, que est cathedra Moysi, que terrena promittebat, ut patet Deutero. XI.: Servite Domino, et dabit vobis frumentum, vinum et oleum, ut comedatis et saturamini. Unde scribe et pharisei, qui sedebant super cathedram Moysi, dicuntur esse avari, Lu. XVI. Secunda superbie, que est diaboli, qui est superbus. Eze. XXVIII.: Elevatum est cor tuum et dixisti: Deus ego sum et in cathedra Dei sedi. Quem multi imitantur in fastu, de quibus dicitur Mt. XXIII.: Amant primas cathedras in sinagogis. Sed nobis, ut simus humiles, diabolo dissimiles, dicitur Eccli. VII.: Noli querere ducatum, neque a rege cathedram honoris. Tercia luxurie, que est cathedra pestilencie. Ps.: In cathedra pestilencie non sedit. Est autem pestilencia infirmitas pecudum proveniens ex pastu nocivo quasi pastulencia, et significat luxuriam, que provenit ex multo cibo. Ier. V.: Saturavi eos et mechati sunt. Quarta simonie, | que est 32b Simonis magi, de qua dicitur Mt. XXI.: Cathedras vendencium columbas evertit. Sed cathedra Petri habuit contrarias dispositiones a predictis cathedris, quia fuit immunis primo, a cupiditate, et ideo pecunie ponebantur ad pedes eius, non ad manus, Act. III^o. In argumentum despeccionis earum volve, inquit Arator, quid esse putas ruthili, quod pompa metalli ponitur ante pedes sacris non debita dextris destitui debere probant, quod tangere vitant calcandumque docent, quod subdunt calcibus aurum. 2^o, a voluptate, quia propriam uxorem dimisit propter Deum. Unde certum est, quod alienam non quesivit, sed potius etiam in aliis carnalitatem vehementer arguit et reprobavit dicens II Pe. II.: Novit Dominus iniquos in diem iudicii cruciandos reservare, magis autem eos, qui in concupiscencia immundicie post carnem ambulant. Tercio, a superbia, quia humilis fuit, quod patet II Pe. I., ubi vocat se servum Christi et comparat se sibi subditus, quibus erat maior dicens: Simon Petrus, servus Christi hiis, qui coequalem nobiscum sortiti sunt fidem. 4^o, ab avaricia spirituali, quoniam quod gratis accepit, gratis dedit, Mt. X^o. Et primum simoniacum Novi Testamenti gravi malediccione constrinxit dicens Act. VIII.: Pecunia tua tecum sit in perdicionem, quoniam donum Dei existimasti peccunia possideri. De idoneitate eius dico, quod tria faciunt prelatum sufficientem ad regendum animarum. Primo, sciencia in discussione causarum, quam habuit sanctus apostolus, quia fuit sapientissimus inter tres, scilicet illos, qui interfuerunt transfiguracioni Domini, Mt. XVII. De quo possumus intelligere, quod dicitur Nee. VII.: Ananias princeps domus Dei, vir verax et timens Deum plus ceteris videbatur. Secundo, audacia in ulcione culparum, quam etiam habuit sanctus apostolus, quia fuit quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui tangenti est mollissimus et ideo dicitur tenerrimus, tactu autem durissimus, ideo dicitur ligni vermiculus, quia durum lignum terebrat, unde et 40 nomen accepit, ut dicatur || teredo a terendo, quemadmodum dixit quidam Sapiens: Nascitur ex ligno, lignum vorat atque terredo. Atque terrendo sonat, quia 32c

10 VII.: M *corr. ex* XVII. 23 dicens II Pe. II.: M *corr. ex* II Pe. II. dicens 28 spirituali: M *in marg.*

1 Rom. 13,1 4 Deut. 11,13–15 6 Lc. 16,14 7 Ez. 28,2 9 Mt. 23,6 10 Eccli. 7,4 11 Ps. 1,1 14 Ier. 5,7 15 Mt. 21,12 18 Act. 4,35 18 Arator act. 1,405–408; PL 68,130–131A 23 2 Pt. 2,9–10 26 2 Pt. 1,1 29 Mt. 10,8 30 Act. 8,20 34 Mt. 17,1–2 35 recte 2 Esdr. 7,2 41 Nascitur ex – *quis et ubi?*

terens ea vastat. Sic Petrus durissimus fuit tangendo Ananiam et Saphiram, quos verbo duro tradidit in mortem, ut discant non mentiri Spiritui Sancto, Act. V^o. Tangenti vero Paulo fuit mollissimus, quia pacienter sustinuit reprehensionem eius de iudaizatione, Gal. II^o. Estque inde argumentum, quod superiores interdum possunt reprehendi cum reverencia et ex causa. Unde Tullius in secunda Rethorica: Licencia est, cum apud eos, quos metuere debemus, aliquid tamen pro iure nostro dicimus, quod eos minime offendat, vel cum in aliquo errore deprehendi posse videntur. 3^o, efficacia in erudicione doctrinarum, quod etiam fuit in hoc apostolo, quia impetu uno, id est fervore non discontinuato, interfecit, scilicet vitam carnalem extingwendo in eis, octingentos, id est multos. Finitum enim ponitur pro infinito, ut regnabunt cum Christo mille annis, id est infinitis, Apo. XX. Interfecit autem gladio spiritus, quod est verbum Dei, Ephe. VI^o. De quo gladio dicitur sancto predicatori I Mach. XV.: Accipe sanctum gladium munus a Deo, in quo deicies adversarios populi mei, quod verbum sanctum Dei det habundanter Verbum, Christus.

46. DE SANCTO MATHIA APOSTOLO Sermo primus

Luminare, quod minuitur in consummacione, Eccli. XLIII. Sanctus vir et sapiens ad laudem Creatoris enarrat naturas et proprietates creaturarum, et inter alia de Luna dicit, quod ipsa est luminare, quod minuitur in consummacione, quoniam ipsius consummacio per accensionem ab inferiori parte sui ex aspectu Solis, quando est in gradu XV^o diametraliter opposita Soli, cum eiusdem minoracio per obscuracionem in superiori parte propter direccionem umbre sue in illam partem. Quanto enim radius Solis descendit in corpore Lune, tanto umbra eiusdem Lune ascendit in corpore suo proprio. Mistice autem per Lunam figuratur ecclesia, in qua, sicut ex verbis istis apparet, relucet divinum beneficium et exercetur divinum iudicium. Refulgencia divini beneficii ostenditur ex hoc, quod ipsa dicitur | esse luminare, id est vas luminis receptivum secundum Damascenum. Recipit enim lumen a Sole et continet ad modum vasis. Unde dicit Glosa super presenti verbo: Luna non habet nativum splendorem, sed a Sole accipit. Quod etiam manifestat eclipsis eius, quoniam ut dicit Damascenus II. libro: Cum facta fuerit XV. et inventa fuerit ex adverso, Sol quidem sub terra, Luna autem super terram, incurrit in eam conus umbre terre et inde nigrescit, cum a radio Solis tangi non possit. Unde Macrobius super sompnium Scipionis distingwit tria genera corporum luminosorum. Unum, quod tantum dat lumen et non recipit ut Sol, alterum, quod tantum recipit et non dat ut terra, 3^m, quod recipit et dat ut Luna. Recipit enim a Sole et dat inferioribus. Sic ecclesia accipit gratiam a Christo, atque ideo convenienter comparatur luminari, quod est vas

32d

14 populi: M *add. et del.* unum 14 mei, quod ... Christus: M *al. man.*

2 Act. 5,1-5 4 Gal. 2,14 5 Rhet. Her. 4,36,48 12 Apoc. 20,4 12 Eph. 6,17 13 *recte*
2 Mach. 15,16 18 Eccli. 43,7 29 Ioh. Damasc. - *ubi?* 31 Ioh. Damasc. *fid. orth.* 2,7; *cf.*
PG 94,895 34 Macr. - *ubi?*

luminis contentivum. Cuius rei veritatem aperiens Christus dicit Eccli. XXIII.: Ego feci in celis, id est in ecclesia, ut oriretur lumen indeficiens, scilicet fidei et aliarum virtutum. Itaque manifestum est ex hiis, qualiter in ecclesia relucet divinum beneficium. Exercetur eciam in ea divinum iudicium, quoniam ipsa
 5 minuitur in consummacione, scilicet per reprobacionem unius et eleccionem alterius, ut patet in presenti de Iuda et Mathia, quorum alter reprobatus est pro crimine perdicionis, in quo ecclesia est minorata, quia remansit in undenario numero apostolorum suorum, alter vero assumptus est in officium predicacionis, in quo ecclesia iterum est consummata, quia annumeratus est duodecimus cum undecim apostolis. Proinde in hac auctoritate tangitur materia hodiernae epistole, in
 10 qua agitur de Iude reprobacione et Mathie substitutione. De Iuda tria manifestat ista epistola, scilicet bonum, quod amisit, et malum, quod incurrit, et causam, qua utrumque promeruit. Amisit enim apostolicam dignitatem. Et hoc ostendit, cum dicit: episcopatum eius accipiat alter. Et impletum est in eo, quod dicitur Is. XXII.: De ministerio tuo deponam te. Acquisivit vero inferni vilitatem. Et hoc ostendit, cum dicit: prevaricatus est, ut abiret in locum suum, Glosa: in infernum. Et impletum est in eo, quod dicitur Lucas XVI.: Mortuus est dives, id est Iudas, qui volebat dives fieri de precio Christi, et sepultus est in infernum secundum illud: Alta relinquens || sidera, Tarthareum descendit adusque profundum.
 20 Causa vero, qua utrumque promeruit, una fuit dolus prodicionis, quia fuit dux eorum, qui comprehenderunt Iesum. Mt. XII.: Abiit ad sacerdotes, ut proderet eum illis. Alia estus adquisicionis, quia possedit agrum de mercede iniquitatis, id est precium, quo postea ager emptus fuit. Zach. XI.: Apenderunt mercedem meam, scilicet Iude proditori. Tercia, fastus desperacionis, quia abiens laqueo se suspendit, Mt. XXVII. Augustinus: Quamvis peccatum suum mala consciencia nunciare cogeret dicens: peccavi tradens sagwinem iustum, facilius tamen currit ad laqueum, quam humilitate veniam peteret, et nodatis faucibus angens infelicem animam laqueo suspendit ab alto, tunc vir apostolicus vilis apostata factus. Eleccio vero Sancti Mathie redditur commendabilis ex illis tribus, qui
 30 solent esse in canonicis eleccionibus. Primo, oracio ad Deum. Dominus enim quando discipulos elegit, primo oravit. Lu. VI.: Erat pernoctans in oracione Dei. Et, cum dies factus esset, vocavit discipulos suos et elegit XII ex ipsis. Sic eciam est in hac eleccione, quia apostoli orantes dixerunt Domino: Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris unum ex hiis duobus. 2º, convocacio
 35 fratrum, quia in consecracione Aaron omnis turba congregata fuit ad hostium tabernaculi, Levi. VIII., et in confirmacione eiusdem posita fuit virga de qualibet tribu, Numeri XVII. Quod eciam nunc observatum est, quia surgens Petrus in medio fratrum, qui erant fere CXX, dixit: oportet etc. 3º, idoneitas persone. III Reg. XIX.: Videte, quem elegit Dominus, quod non sit similis illi in omni
 40 populo. Et hoc eciam fuit in hac eleccione, quia tam bonus erat, quot divinitus prelatus est illi, qui ab omnibus equalis reputatus est sibi, scilicet Ioseph, quia

33a

16 ostendit: M *add.* quod 17 dives: M *corr.* ex dies 26 nunciare: M nunciate 35 omnis: M omnia

1 Eccli. 24,6 10 Hodierna epistola: Act. 1,15–26 14 Is. 22,19 17 Lc. 16,22 19 Alta relinquens: Sedul. carn. pasch. 5,136–137; PL 19,719A 21 *recte* Mc. 14,10 23 Zach. 11,12 25 Mt. 27,5 25 Aug. – *ubi?* 31 Lc. 6,12–13 36 Lev. 8,3–4 39 *recte* 1 Reg. 10,24

per excellenciam singulariter appellatus est iustus. Signum autem eleccionis sue fuit sors. Est autem sors uno modo beneficium divine eleccionis ad aliquod officium, et sic sors communis | est bonis et malis. Dicit enim Veritas Io. VI.: Ego XII vos elegi et unus ex vobis diabolus est. Loco cuius nunc Mathias est substitutus, cuius facti figura precessit Le. XVI.: Statue duos ircos et mitte sortem super utrumque. Duo irci sunt duo discipuli, Mathias et Ioseph. Ircus, super quem cecidit sors, est Mathias, qui missus est in desertum huius mundi ad predicandum. Alio modo sors dicitur premium glorie celestis, et sic est communis tantum bonis, quorum vox est Col. I.: Dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Sap. III.: Dabitur ei sors in templo Domini. Sap. V^o: Inter sanctos sors illorum est. 3^o, supplicium eterne reprobacionis, et sic est communis tantum malis, de quibus dicuntur iusti Is. XVII.: Hec est sors diripiencium nos, Glosa: eternus interitus. Is. XXIII.: Ipse misit eis sortem, ad mensuram secundum quantitatem peccati.

33b

47. <DE SANCTO MATHIA APOSTOLO>
Sermo secundus

Tollite iugum meum super vos, Mt. XI. Sicut magni domini solent vestes suas preciosas dare suis familiaribus in argumentum specialis dileccionis, ita iugum obediencie, quod ipse prius portavit, inponit suis filiis, id est nobis dicens: Tollite etc. Et primo, dat preceptum ad tollendum, cum dicit: Tollite etc. Est autem iugum, secundum Glosam, ewangelium Christi, quod Iudeos et gentes in una fide coniunxit, sicut unum iugum duos boves in unum connectit, ut scilicet sit concordia cordium in Christianis tamquam in una re unitis illo modo, sicut dicitur Act. III^o: Multitudinis credencium erat cor unum. Preterea per hoc, quod dicit: Tollite super vos, ostendit, quod in nobis debet esse honor et reverencia ad ipsa precepta, secundum dictum Glose: Iugum in honore habete. Super vos, non subtus, ut contempnatis, quia dicit Dominus I Reg. II.: Qui contempnunt me, erunt ignobiles. Tollendum est autem iugum Christi primo, quia debitum. Qui enim mittit boves, exigit ab eis utilitates. Eccli. VII.: Peccora tibi sunt? Attende illis, et, si sunt utilia, perseverent apud te. Sic et nos, cum accipiamus a Deo nostro victum et vestitum, debemus || ei inpendere servitum portando sum iugo potencie tue. Secundo, quia honestum. Nam qui sunt sine iugo, dicuntur filii Belial, id est diaboli, de quibus dicitur Osee VII.: Quia reversi sunt, ut essent absque iugo. Ier. V^o: Confregerunt iugum, ruperunt vincula. Et turpe est nobis, ut dicamur ex fornicacione nati non habentes unum patrem Deum, cuius excussimus iugum. 3^o, quia commodum. Tren. III.: Bonum est viro, cum portaverit iugum Domini. Quia post vires consumptas in servicio Christi permittitur ad

33c

29 boves: M *corr. ex oves* 34 reversi: M *conversi*

3 Io. 6,71 5 Lev. 16,7-8 9 Col. 1,12 10 Sap. 3,14 10 Sap. 5,5 12 Is. 17,14
13 *recte* Is. 34,17 17 Mt. 11,29 24 Act. 4,32 27 1 Reg. 2,30 29 Eccli. 7,24
32 Iudith 5,24 34 Os. 7,16 35 Ier. 5,5 37 Lam. 3,27

- pascua viriditas paradisi, iuxta illud Eze. XXXIII.: Ibi pascentur in herbis virentibus. Tunc erit tempus excuciendi iugum de collo nostro, Gen. XXVII. Dicendo autem: iugum meum, innuit esse et aliud iugum, quod non est suum, sed diaboli, quod est onus peccati, de quo dicitur Osee XII.: Ero extollens iugum super
- 5 maxillas eorum, hoc est imponens onus peccati erroris et carnalitatis super intellectum et affectum eorum. Quod facit Deus, cum permittit facere diabolus. Istud iugum portare est malum, quia post vires consumptas in labore peccati iugulatur portans in pena inferni, ut fetus bos, qui durum cultris tenue ac miserabiliter collum prebet ab ingrato iam fastiditus aratro. Et hoc est, quod dicitur
- 10 Osee XII.: Iugum inponetur eis, id est pena inferni, quod nunquam auferetur. Et tunc collum durum, id est cor obstinatum, curvat iugum, Eccli. XXIII. Secundo, docet modum tollendi, cum dicit: Discite a me etc., quasi in observandis meis preceptis sitis humiles mentibus, mites moribus, sicut ego sum. Humiles, ut neminem contempnatis, mites, ut nullum ledatis. Et est hic notandum, quod
- 15 humilitas est specialis leccio Christi, que non potest ab alio disci. Unde Augustinus De virgin(itat)e: Dominus magisterque mortalium non dixit: Discite a me mundum fabricare, mortuum suscitare, | sed quia mitis sum et humilis corde. Ita magnum est esse parvum, ut nisi ab eo, qui tam magnus est, disci omnino non potest. De hac lectione dicit Christus Is. XLVIII.: Ego Dominus docens te utilia.
- 20 Quoniam humilitas multas habet utilitates. Et valet primo, ad gloriam exaltationis Lu. XVIII.: Qui se humiliat. I Pe. V.: Humiliamini sub potenti manu Dei, ut vos exaltet. Ps.: Tibi dabo terram Chanaan. Ibi dicit Glosa: Cur celestis hereditas dicatur terra Chanaan, nomen eius aperit, interpretatur enim Chanaan humilis, quia in eam nemo intrat, nisi humilis. Gregorius in Pasto(rali): Quid humilitate
- 25 sublimius, que dum se in ima deprimat, actori suo manenti super summa coniungit? Secundo, ad victoriam persecucionis. Ps.: Precinxisti me virtute, Glosa: id est humilitate, quia superbia fragilis est. Omnis autem fortitudo de humilitate est. Augustinus super Psalmum „Benedictus Dominus Deus meus”: Sicut Davit parvus superbum Goliath superavit, ita Christus diabolus, humilitas superbiam.
- 30 3^o, ad influenciam consolacionis. II Cor. VII.: Qui consolatur humiles, consolatus est et nos. Judith VIII.: Expectemus humiles consolaciones eius. 4^o, ad misericordiam remissionis. Sap. VI.: Exiguo, id est humili, conceditur misericordia, scilicet parcens in penis, potentes vero, id est superbi, potenter tormenta
- 35 patientur, id est cum potentia priventur. Quinto, ad gratiam iustificationis. Lu. XVIII.: Publicanus a longe stans descendit iustificatus in domum suam. I Petri V^o: Humilibus dat gratiam. Sexto, ad sapienciam cognicionis. Prover. XI.: Ubi fuerit humilitas, ibi erit sapiencia. Lu. X.: Sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius. Glosa: Quanto humilior sedit, tanto altius aufertur. Tolomeus in Almagesti: Qui inter sapientes humilior est, sapiencior existit, sicut locus profundior plus habundat aquis aliis lacunis. 3^o, assecurat de possibilitate tollendi, cum dicit: iugum enim || meum suave est. Sed quomodo est leve, cum dicatur

33d

34a

1 recte Ez. 34,14 2 cf. Gen. 27,40 4 recte Os. 11,4 10 recte Os. 11,7 11 recte Eccli. 33,27 16 Aug. virg. 35,35; PL 40,416 19 Is. 48,17 21 Lc. 18,14 21 1 Pt. 5,6
22 Ps. 104,11 24 Greg. M. past. 3,17; PL 77,78C 26 Ps. 17,40 28 Aug. in psalm. 33,4;
PL 36,302 30 2 Cor. 7,6 31 Iudith 8,20 32 Sap. 6,7 34 Lc. 18,13–14 35 1 Pt. 5,5
36 Prov. 11,2 37 Lc. 10,39 38 Ptolem. Almagest – ubi?

Mt. VII.: Arta est via, que ducit ad vitam. Et est dicendum, quod in veritate in se sive materialiter gravia sunt et respectu nature infirme et lapse, sed formaliter et finaliter, id est habenti caritatem et consideranti premium levia sunt. Unde dico, quod iugum Christi leve sit primo, dulcoracione sancti amoris. Unde dicit hic Glosa: Honus leve non detrectantibus, sed dilatato corde currentibus. Ps.: Viam mandatorum tuorum cucurri. Ber(nardus) in epistolis: Servite in caritate, que laborem non sentit. 2º, ratione longe consuetudinis. Quod enim consuescimus, facilius facimus. Beda et Glosa: Angusta hec via, quia non nisi angusto inicio inchoatur. In Istoria tripartita li(bro) 1º: Bona vita suavis fit ipsa consuetudine, licet autem fuerit difficilis. 3º, natura ipsius virtutis, que delectat eciam si nichil inde consequamur. Ad Damasum: Qui diligit, non ideo imperata custodit, quia aut timore penarum aut premii aviditate compellitur, sed quia hoc ipsum, quod precipitur a Deo, est optimum. Ovidius: Mercede caret, per seque petenda est virtus externis incomitata bonis. Ber(nardus) in epistolis: Caritas meritum non intuetur, premium non requirit, intelligendum est temporale. Ffacit enim liberaliter hominem servire Deo, sicut filium patri. Chrisostomus in libro De conpunctione: Si scires, quam bonum sit placere Deo, nunquam aliunde aliquid extrinsecus mercedis exspectares. Sed premium eternum bene requirit Psalmus: Inclinavi cor meum ad fac(iendam) ius(ticiam) etc. Quarto, consensu legis naturalis, quoniam ad talia ipsa natura consentit. Unde Beda: Probabilem fieri abstinere a malo, bonum velle, amare omnes, eterna sequi, presentibus non capi velle. Aliter facere, quod pati non vis, docet ipsa natura. Tullius (in) libro De officiis: Natura est lex divina et humana, cui parere qui voluerit, nunquam committet, ut alienum appetat. Etenim multo magis est secundum naturam iusticia, liberalitas quam divicie, quam vita. Quinto, promittudinem bone voluntatis. Gaufridus in Poetria: Facti gravitas cuicunque volenti est | levis, et levitas animo cuicunque rebelli est gravis. Ergo velis, et erit leve nulla vereri. Sexto, beneficio Christi adjuvantis. Phi. IIII.: Omnia possum in eo, qui me confortat. Dubitatur autem ratione istius dicti: Honus meum leve est, que lex fuerit gravior, scilicet vetus vel nova? Et est dicendum, quod si fiat comparacio duarum legum ratione promissionum alliciencium et ratione sacramentorum iuvancium et ratione donorum expediencium et ratione exemplorum movencium, levior est nova lex. Hic enim sunt promissa eterna, ibi temporalia, hic sacramenta plena, ibi vacua, hic donum amoris, ibi timoris, hic exemplum Dei et hominis, ibi tantum hominis. Et in hac consideratione dictum est I Io. Vº: Mandata eius gravia non sunt, quia non premunt honere ponderum, sed sublevant vice pennarum, et cui videntur gravia, sciatur se non accepisse donum, quo gravia non sunt, ut dicit Augustinus De perfeccione iusticie. Se vero fiat comparacio legum respectu preceptorum obligancium, sic gravior est vetus propter multitudinem iudicialium et cerimonialium, que erant inposita inpie multitudini. Et in hac consideraci-

34b

1 dicendum: M iter. et corr. 2 gravia sunt: M gravis sit 20 natura: M in marg. corr. ex nulla 22 velle: M nolle 22 Aliter: M alii 40 inpie: M in pariete ?

1 Mt. 7,14 5 Ps. 118,32 6 Bern. epist. 143,3; PL 182,300A 8 Beda Ven. – ubi? 9 Cassiod. – ubi? 11 Hier. epist. 21,14; PL 22,386 13 Ov. Pont. 2,3,35–36 14 Bern. epist. 143,3; PL 182,300A 16 Ioh. Chrys. compunct. 2; cf. PG 47,420 19 Ps. 118,112 20 Beda Ven. – ubi? 22 Cic. off. 3,23 et 24 26 Gaufr. Vinos. poetr. nova 321–323 28 Phil. 4,13 35 I Io. 5,3 38 Aug. perf. iust. 10,21; PL 44,302

one dictum est Act. XV.: Hoc est honus, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus; et quod manus Moysi erant graves. Exo. XVII. Gregorius: Mandata legis, dum litteraliter tenerentur, portari non poterant. Quarto, spondet premia tollentibus, cum dicit: Invenietis requiem animabus vestris. Congrue
 5 autem quies sequitur post laborem, sicut cibus post esuriem. Levi. XXIII.: Sex diebus facietis opus, septimus sabbathi requies est, Glosa: precedunt dies operabiles et sequitur requies, quia qui bona opera fecerit, requiem consequetur. Ad quam nos perducatur in futuro inpositor iugi in presenti Dominus Iesus Christus.

48. (DE SANCTO MATHIA APOSTOLO)

Sermo tercius

10

Beatus, quem elegisti et assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis (Ps. LXIV.). Unusquisque hoc beatificat in alio, quod habere desiderat in semetipso, ut infirmus sanitatem, pauper opes, miser beatitudinem. Et quia sanctus propheta beatitudinem desiderabat, ideo beatitudinem in electo Dei commendabat dicens:
 15 || Beatus, quem elegisti. Est autem beatus sanctus apostolus, quem Dominus 34c primo, elegit per gratiam predestinacionis in numerum salvandorum. Secundo, assumpsit per signum sortis in consorcium apostolorum. 3º, inhabitare fecit per gloriam beatitudinis in sortem angelorum. Ipse est ergo electus per predestinacionem, assumptus ad predicacionem, inhabitatus per salvacionem. Atria enim
 20 hic dicuntur superiores celi, ut empireum, quod est habitaculum sanctorum, de quo dicitur in Psalmo: Concupiscit et deficit anima mea in atria Domini, que dicuntur atria respectu celi spiritualis, quod est excellencia Trinitatis, de quo dicitur Is. XIII.: In celum conscendam, id est ad equalitatem Dei perveniam. Sed videndum est, quos eligit Dominus et quos non. Ad primum dico, quod eligit primo, mundos in affectibus. Mt. XII.: Ecce puer meus electus, quem elegi.
 25 I Macha. III.: Elegit sacerdotes sine macula. Numeri XVI.: Sanctos applicabit sibi, et quos elegerit, appropinquabunt sibi. Secundo, mansuetos in moribus. Eccli. XLV.: In fide et lenitate ipsius sanctum fecit illum et elegit eum ex omni carne. Hoc dictum est de Moyse, qui fuit mitissimus homo super terram,
 30 Numeri XII. 3º, pauperes in possessionibus. Iac. Vº: Deus elegit pauperes in mundo, Is. XLIII.: Elegi te in camino paupertatis. Quarto, humiles in mentibus. Iª Cor. Iº: Ignobilia mundi elegit Deus et contemptibilia. Ad secundum dico, quod non eligit primo, elatos. Baruc III.: Ibi fuerunt gigantes nominati statura magna, non hos elegit Dominus Iº Reg. XVI.: Ne respicias altitudinem stature
 35 eius, quoniam abiecti eum. 2º, avaros, Ps.: Tribum Effrem non elegit. Effrem interpretatur crescens vel sterilis, significat avaros, qui crescunt divitiis et steriles fiunt in elemosinis, quorum vox est Ecclesiastici XI.: Manducabo de bonis meis

15 sanctus: M *suprascr.* 27 appropinquabunt: M approbinquabunt 31 camino: M comino
 32 elegit: M *add. et del.* et 34 hos: M vos

1 Act. 15,10 2 Ex. 17,12 2 Greg. M. – ubi? 5 Lev. 23,3 11 Ps. 64,5 21 Ps. 83,3
 23 Is. 14,13 25 Mt. 12,18 26 1 Mach. 4,42 26 Num. 16,5 28 Eccli. 45,4 30 Num.
 12,3 30 *recte* Iac. 2,5 31 *recte* Is. 48,10 32 1 Cor. 1,28 33 Bar. 3,26–27 34 1 Reg.
 16,7 35 Ps. 77,67 37 Eccli. 11,19

solus. 3^o, immundos. Levi. XXI.: Qui habet maculam, non accedat ad altare et non contaminet sanctuarium meum. Quarto, verbosos. I Reg. XVI.: Adduxit Isai coram Samuele Aminadab, qui dixit: Non hunc eligit Dominus. Aminadab interpretatur populus meus urbanus, significat homines trufaticos, derisores, effusos
 5 in verbis, de quibus dicitur Prover. XI.: Os fatuorum ebullit | stulticiam. Ta- 34d
 les non eliguntur, quia scriptum est: Vir ligwosus non dirigitur in terra, scilicet vivencium. Quod a nobis avertat elector bonorum, Iesus Christus.

49. DE SANCTO GREGORIO Sermo primus

10 Simon Onie filius sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, Eccli. L. Gregorius XVIII. Moraliū: Ego ex me aliquid nescio, sed quitquid de veritate scio, hoc eiusdem Veritatis largitate comprehendo. Ideo ipsa Veritas oranda est, ut doceat dicentem et audientem. Simon Onie filius etc. Sanctus Gregorius summus sacerdos et vere pontifex commendatur in hiis verbis, primo, a nomine
 15 appellacionis, 2^o, a genere filiacionis, 3^o, ab officio ministracionis, 4^o, a beneficio subvencionis. Nomen insinuat devotam ipsius pietatem, quia dicitur vocari Simon, quod interpretatur audicio meroris. Audivit autem ipse duplicem merorem, scilicet proprie mentis plangentis in penitencia, quoniam meror, quem cottidie paciebatur, semper sibi per usum vetus erat et per augmentum novus,
 20 ut dicit in libris Dialogorum. Et aliene necessitatis, quem audivit eciam dupliciter, scilicet affectu compassionis interius iuxta illud Iob XXX.: Flebam super eo, qui afflictus erat et compaciebatur anima mea pauperi. Nichil enim tam commendat Christianam animam quam misericordia in pauperes, dicit (Am)brosius in libro De officiis, ut conformem, inquit, tuum adiuves, et post nature communes iudices ad usum omnibus generat fructus terrarum. Beatus plane, de
 25 cuius domo nunquam vacuo sinu pauper exivit. In die iudicii habebit salutem a Domino, quem habebit debitorem sue misericordie. Et effectū exhibicionis exterioris, quia defunctis parentibus facultates suas pauperibus distribuens religionem introivit, et septem abbacias de proprio edificavit, et qui ante serico vestiri solebat et gemmis, post in vili habitu pauperibus ministrabat, cottidie ad mensam
 30 suam peregrinos quoslibet invitabat, omnibus pauperibus frumentum, caseum et similia dividebat, tribus milibus ancillis Dei octoginta aurei libras annuatim dabat, infirmis per omnes vicos stipendia mittebat, verecundioribus de mensa sua scutellas dirigebat, Ierosolimis et in monte Sinai famulis Dei || victum et
 35 vestitum cottidianum animanti copiose mittebat. Ipse enim sanctus dixit, quod laicus unum suscipiens vel duos, hospitalitatis officium implevit, episcopus nisi 35a

7 elector: M electorum 19 vetus: M verus 25 iudices: M add. in 26 a: M corr. ex in
 34 et: M add. et del. amictum 36 hospitalitatis: M add. et del. hospiciū

1 Lev. 21,23 2 I Reg. 16,8 5 recte Prov. 15,2 10 Eccli. 50,1 11 Greg. M.
 moral. 18,11,18; PL 76,48A 20 cf. Greg. M. dial. 1. prooem.; PL 77,149C 21 Iob 30,25
 23 Ambr. off. 1,11,38-39; PL 16,38,B et C 28 defunctis parentibus et sequ.: Vita s. Gregorii
 Magni passim - cf. PL 75,95 et 97 35 Ipse enim: Greg. M. - ubi?

omnes receperit, inhumanus est. Nam inter laici et episcopi iusticiam hoc interest, quod laicus potest appellari iustus in paucis, episcopus vero in tot exercere iusticiam debet, quot et subditos habet. Filiatio demonstrat claram ipsius sanctitatem, quia dicitur fuisse Onie filius, quod interpretatur murmure motus, vel musitatione vero oracionis silet ab ira sua. Cuius filius Gregorius fuit per gratiam adopcionis, cuiusmodi filiatio initium habet in baptismo. I^a Pe. I^o: Renati non ex semine corruptibili, id est patris carnalis, sed incorruptibili, id est gratia baptismi, que est principium spiritualis generacionis. Confirmacionem enim sortitur ex opere. II Pe. I^o: Per bona opera certam vestram vocacionem faciat. Sed confirmatur in premii percepcione, quando baptizati computantur inter filios Dei, Sap. V. Lu. XVIII.: Filii sunt Dei, cum sint filii resurrectionis. Ministratio notificat magnam ipsius dignitatem, quia fuit sacerdos magnus, utpote apostolicus. Fuit autem magnus tripliciter 2^m triplicem dimensionem solidi corporis, scilicet secundum altitudinem in contemplacione, cuius animo labencia cuncta subter erant, qui rebus omnibus eminebat, qui tantum celestia cogitabat, quia carnis claustra contemplacione transibat, qui mortem, que cunctis pena est, ut ingressum vite amabat, ipso de se testante in Dialogo. Secundum profunditatem in humilitate, qui cum tantus esset, fuit indignum se reputans ad pontificatum propter humilitatem. Et quia palam portam urbis egredi non poterat, inclusus in dolio sub reputacione vini exivit et in quibusdam cavernis latuit, ubi indicio columpne fulgide super se de celo descendens invenitur, trahitur et consecratur, qui primus omnium in principio epistolarum suarum servum servorum Dei | se scribi diffinivit, qui tractatus suos in comparacione tractatum aliorum furfur nominavit, et libros suos, quamdiu vixit, legi prohibuit. Secundum latitudinem in caritate, quam tantam habuit ad Deum et Deus ad ipsum, quod Spiritus Sanctus in specie columbe frequentissime sedit in capite eius, et ea, que scribebat in libris, inspirabat auribus suis. Subvencio manifestat maximam ipsius utilitatem, quoniam in vita sua suffulsit domum. Domus est ecclesia. I Tim. III.: Scias, qualiter (oporteat) te conversari in domo Dei, que est ecclesia. Que habet incrementum edificacionis, detrimentum destruccionis, fulcimentum resarcionis. Primum fecerunt Christi et suorum martiria, qui hedificaverunt ecclesiam, de quibus dicitur: Isti viventes in carne plantaverunt ecclesiam sagwine suo. Secundum facit populi et rectorum incuria. II Paral. XXIII.: Athalia, id est prelatus mollis et femineus in seipso, inpiissima, in sibi commissos, et filii eius, subditi indevoti, destruxerunt domum Domini. Tercium fecit Gregorii et sibi similium diligencia. II Paral. XXIII.: Egerunt hii, qui operabantur in edificio domus industrie et obducebatur parietum cicatrix per manus eorum. Ipse enim ad honorem Dei ordinavit clerum in choro canencium, ut certum ordinem quisque teneret, moderatus est cantum faciendo graduale et nocturnale, decoravit officium per collectas prosas prephaciones et persimilia, compilavit decretum, qualiter esset vivendum unicuique.

33 Secundum: M secundo

6 1 Pt. 1,23 9 2 Pt. 1,10 11 Sap. 5,5 11 recte Lc. 20,36 17 ipso de: Greg. M. dial. 1. proem.; PL 77,152A 29 1 Tim. 3,15 33 2 Par. 24,7 36 2 Par. 24,13

50. DE SANCTO GREGORIO
(Sermo) secundus

Lingwa eucharis in bono homine habundabit, Eccli. VI. Ex hiis verbis laudatur in Sancto Gregorio prestantissima gracia bene docendi, quia habuit liguam
5 graciosam, et excellentissimus modus bene vivendi, quia fuit bonus homo. Dico ergo ad gloriam beatissimi doctoris, quod habuit ligwam multipliciter gloriose dotatam. Et primo quidem, habuit liguam graciosam propter eloquii suavita-
tem, sicut nunc dicitur: ligua eucharis, Glosa: bone gracie, vel graciosam ab eu, quod est bonum, et charis || quod est gracia, in bono homine, id est sancto 35c
10 pontifice, habundavit. Ipse est enim, sub cuius ligwa fuit mel suavitatis et lac puritatis, quoniam habuit verba dulcia et virida, Cant. IIII. De quo potest intelligi, quod dicitur in Psalmo: Diffusa est gracia in labiis tuis. Unde et principatum optinet inter sanctos ornatu locutionis et rethorici floris et facilis solucionis ac intelligibilis scripturarum obscurarum. 2º, habet liguam eruditam propter eloquii
15 discrecionem, cui Deus dedit liguam eruditam, ut sciret sustentare verbo, scilicet doctrine, eum, qui lapsus est, scilicet casu culpe, Is. L. Tercio, habuit ligwam igneam propter eloquii caliditatem, quia ad modum apostolorum acceperat et ipse liguam igneam, Act. IIº. Et ideo loquebatur ardentem et accendebat, sicut ipse dicit in Omelia: Ligwas igneas doctores habent, quia dum Deum amando
20 predicant, auditorum corda inflammant. Quarto, habuit ligwam argenteam propter eloquii sinceritatem. Prover. X.: Argentum electum ligwa iusti, Glosa: sine menda, id est macula, quia sicut argentum clarum est et mundum, sic verba sanctorum debent esse pura et honesta. Ps.: Eloquentia Domini eloquia casta. Ieronimus ad Nepocianum: Officii tui sit non solum oculis castos servare, sed et
25 ligwam. Nunquam de mulierum formis disputes, ut quid in cuius domo agatur, alia domus per te noverit. Sed e converso, in malis hominibus habundat primo quidem, ligwa magniloqua per superbiam, qui dixerunt: Ligwam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt, quibus inproperatur propria: Disperdat, inquit, Dominus univ(er)sa lab(ia) dolo(sa) et ling(vam) magniloquam. Contra
30 hoc dicit Gaufrid(us) in Poetria: Utere consilio, licet omnia noveris unus. Maior in hoc aliis in verbis, sis tamen unus ex aliis, non sis elati sermonis, sed socialis eloquii, nec sic in abissum deicias alios, dum te super ethera tollis. Secundo, immoderata per effluenciam. Prover. XV.: Ligua immoderata conteret spiritum. Quia in multiloquio non deerit peccatum. Et talis vocatur | in Latino
35 futilis, id est vanus, superfluous et loquax, et est methafora sumpta a vasis fictilibus, que cassa et rimosa non tenent ea, que inieceris, sed potius secundum dictum Terentii: Plena sunt rimarum, hac et illac effluunt. Contra talem superfluitatem dicitur in preceptis Marcii vatis: Postremus dicas, primus taceas. 3º, maculata per luxuriam, que loquitur immunda. De quali ligwa dicitur Eccli. LI.:
40 Liberasti me a ligwa coinquinata. Quarto, inflammata per iracundiam. Iac. III.: Universitas iniquitatis, ligva constituitur in membris nostris, inflammata a ge-

3 Eccli. 6,5 11 Cant. 4,11 12 Ps. 44,3 16 Is. 50,4 18 Act. 2,3 19 Greg. M. in evang. 30,5; PL 76,1223B 21 Prov. 10,20 23 Ps. 11,7 24 Hier. epist. 52,15; PL 22,538-539 27 qui dixerunt: Ps. 11,5 28 Disperdat: Ps. 11,4 30 Gaufr. Vinos. poet. nova 1078-1081 et 301-302 33 Prov. 15,4 et 10,19 37 Ter. Eun. 105 38 in preceptis Marcii vatis: vide Isid. orig. 6,8,12; PL 82,239A 39 Eccli 51,4 et 7 40 Iac. 3,6

- henna, id est incitata a diabolo. Fuit autem sanctus iste laudabilis non solum ex claritate doctrine, sed etiam ex bonitate vite, quia ligwa eucharis habundavit in bono homine. Fuit autem bonus primo, in animo. Sap. VIII.: Sortitus sum animam bonam. Secundo, in verbo. Mt. XII.: Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. Tercio, in facto. I^o Reg. XIX.: Opera eius bona sunt valde. Quarto, in exemplo. Sap. VIII.: In multitudine videbor bonus, id est honestus et morigeratus. Quod et nobis prestet solus bonus, Iesus Christus.

51. DE SANCTO BENEDICTO (Sermo primus)

- 10 Egrederere de terra et de cognacione tua et de domo patris tui et veni in terram, quam monstravero tibi. Faciamque te in gentem magnam et benedicam tibi et magnificabo nomen tuum, erisque benedictus, Gen. XII. Loquens Dominus excelso patri Benedicto per Abraham significato tria in verbis istis facit. Primo, iubet exeundum dicens: Egrederere de terra. 2^o, movet ad veniendum dicens: et veni in terram. 3^o, spondet adipiscendum dicens: Faciam te in gentem magnam. 15 Iubenti obedivit mundum contempnendo. Et contempsit mundum quantum ad opes, voluptates et libertates. Et hoc per amorem paupertatis, per votum castitatis et per abieccionem proprie voluntatis. Quo ad primum dicitur: Egrederere de terra, id est de amore terrenorum, quod et fecit, quia despectis litterarum studiis, relicta domo rebusque patris, aridum mundum cum flore despexit et soli Deo placere || desideravit, ut testatur de ipso Gregorius. Quo ad 2^m dicitur: et de cognacione tua, id est de societate carnalis cognacionis, in qua cum periculo continencie vivitur, sicut asserit Ieronimus ad Rusticum: Iohannes Baptista, ne in domo patris viveret cum periculo castitatis, vivebat in heremo. Matrem 25 ita vide, ne propter illam alias videre coneris, quarum vltus cordi tuo hereant, et tacitum vivat sub pectore vulnus. Ancillulas, que illi in obsequio sunt, scias tibi in insidiis esse, quarum quanto vilior condicio, tanto facilior ruina est. Nolo te habitare cum matre, ne inter frequentiam puellarum per diem videas, quod noctibus cogites. Quo ad 3^m dicitur: et de domo patris tui, Glosa: diaboli, in cuius domo manemus propria voluntate. Unde Augustinus VIII. Confessio(num): Suspirabam ligatus non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate, velle meum tenebat inimicus et inde mihi cathenam fecerat. Et nobis ad imitationem Sancti Benedicti egrediendum est primo, secundum terminum „a quo” a peccatorum vilitate. Apo. XVIII.: Exite de illa, et ne participes sitis delictorum eius. A malorum societate. Numeri XVI.: Egredimini a tabernaculis impiorum, ne involvami cum eis. A terrenorum cupiditate, ut dicitur nunc: Egrederere de terra. Terra est infima dignitate, quia est fex aliorum elementorum, secundum Philosophum. Minima quantitate, quia dicitur esse centrum mundi. Centrum autem minimum est respectu circumferencie. Frigida qualitate et arida proprietate.

36a

30 propria voluntate: M propriam voluntatem 32 ad: M add. et del. benediccionem

3 Sap. 8,19 4 Mt. 12,34 5 1 Reg. 19,4 6 Sap. 8,15 12 Gen. 12,1-2 21 Greg. M. dial. 2. prol.; PL 66,126A 23 Hier. epist. 125,7 et 11; PL 22,1075 et 1078 30 Aug. conf. 8,5,10; PL 32,753 34 Apoc. 18,4 35 Num. 16,26 38 Aristot. ? - ubi?

Et significat temporalia, que sunt infime dignitatis apud estimacionem sanctorum, Phile. III.: Omnia arbitror ut stercora. Minime quantitatis duracione. Sap. V.: Transierunt omnia illa tamquam umbra. Frigide qualitatis et aride proprietatis effectum, quia excludunt ab anima calorem dilectionis, 1º Io. II.: Qui diligit mundum, non est caritas Patris in eo, et humorem devocionis, Ps.: Anima mea sicut ter(ra). Egrediendum est etiam secundo, secundum terminum „ad quem” ad flendum in contricione. Luc. XXII.: Egressus foras flevit amare. Ad dicendum in confessione. Mt. XV.: Mulier egressa clamabat dicens: Filia mea, id est anima, male a demonio, scilicet templatante, vexatur. Ad operandum in satisfaccione. Exhibet homo ad opus suum. Eductum autem Dominus sanctum suum de mala terra mundane conversacionis induxit in terram bonam vite claustralis dicens ei: Veni in terram, quam monstravero tibi, scilicet in interiori inspiratione, et in exemplis aliorum, qui primi monasticam vitam tenuerunt. Dicitur ergo terra religio primo, propter cordis humilitatem, quia est infimum omnium elementorum et primum fundamentum machine mundialis. Secundo, propter habitus vilitatem, quia est vilissima in colore, scilicet nigra, que minus habet de luce inter omnes colores. 3º propter pietatis affectionem, quia est mater omnium rerum. Eccli. XL.: Usque in diem sepulture in matrem omnium. Iuvenalis: Capit omnia tellus, que genuit. Quarto, propter propositi stabilitatem, quia in eternum stat, totaliter enim nunquam movetur, sed per partes aliquando. Cuius motus causa est ventus superior, et inopia tonitruum temptationis diabolice, a qua carnalis concupiscencia. Isidorus in libro Ethimologiarum: Terre iatus aut motu aque inferioris fit aut crebris tonitruis aut de cavernis terre erumpentibus ventis. Exeunti vero et venienti ad iussum Domini promisit Deus filiorum multiplicationem dicens: Faciam te in gentem magnam. Donorum infusionem dicens: benedicam tibi, scilicet benedictione dextere, que divites facit virtutibus. Fame dilatacionem dicens: magnificabo tibi nomen tuum, scilicet in miraculis, doctrinis et occultorum revelacionibus, quia spiritu prophetie plenus fuit. Nominis confirmacionem dicens: erisque benedictus, quia ita vocaberis re et nomine.

36b

30

52. <DE SANCTO BENEDICTO> <Sermo secundus>

Iustum deduxit Dominus per vias rectas et ostendit illi regnum Dei, Sap. X. Hic notificatur, quam magna sit virtus iusticie et quam efficax ad salutem anime, quia meretur divinum ducatum et celestem intuitum. Nam iustum deduxit etc., quantum ad primum, et ostendit illi etc., quantum ad secundum. Hic autem iustus fuit confessor Dei Benedictus, qui iusticiam in se exercuit austerissime penitendo. Penitere enim est actus iusticie. Eccli. XVII. Penitentibus dedit viam iusticie, hoc est, quot || dixit Dominus ad quendam sacerdotem: Tu tibi deli-

36c

7 XXII: M *add. et del.* egrediendum 17 3º : M 3^{um} 22 iatus *lege* hiatus 27 miraculis: M *corr. ex.* miraberis

2 Phil. 3,8 2 Sap. 5,9 4 1 Io. 2,15 5 Ps. 142,6 7 Lc. 22,62 8 Mt. 15,22
10 Exhibet homo: Ps. 103,23 18 Eccli. 40,2 18 *recte* Lucan. 7,818-819 22 Isid. orig.
14,1,3; PL 82,495C 32 Sap. 10,10 37 Eccli. 17,20 38 Tu tibi: Greg. M. dial. 2,1; PL
66,130B

cias paras, et servus meus in illo loco fame cruciatur. Est autem triplex actus iusticie, scilicet iudicare, liberare et restaurare, quia flagellat reum et servat iustum et restituit ablatum. Qui effectus inveniuntur etiam in penitencia. Punit enim reum. Augustinus: Penitencia est quedam dolentis vindicta puniens in se, quod dolet commisisse. Conservat iustum. Sicut enim delet preterita, sic vitat futura. Augustinus: Penitencia est commissa mala deflere et flenda iterum non committere. Restituit amissum, id est opus mortificatum per culpam. Augustinus: Penitencia est quedam res optima et perfecta, que omnes defectus reducit ad perfectum. Hunc iustum deduxit Dominus primo per vias mundas, per temperanciam, quia virgo fuit. Etatem quippe moribus transiens (nulli) animum voluptati dedit; de quo potest dici: Vie eius vie pulchre, Prover. III. Ps.: Deus meus, inpoluta via eius. Secundo, per vias luminosas per prudentiam, quia Rome liberalibus studiis eruditus fuit, spiritu prophecie mirabiliter fulsit et doctor aliorum clarissimus extitit. Scripsit enim monachorum regulam discrecione precipuam, sermone loculentam, cuius semita quasi lux splendens processit et crevit usque ad perfectum diem, Prover. III. Quia luxit in seipso per puritatem, splenduit in exemplo per honestatem, processit in merito per profectus continuacionem. Tercio, per vias planas per fortitudinem, quoniam vita eius non habuit montes superbie, spinas avaricie, lutum luxurie, que faciunt asperam ambulacionem in via spirituali. De cuius via electi erant lapides, id est remota seculi obstacula, dicente Domino Isaias LXII.: Prepare viam populo, planum facite iter et eligit lapides. Quarto, per vias rectas, ut dicitur: Iustum deduxit Dominus per vias rectas. Recte enim sunt vie Domini, et iusti ambulant in eis, Osee ultimo. Taliter ambulanti in via spirituali III^{or} sunt necessaria. Primo, viaticum corporis Domini, Mt. VII.: Unum panem, id est singularem, scilicet corpus Domini, habebant secum in navi, id est in transitu mundi. Sic et iste sanctus sexto die infirmitatis sue ad oratorium ductus communicavit et migravit et ambulavit in fortitudine cibi | illius usque ad montem Dei Oreb, id est celestem patriam, III Reg. XIX. 2^o, baculus crucis Christi ad imittendum in terra labili, in quo baculo transitur Iordanis fluvijs, id est mortalitatis decursus, Gen. XXXII. Quo eo baculo, id est crucis signo, rupit sanctus iste vasculum poculi venenati a malis subditis sibi exhibiti. 3^o, pera elemosine iuxta illud Prover. VII.: Abiit via longissima, saculum pecunie secum tulit. Eccli. XIX.: Elemosina viri quasi saculus cum ipso. Hanc peram sanctus ad modum David semper secum habuit, I Reg. XVII. Vir enim Domini cuncta decreverat in terra tribuere, ut in celo omnia reservaret, ut dicit Gregorius. Ideo olivum, quod petenti secundum suum iussum tributum non fuit, extra profici fecit, ne quid in cella per inobedienciam remaneret. Quarto, cantilena oracionis et psalmodie ad consolacionem vie, quo-

36d

9 deduxit: M iter. et corr.

4 Ps. Aug. ? poen. 8,22; PL 40,1120 6 Aug. – ubi? 8 Ps. Aug. hypomn. 3,9,17; PL 45,1631
 10 Etatem quippe: Greg. M. dial. 2. prol.; PL 66,126A 11 recte Prov. 3,17 11 Ps. 17,31
 13 Rome liberalibus: Greg. M. dial. 2. prol.; PL 66,126A 14 Scripsit enim: Greg. M. dial. 2,36;
 PL 66,200C 16 Prov. 4,18 21 Is. 62,10 23 Os. 14,10 25 recte Mc. 8,14 26 sexto
 die: cf. Greg. M. dial. 2,37; PL 66,202B 29 3 Reg. 19,8 30 Gen. 32,10 31 rupit sanctus:
 cf. Greg. M. dial. 2,3; PL 66,136A 32 Prov. 7,19–20 33 recte Eccli. 17,18 35 1 Reg.
 17,40 36 Greg. M. dial. 2,28; PL 66,186A 37 ne quid: Greg. M. dial. 2,28; PL 66,186B

niam secundum dictum Vergilii in Bocolicis: Cantantes licet usque, minus via
 ledit, eamus. Isidorus: Navigantes cantus solatur. Hac usus fuit sanctus iste, qui
 ultimum spiritum inter verba oracionis efflavit, qui poterat dicere cum Psalmi-
 sta: Cantabiles mihi erant iusti. Ad hanc invitans nos Psalmista dicit: Cantent
 5 in viis Domini, id est exultent, quia magna est gloria Domini, scilicet que da-
 tur exultantibus in laude Dei, et minuit labores animi fatigati. Ber(nardus) super
 Cant. VI.: Vite presentis labores tollerabiliores nobis sunt exultantibus in laude
 Dei. Dicitur autem Prover. III.: Vias, que a dextris sunt, novit Dominus, per-
 verse vero sunt, que a sinistris sunt. Unde cum actenus diximus de via dextera,
 10 que est via celi, nunc dicendum est de via sinistra, que est via inferni, con-
 traria vie celi. Que est immunda per luxuriam. Ps.: Inquinata sunt vie illius.
 Tenebrosa per ignoranciam. Prover. III.: Via impiorum tenebrosa, nesciunt, ubi
 corruant. Tortuosa per avariciam. Ps.: In circuitu impii ambulant. Aspera, id est
 impedimentis plena per offensionem continuam. Eccli. XXI.: Via peccantium
 15 conplantata lapidibus, Glosa: duris peccatorum operibus. Sed Dominus iustum,
 quem in presenti ducit per vias rectas, in futuro dat ei coronas perpetuas. Ideo
 sequitur: ostendit illi regnum Dei. Ostendit autem primo, in vita per contem-
 placionem. Gregorius: Venerabilis Benedictus in solitudine habitavit secum, et
 quociens hunc in altum contemplacionis ardor rapuit, se procul dubio sub se re-
 20 liquit. Secundo, in morte per apprehensionem. || In obitu namque eius duobus
 discipulis suis ostensa est via palliis strata et lampadibus corrusca, que a cel-
 la eius in celum tendebat, in qua vir clarus assistens dixit eis: Hec est via, qua
 dilectus Dei Benedictus celum ascendit. Istud regnum sancto viro ostensum est
 clarum luminositate. Mt. XVIII.: Fulgebunt iusti sicut sol in regno Patris sui.
 25 Latum capacitate, quia comprehendit omnia regna mundi sub potestate regis sui.
 Ps.: Nam rex omnis terre Deus. Altum situacione, quia est in ultimis partibus
 universi. Io. XVIII.: Regnum meum non est de hoc mundo, id est de terra, sed
 de celo. Eternum duracione. Lu. I^o: Regni eius non erit finis. Augustinus ultimo
 De ci(vitate) Dei: Ffinis noster est pervenire ad regnum, cuius nullus est finis.

37a

30 53. DE ANNUNCIACIONE VIRGINIS GLORIOSE
 (Sermo primus)

Ave, gracia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, Luc. I^o. Sicut
 preceptis salutaribus moniti et divina institutione formati audemus dicere Pater
 noster etc, ita angelica salutacione preventi et allocucionem edocti audemus dice-
 35 re: Ave, gracia plena. Quod ut digne possumus dicere et nunc et semper, orandus
 est fructus ventris benedictae in mulieribus. Ave, gracia plena. In narracione isto-
 rica huius ewangelii exprimit ewangelista ministerium angelice denuncciationis,

2 ledit: M ledet 9 dextera: corr. ex sinistra 16 ei: M eis 25 potestate: M corr. ex
 polestante

1 Verg. ecl. 9,64 2 Isid. - ubi? 4 Ps. 118,54 4 Ps. 137,5 6 Bern. serm. in cant.
 11,1; PL 183,824B 8 Prov. 4,27 11 Ps. 10,5 12 Prov. 4,19 13 Ps. 11,9 14 Eccli.
 21,11 18 Greg. M. dial. 2. prol.; PL 66,138C 20 In obitu: cf. Greg. M. dial. 2,37; PL
 66,202B 24 recte Mt. 13,43 26 Ps. 46,8 27 Io. 18,36 28 Lc. 1,33 28 Aug. civ.
 22,30,5; PL 41,804 32 Lc. 1,28

- qui humiliacionem Filii Dei de virgine nunciavit ipsi virgini. Primo, salutando, quando dixit: Ave. Secundo, laudando, quando dixit: gracia plena. Salutando removit ab ea omne malum, laudando posuit in ea omne bonum. Porro malum triplex est, secundum quod in scripturis invenitur triplex ve, cui subiciuntur omnes filii Eve. Apo. VIII.: Ve, ve, ve habitantibus in terra. Primum ve est 5 ignorancia veri in ratione, secundum concupiscencia mali in voluntate, 3^m inpotencia resistendi in facultate. Sed domine nostre contra hoc triplex ve dicitur ave, quasi sine ve, quoniam in ipsa non fuit ignorancia mentis, nec concupiscencia carnis, nec inpotencia resistendi viribus hostis. Sed potius fuit in ea veritas 10 illuminans, caritas dulcorans, potestas hostem superans. Et ita patet, quod in salutacione excluditur ab ea omne malum. Post salutacionem laudacio, ut ostendatur non sine causa tam venerabiliter salutari. Laudat autem in ea plenitudinem boni creati, quando dicit: gracia | plena. Presenciam boni increati, quando dicit: 37b Dominus tecum. Excellenciam in sexu muliebri, quando dicit: benedicta tu in mulieribus. De plenitudine graciae in ea dico, quod est invenire in Maria tri- 15 formem graciae generalem, scilicet veritatis, potestatis et bonitatis. Tria enim exiguntur ad opus virtutis secundum Philosophum, scilicet scire, posse et velle. Unde in ipsa fuit plenitudo cognicionis propter plenitudinem graciae veritatis, plenitudo potestatis propter generalitatem graciae virtutis, plenitudo bone voluntatis propter habundanciam graciae sanctitatis. Hoc est, quod figuratur in arca 20 federis, in qua erat virga Aaron, tabule legis et cibus mannatis, Hebre. IX., per que designatur generalitas graciae in Maria, scilicet in virga suffragium potestatis, in tabula magisterium virtutis, in manna dulcedo bonitatis. Ideo merito dicitur ab angelo: gracia plena. Propter quam plenitudinem est figurata in triplici plenitudine, scilicet in plena domo, Is. VI., in plena fiala et in pleno mortariolo, 25 Numeri VII. Domus est Virgo Beata plena maiestate, id est divinitus collata potestate, ut ipsa dicit de se Eccli. XXX.: In Ierusalem potestas mea. Phiala eciam est virgo beata plena simila, id est cognicione veritatis absque furfure erroris, quoniam simila est farina purgatissima. Unde dicitur esse virgo incognita viro. 30 Gen. XXIII.: Spiritus meus super mel dulcis. Volens autem virgo Deo devotissima horum bonorum particeps nos fieri, dicit Eccli. XXIII.: Transite ad me omnes, qui con(cupiscitis), et a generacionibus, id est predictis bonis, implemini, ut scilicet ex ipsa accipiamus veritatem ad intellectum, bonitatem ad affectum, potestatem ad effectum. Si ergo sentis in te defectum cognicionis in fide, voca Mariam, in qua est misterium veritatis. Si sentis in te defectum potestatis in opere, voca Mariam, in qua est auxilium virtutis. Si sentis in te defectum bone voluntatis in tribulacione, voca Mariam, in qua est dulcor pietatis. De presenciam boni increati in Virgine dicit: Dominus tecum. Nomen dominii vel dominacionis attribuitur Patri et Filio et Spiritui Sancto, quoniam Dominus Pater, Dominus 37c Filius, Dominus Spiritus || Sanctus. Et quando dicitur Dominus tecum, et non additur, quis Dominus, relinquitur, quod tota Trinitas. Tecum ergo, inquit, Dominus Pater, qui genuit, quod concipis. Tecum Dominus Filius, quem carne induis.

14 muliebri: M mulieribus 38 dominii: M in marg. corr. ex divini 40 ante Spiritus M del. Filius

5 Apoc. 8,13 17 Aristot. ? – ubi? 21 Hebr. 9,4 25 Is. 6,1 26 Num. 7,13–14
27 recte Eccli. 24,15 30 recte Eccli. 24,27 31 Eccli. 24,26

Tecum Dominus Spiritus Sanctus, de quo concipis. Hec est excellencia omnem superans dignitatem. Tota enim Trinitas sibi communicavit sue sublimitatis honorem. Nam Pater diffudit in eam honorem generacionis, ut genitrix esset illius Filius, secundum humanitatem, cuius genitor est ipse secundum divinitatem. Filius diffudit in eam honorem filiacionis, ut quia ratione divine nature honorabat Patrem, ratione humane nature matri similiter deferret honorem. Spiritus Sanctus communicavit ei honorem processionis, ut a quo Filio procedit ipse Spiritus, ille Filius procederet ab ipsa tamquam a matre natus. Excellenciam Virginis in sexu muliebri ostendit angelus per exclusionem malediccionis et per posicionem benediccionis. Est autem triplex maledictum, scilicet obprobrii, de quo Dan. IX.: Stillavit super nos maledicchio et detestacio. Peccati, de quo Osee III.: Maledictum et mendacium inundaverunt. Supplicii, de quo Baruc I^o: Adheserunt nobis multa mala et maledicciones. Hoc triplex maledictum incurrerant omnes mulieres. Nam omnis mulier alicui istorum maledictorum subiacebat. Quia ante concepit, subiacebat maledicto vituperii. Nam Fenenna exprobrabat Anne, quod Dominus conclusisset etc., I Reg. I. In conceptu subiacebat maledicto peccati teste propheta: Ecce enim in iniquitatibus. In partu subiacebat maledicto supplicii, quia mulier, cum parit, tristiciam habet, Io. XVI. Gen. III.: In dolore paries. Sed hec triplex maledicchio excluditur a Maria, quia ipsa est sola benedicta, cuius virginitati additur fecunditas et sic caret malediccione obprobrii. Fecunditati in conceptu additur sanctitas et sic caret malediccione peccati. Sanctitati in partu additur iocunditas et sic caret malediccione supplicii. Est etiam benedicta plenitudine benediccionis. Tres autem mulieres legimus benedictas, scilicet Ruth propter desiderium fecunditatis, ut in semine Abrahe benedictionem consequeretur, I Ruth III^o. Et Iudith propter amorem castitatis. Iudith XIII.: Eo quot castitatem amaveris, eris benedicta in eternum. Et Iael propter interempcionem hostis, quia occidit Sisaram, Iudic. V^o. Benedicchio Ruth excludit malediccionem obprobrii sterilitatis. Benedicchio Iudith malediccionem peccati et corrupcionis. Benedicchio Iael malediccionem supplicii et doloris. Sed domina nostra est benedicta plus, quam quilibet istarum, quia si Ruth benedicta propter fecunditatem ex viro, ipsa plus est benedicta propter fecunditatem ex Spiritu sancto. Si Iudith propter castitatem in continencia viduali, ipsa magis in continencia virginali. Si Iael propter victoriam hominis, ipsa magis propter victoriam demonis, cuius caput contrivit, Gen. III. Et sic ostenditur esse benedicta exclusionem triplicis malediccionis et collacione triplicis benediccionis. Quibus modis benedicta etiam nobis meritis ipsius benedictus fructus ventris Virginis, Iesus Christus.

37d

1 Sanctus: M *add. et del.* Et quando dicitur Dominus tecum 17-18 supplicii: M *corr. ex peccati*
 20 malediccione: M maledicchio 21 malediccione: M maledicchio 22 malediccione: M
 maledicchio

10 Dan. 9,11 11 Os. 4,2 12 Bar. 1,20 16 1 Reg. 1,6 17 Ps. 50,7 18 Io. 16,21
 18 Gen. 3,16 25 *recte* Iudith 15,11 27 Iud. 5,24 34 Gen. 3,15

54. (DE ANNUNCIACIONE VIRGINIS GLORIOSE)
(Sermo) secundus

In manibus abscondit lucem et precipit ei ut rursus adveniat. Annunciat de ea amico suo, quod possessio eius sit et ad eam possit ascendere, Iob
 5 XXXVII. Veritas huius sacri dicti convenit celebritati hodierni festi, in qua agitur de incarnatione Christi. Cuius Christi primo, tangit conceptionem, que facta est in annuncciatione, secundo, edicionem, que facta est in nativitate, 3^o, divulgacionem, que facta est in apostolorum predicacione, quarto, utilitatem, que completur in gracie et glorie collacione. De conceptione dicit: In manibus abscondit lucem, id est in virgine divinitatem. Ubi investigandum est, quare mater
 10 Christi dicatur manus et filius eius lux. Manus 2^m Isidorum dicitur ex eo, quod sit munus tocius corporis, quia dat et accipit, operatur et cibum ori ministrat. Et ipsa mater Christi est manus omnipotentis Dei, per quam donat munera sua tamquam per manum suam toti corpori ecclesie. Unde Bernardus in sermone: Noluit
 15 nos Deus habere aliquid, quod per manus Marie non transiret. Est autem ista manus primo quidem, mundissima iuxta illud Iob IX.: Fulserunt velud mundissime manus mee. Secundo, plenissima. Cant. V^o: Manus eius tomantiles, id est veloces in dando celeriter, auree, scilicet dono gracie et glorie, plene iacintis, id est bonis spiritualibus et eternis. Tercio, largissima. Ps.: Aperis tu manum tuam.
 20 II Quarto, potentissima. Et hoc ad conterendum demonem. Exo. XV.: Manus tua confregit inimicum. Et ad roborandum hominem. Eze. III.: Manus Domini erat mecum confortans me. In hac manu abscondit Deus lucem, id est suam divinitatem, quando Christus est conceptus in ea, cum dicitur Is. XLV.: Vere tu es Deus absconditus. Competit autem Filio Dei, ut dicatur lux. Primo, propter sui speciositatem. Inter visibilia enim lux speciosior est, sic Christus inter intelligibilia. Sap. VII^o: Est enim speciosior sole, et luci comparata, prior invenitur, id est excellencior in pulchritudine, quoniam qui fecit pulchra, pulchrior est illis, secundum Augustinum. Ad excellenciam vero pulchritudinis sequitur excellencia delectacionis. Eccles. XI.: Dulce lumen et delectabile oculis videre solem. Secundo, propter sui puritatem. Est enim emanacio quedam claritatis omnipotentis Dei sincera, Sap. VII^o. 3^o, propter sui comunicabilitatem. Dionisius secundo Ecclesiastice ierarchie: Benefice semper intellectualibus visionibus divinum lumen est extentum. Quarto, propter sui utilitatem. Quia tenebras expellit, meriores dissolvit, speciem letam inducit et omnibus rebus formam et decorem tribuit,
 35 verecundum facit, timidum reddit, honeste ambulare componit, facultatem operandi et ambulandi expedit. Sic et Christus omnia talia et plura facit, propter quod dicit Eccli. XXIII.: Illuminabo omnes sperantes in Domino. Moralter quo ad nos dico, quod invenitur lux in quadruplici natura. Primo, in vegetabili, ut in quercu putrida, et quibusdam vermiculis, et quorundam piscium scamis. Habent enim huiusmodi in se quamdam humiditatem lucidam, que ex incidencia lucis

38a

17 tomantiles: M cornatiles 18 iacintis: M iacentis

4 recte Iob 36,32-33 11 Isid. orig. 9,1,66; PL 82,406A 14 Bern. serm. vig. nat. Dom. 3,10; PL 183,100A 16 Iob 9,30 17 Cant. 5,14 19 Ps. 144,16 20 Ex. - ubi? 21 recte Ez. 3,14 23 Is. 45,15 26 Sap. 7,29 28 Aug. - ubi? 29 Eccle. 11,7 31 Sap. 7,25 31 Ps. Dion. Areop. eccl. hier. 2,3,3; Dionysiaca 1134-1135 37 Eccli. 24,45

stellarum fuerint lucencia in nocte, in die autem non lucent propter excedenciam
luminis Solis, qui occultat minora lumina. Secundo, in natura sensibili, ut in sen-
sibus particularibus, que explent officia sua per beneficium lucis, ut oculis. Unde
dicit Augustinus, quod lux propter sui subtilitatem tamquam anime instrumen-
tum per sensum corporis perficit acciones ipsius anime. 3^o, in natura rationali,
ut anima. Cum enim anima convertitur supra se, vidit cogitationes suas, virtu-
tes et vicia, quod fit quadam virtute intelligibili luminosa, sicut dicit Augustinus
super psalmum LX^m: Est quedam lux intus, quam non habent, qui non intel-
ligunt. Omnis autem, qui intelligit, quadam interiori luce | illustratur. Quarto, 38b
in natura supercelesti, secundum quod Philosophus dicit, quod quelibet stella
est lux sui orbis congregata. Prima lux est sciencia secularis, que debet esse in
nobis, ut sciamus falsitatem repellere ex propriis, sicut avis sagittatur de pen-
nis suis. Ideo dico, quot licet legere dicta gentilium, non ad voluptatem, sed ad
erudicionem, ut errores gentilium legendo detestemur, et utilia, que in eis inveni-
mus, ad usum sacre erudicionis convertamus, ut dicitur in Decretis distincione
XXXVII. Ambrosius super Lucam: Legimus aliquando, ne negligamus, legi-
mus, ne ignoremus, legimus non ut teneamus, sed ut repudiemus. Secunda lux
est diligencia presidentis, ut habeat oculos apertos et sensus subtiles ad modum
Argi, qui centum luminibus cinctum caput habebat. Et sancta animalia plena
erant oculis ante et retro, Eze. I^o, ut valeant docere nescientes, corrigere erran-
tes, supportare deficientes, quia ipsis dicitur Ephe. V^o: Ut filii lucis ambulate,
id est discrete et circumspecte, quatenus fructus lucis sit in eis in omni bonitate
et iusticia et veritate, ut ex bonitate supportent, ex iusticia corrigant, ex veri-
tate doceant. Tercia est consciencia fidelis, que rimatur sua interiora tamquam
scrutans Ierusalem in lucernis, ut expellat peccatum, sicut lux expellit tenebras,
ut impleatur in ea, quod dicitur Iob XII.: Revelat profunda de tenebris et ponit
in lucem, id est in manifestacionem, scilicet confitendo, umbram mortis, id est
peccatum. Quarta est sapiencia spiritualis, de qua dicitur Sap. VIII.: Proposui
pro luce habere sapienciam, quoniam inextingwibile est lumen illius. De edici-
one concepte lucis per ortum nativitatis dicit: precipit ei rursus adveniat. Quod
factum est in nativitate, quando Deus absconditus in annunciacione prodiit in
lucem temporalem natus ex Maria virgine. De divulgacione concepte et orte
lucis dicit: Annunciat de ea, scilicet per apostolos suos, quorum vox est I Io-
hannis I^o: Annunciamus vobis vitam eternam, que erat apud Patrem et apparuit
nobis, amico suo, id est homini salvando, non quem amicum invenit, sed quem
veniendo fecit, quoniam non nos elegimus ipsum, sed ipse elegit || nos, Io. XV. 38c
De utilitate conceptionis et condicionis et manifestacionis dicit, quod posses-
sio eius sit, id est ut eam possideat, scilicet lucem in presenti per gratiam, et
ad eam possit ascendere, scilicet in futuro per gloriam. Quod nobis prestat lux
incorrumpa divinitas, que carnem assumpsit in Maria humanitatis, Iesus Christus.

6 convertitur: M contitur 8 non: M cum

4 Aug. - ubi? 7 Aug. - ubi? 10 Aristot. ? - ubi? 15 Decr. p. 1. d. 37. c. 8. p. 2
16 Ambr. in Luc. 1,2; PL 15,1613A 20 Ez. 1,18 21 Eph. 5,8-9 26 Iob. 12,22 28 recte
Sap. 7,10 34 I Io. 1,2 36 Io. 15,16

55. (DE ANNUNCIACIONE VIRGINIS GLORIOSE)
(Sermo tercius)

Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scienciam (Ps. XVIII.). Sicut se habent in oracione verbum et adverbium, sic in opere nos et Deus. Verbum enim
 5 per se sensum implet, ut: scribo, adverbium sine verbo plenam significacionem non habet, ut: hodie. Adicis illi verbum et iuncto verbo implesti sensum. Sic Deus per se operari potest ut causa sufficiens respectu sui effectus, nos autem non. Io. XV.: Sine me. Ideo ipsum orate. Dies diei etc. Dicit Glosa super Psalmum, quod non valet melius ostendi cuius(cun)que rei excellencia, quam si sui
 10 contrarii vilitas atque depressio non taceatur. Ideo propheta in verbo proposito insinuat nobis nostre nature exaltacionem, sublimem factam per Verbi humilitatem et eius deieccionem, vilem procuratam per diaboli iniquitatem, ut unum ex altero providencius innotescat, quoniam contraria iuxta se posita magis elucescunt secundum Philosophum. Et secundum Augustinum in Enchiridion: Malum
 15 bene ordinatum evidencius commendat bona, ut magis placeant et laudabiliora sint, dum comparantur malis. Principium nostre perdicionis extitit diabolica temptacio. Et hoc exprimit propheta, cum dicit: Nox nocti etc. Et est notandum, quod causa motiva ad decipiendum in temptatore fuit invidia. Ber(nardus) super Cant. XVII.: Prescivit in Dei verbo futuros homines in pari gloria, et invidit
 20 in livore suo volens habere socios, sed subiectos. Damascenus II. libro: Non tulit invidiosus bonorum demon superioribus nos potiri. Causa vero motiva ad consencium in muliere fuit ignorancia. I Tim. II.: Mulier seducta in prevaticacione fuit. Ideo utriusque noctis nomine censetur, cum dicitur: Nox, id est diabolus tenebris culpe obscuratus, nocti, id est stulte mulieri veritatem ignorant
 25 ti, quia putavit se posse pervenire ad equalitatem Dei, secundum illud dictum Sapientis: | Tume fecit eam spes irrita tanti polliciti. Indicat scienciam, id est promittit altitudinem sciencie, ut appetat illo modo, sicut habetur Gen. III.: Eritis sicut dii. Exordium nostre redempcionis fuit angelica salutacio. Et hoc exprimit propheta, cum dicit: Dies, id est angelus, nuncius celestis, missus a Deo, qui
 30 dicitur propter nature claritatem et intelligencie perspicacitatem. Nam dies dicitur a dian, quod est claritas, quoniam secundum Dionisium in (libro) Angelice ierarchie: Angeli super specula clarissima immaculata principalis radii susceptiva. Diei, virgini mortalium illuminatrici. Constituit autem diem presencia Solis super terram, sic virginem illuminavit presencia Christi in mente et in ventre.
 35 Eructat verbum, id est nunciat Dei Filium virgini ad concipiendum dicens ad eam Lu. I^o: Ecce concipies etc. Est autem duplex verbum, unum, quod foris sonat, aliud, quod intus latet. Et illud exterius est signum interioris verbi, cui magis competit verbi nomen, ut dicit Augustinus XV. De Tri(nitate). Ad similitudinem huius verbi interioris Dei Filius Verbum Patris appellatur. Verbum enim
 40 internum de solo corde immediate oritur. Ps.: Eructavi(t) cor meum. Et in ipso plene bonitas cordis et sapiencia representatur. Mt. (XII.): Bonus homo. Et ex habundancia cordis os loquitur. Et in ipso omne humanum opus disponitur. Au-

38d

3 Ps. 18,3 8 Io. 15,5 14 Aristot. soph. el. 15 14 Aug. enchir. 11,3; PL 40,236 18 Bern. serm. in cant. 17,5; PL 183,857C 20 Io. Damasc. — ubi? 22 I Tim. 2,14 26 Tume fecit eam: Gaufr. Vinos. poetr. nova 1474–1475 27 Gen. 3,5 31 Ps. Dion. Areop. coel. hier. 3,2; Dionysiaca 788 36 Lc. 1,31 38 Aug. trin. 15,11,20; PL 42,1071 40 Ps. 44,2 41 Mt. 12,35 et 34

gustinus: Nulla sunt hominis opera, que non prius dicantur in corde. Et per ipsum voce indutum voluntas hominis aliis declaratur. Augustinus: Verba ideo sunt instituta, ut per ea in alterius noticiam homines suas cogitationes ferant. Sic Filius Dei tamquam vere Verbum de solo corde Patris immediate oritur. Ber(nardus):
5 Eructavit te cor Dei altissimi de sue profunditatis inpenetrabili abisso. Et in Filio Patris bonitas et sapientia perfecte representat(ur). Augustinus: Tamquam seipsum dicens Pater genuit verbum equale, non enim integre seipsum dixisset, si minus esset aliquid in Verbo quam in seipso. Et in Filio omne paternum opus disponitur. Ps.: Omnia in sapientia. Et per Filium carne indutum voluntas Patris mundo manifestatur. Io. XVII.: Manifestavi nomen tuum hominibus,
10 quos dedisti michi. Potest dici aliter: Dies diei eructat verbum, scilicet salutacionis, commendacionis, confortacionis, promissionis, erudicionis. Primo ergo, eructavit verbum salutacionis, quando dixit: Ave. Magnificatur || autem hec salutacio tripliciter ex magnificencia trium personarum, scilicet mittentis, et missi,
15 et ad quam fit missio. Nam mittit Deus altissimus, et mittitur angelus fortissimus, et salutatur Virgo benedicta pre mulieribus. Ad quam ingressus est angelus, existentem scilicet in conclavi et solitariam sine socio. Quoniam erat ei propositum fugere frequencias hominum, vitare colloquium, ne illis orantis turbaretur silentium vel continentis temptaretur propositum, ut dicit Bern(ardus) in omelia: Virgini enim familiaris est verecundia, fugitans publici, latibuli gaudens. Et
20 exinde discant mulieres, dicit Beda, propositum pudoris imitari, quia solam sine comite angelus invenit, ne ergo degeneri hominis affatu depravaretur. Secundo, eructavit verbum commendacionis. Et commendat in ea plenitudinem boni creati, presenciam boni increati, excellenciam in sexu muliebri, sicut dictum est in sermone precedenti. Propter que omnia dicitur sibi Iudith XIII.: Benedicta tu, filia, a Domino Deo, pre omnibus mulieribus. 3º, eructavit verbum confortacionis. Turbata enim fuit in sermone eius, non turbacione ire vel doloris, sed timoris et pudoris. Timuit enim pro verecundia virginali, quoniam ut testatur Beda: Trepidare virginum est et ad omnem viri ingressum pavere, omnes viri
30 affatus vereri. Pudit autem pro humilitate mentali, quia commendabatur tanto preconio. Humiles enim erubescunt de sua laudacione, quoniam verus humilis vilis vult reputari, non humilis predicari, secundum Ber(nardum) super Cant. Unde Poeta dicit in persona cuiusdam puelle verecundum: Formose nomen habebam, nec mea me facies nimium laudata iuvabat, quaque alie gaudere solent,
35 ego rustica dote corporis erubui. Paventem igitur predictis de causis confortans dicit: Ne timeas, Maria, quasi nullum suspectum habet societas virginis et angeli. Ieronimus de assumptione: Angelus ad virginem mittitur, quia semper angelis est cognata virginitas. Quarto, eructavit verbum promissionis. Promittit autem

39a

6 Patris: M *iter. et corr.* 11–12 salutacionis: M salutaciones 23 commendat: M *corr. ex commendacionis* 30 vereri: M *veteri* 38 cognata: M *congrata*

1 Aug. trin. 15,11,20; PL 42,1073 2 Aug. enchir. 22,7; PL 40,243 4 Ps. Bern. serm. de vita et pass. Dom. 19; PL 184,964 6 Aug. trin. 15,14,23; PL 42,1076 9 Ps. 103,24 10 Io. 17,6 19 *recte* Bern. serm. in cant. 47,4; PL 183,1009D 21 Beda Ven. in Luc. 1,1; PL 92,317A 24–25 in sermone precedenti: *vide* serm. 53 25 Iudith 13,23 29 Beda Ven. in Luc. 1,1; PL 92,317A 32 Bern. serm. in cant. 16,10; PL 183,853A 33 Ov. met. 5,581–584 36 Ne timeas *et sequ.*: Lc. 1,30–38 37 Ps. Hier. epist. 9,5; PL 30,130

conceptum et partum uteri quando dicit: ecce concipies etc. Et predicit vocabulum filii dicens: et vocabis nomen eius Iesum. Et describit culmen magnitudinis nati, quot comprehendit in potestate magnitudinis, quoniam inquit: Hic erit magnus. In nobilitate generis, quia Filius Altissimi vocabitur. In dignitate regiminis, quia dabit illi Dominus sedem David patris eius. In eternitate duracionis, quia regni eius non erit finis. Quinto, eructavit verbum in- | struccionis. Nam beata Maria, ut prudens anima non dubitavit de dicto, quando fiat, sed quesivit modum, qualiter concipiat et pariat dicens: Quomodo fiet istud? Angelus vero, ut fidelis nunccius docet eam et exponit modum et possibilitatem faciendi tripliciter, scilicet verbo doctrine. Spiritus Sanctus etc., quia concipies non ex virili semine, sed mistico spiramine, superveniet, id est celitus descendet, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, id est umbram faciet in te, in qua lateat splendor paterne glorie. Umbra enim fit ex lumine et corpore obiecto. Unde dicitur umbra quasi ob radium, scilicet Solis. Sic in ipsa ex lumine divinitatis et corpore porcionis carnis eius facta est umbra tegens divinitatem. Tanta enim, dicit Ber(nardus) super Cant. LX., in conceptione refulsit superni luminis claritas, ut nec ipsa virgo sustinisset, si non sibi a virtute Altissimi obumbratum foret. Exemplo proxime. Et ecce Elisabeth cognata etc. Ut scilicet disceret ex facto, quod actum est in cognata sua, ut qui dederat conceptum sterili, non dubitaretur daturus et virgini, ut dicit Leo papa. Proposito maxime non erit impossibile. Hec est enim communis animi concepcio et propositio per se nota, quod Deus omnia potest. Mt. XIX.: Omnia possibilia sunt apud Deum. Ps.: Omnia, quecunque voluit Dominus. Poteta: Immensa finem, quia potencia celi non habet et quicquid superi voluere, paratum est. Et est notandum, quod commendacionem in Virgine humilitas secuta est, quia dixit: Ecce ancilla Domini. Laudata enim virtus crescere debet in hominibus. Instruccionem obediencia, quia dixit: Fiat mihi etc. Oportet enim discentem credere, secundum dictum Aristotelis. His ita gestis angelus discessit ab ea ad celum, unde venerat. Quo et nos post eum perducatur Filius Virginis, Iesus Christus.

30 56. <DE ANNUNCIACIONE VIRGINIS GLORIOSE>
<Sermo> quartus

Auro locus est in quo conflatur, Iob XXIII. Aurum dicitur Dominus Iesus propter dignitatem, quoniam sicut aurum precellit omnia metalla, sic ipse omnes sanctos, quia ipse est Sanctus sanctorum, Deus deorum, Dominus dominorum. 35 Aurum habet puritatem in materia, claritatem in forma, ductibilitatem in opere, gravitatem in pondere. In primo intelligitur in Christo puritas cordis, in 2^o veritas oris, in 3^o dilatacio || boni operis, in quarto firmitas in pressuris. Propter puritatem dicitur arca vestita auro purissimo intus et foris, Exo. XXXVII., quia

6 verbum: M *add. et del.* structacionis 18–19 cognata: M cognata 26 Instruccionem: M
instruccionem

15 *recte* Bern. serm. in cant. 70,7; PL 183,1120A 20 Leo M. serm. 21,1; PL 54,191C 21 Mt. 19,26 22 Ps. 134,6 23 Immensa finem – *quis et ubi?* 25 Laudata enim: *cf.* Ov. Pont. 4,2,35–36 27 Aristot. soph. el. 2 32 *recte* Iob. 28,1 38 Ex. 37,1

Christus purus fuit in corde et in carne. Propter veritatem dicitur candelabrum factum ex auro purissimo, Exo. XXVIII. Candelabrum est sustentaculum luminis, significat ligum doctoris Christi, que fuit aurea claritate sapientie. Propter extensionem operis dicitur manus. Cant. V^o: Manus eius tornatiles, id est faciles expedite operando, auree, scilicet munde, operando et gloriosa faciendo, 5 plene iacintis, id est donis celestibus. Propter firmitatem in adversis dicitur vas auri solidum, id est firmum, scilicet per pacienciam, Eccli. L. Istud aurum habet locum generacionis, conflacionis, probacionis, appensionis. Locus generacionis auri est sua mineralia. Gen. II.: In terra Evilath invenitur aurum. Et dicitur a 10 naturalibus profundius generari in terra, quam alia metalla et magis propinquo- re inferno. De loco vero conflacionis auri dicitur in presenti verbo: Auro locus est etc. De loco probacionis dicitur Sap. III.: Aurum in fornace probatur. De lo- co appensionis dicitur I Esdre VIII.: Appensum est aurum in domo Dei nostri iuxta numerum et pondus suum. Sic Dominus Christus ad modum auri habuit 15 primo, locum generacionis uterum virginis in sua concepcione, que fuit terra profunda humilitate, cuius aurum, id est Filius, proximus fuit inferno in triduo mortis. Et aurum istius terre, id est Filius, est optimus dignitate generis, quia Filius Dei, Gen. II. Sed mulier Tecuites vertit figuram huius verbi, scilicet eter- ni, quia Deum eternum de se genuit temporaliter incarnatum, II Reg. XIII. Hic 20 locus sanctus est, ad cuius ornatum III^{or} contulit Dominus, scilicet castitatem in carne, caritatem in corde, credulitatem in ratione, taciturnitatem in sermone. De hiis legitur Is. LX.: Gloria Libani ad te veniet, scilicet o Virgo Beata, abies et buxus et pinus simul ad ornandum locum sanctificationis mee. Libanus inter- pretatur candidacio et castitatem designat in Virgine. Abies dicta ab eundo eo, 25 quod ceteris arboribus longius eat, caritatem designat in Virgine, que preeminet universis virtutibus. Buxus, que semper viret, fidem designat in Virgine, que in ipsa semper viruit et tunc, quando in aliis aruit. Pinus, | cuius cortex coctus in aceto confert dolori dentis, silencium designat in Virgine, cuius exemplum sanat dolorem oris, id est peccatum locucionis. Secundo, habuit locum conflacionis 30 patibulum crucis. Et sicut in loco generacionis accepit formam servi, sic in lo- co conflacionis accepit formam mali servi. Unde Ber(nardus) in sermone: Filius erat, et factus est servus, nec tantum suscepit formam servi, ut subesset, sed et mali servi, ut vapularet. Hic est locus concertacionis, ploracionis, temptacionis et horroris. Dico ergo, quod patibulum crucis primo, fuit locus concertacionis, 35 quoniam ibi pugnavit Dominus cum hoste suo, diabolo. I Reg. XIII.: Concla- mavit Saul et omnis populus, id est Pilatus et Iudei dicentes: Crucifige eum, et venerunt usque ad locum certaminis, id est crucifixionis, ut vincerentur a vic- to. Ps.: Vincas, cum iudicaris. Secundo, fuit locus ploracionis, quia ibi flevit Dominus cum suis. Iudic. II.: Elevaverunt vocem suam et fleverunt. Et voca- 40 tum est nomen loci illius flencium, sive lacrimarum. De hoc eciam dicitur Eze. VII.: Rex, id est Christus, lugebit, quia cum lacrimis et clamore obtulit seme- tipsum Deo, Hebre. V^o, et principes, id est apostoli, induentur merore, et populi

39d

4 tornatiles: M comatiles 6 iacintis: M iacentis 27 Pinus: M primus

2 recte Ex. 37,17 4 Cant. 5,14 7 Eccli. 50,10 9 Gen. 2,11 12 Sap. 3,6 13 1 Esdr. 8,33-34 18 Gen. 2,12 19 2 Reg. 14,20 22 Is. 60,13 31 Bern. serm. pass. Dom. 10; PL 183,268B 35 1 Reg. 14,20 38 Ps. 50,6 39 Iud. 2,4-5 40 Ez. 7,27 42 Hebr. 5,17

terre, id est alii discipuli et mulieres devote, turbabantur, sequebatur enim eum euntem ad crucem multitudo populi et mulieres plangentes, Lu. XXIII. Solem nube tegam, quod factum est in conceptione, quando Sol, id est Christus, tectus est nube carnis, et omnia astra celi, id est alios fideles, mereri faciam, quod factum est in passione. Ideo autem ista duo, scilicet teccionem et merorem, coniungit Spiritus Sanctus in una auctoritate, quia facta sunt in una die, quoniam qua die conceptus, in eadem die passus est. 3^o, fuit locus temptacionis. Deuter. VI.: Temptasti Deum tuum in loco temptacionis, id est in cruce, ubi temptaverunt eum promissione credulitatis sue. Mt. XXVII.: Si rex Israel est, descendat de cruce, et credimus ei. Sed noluit, ut doceret perseveranciam in penitencia. Fecit tamen maius, quia surrexit mortuus. Quarto, fuit locus horroris, quia ibi inhorruit homo et mundus. Deuter. XXXII.: Invenit eum in terra deserta a gracia in loco horroris, id est crucifixionis, quod horret naturaliter omnis homo. Gen. XV.: Cum Sol, id est Christus, occumberet, scilicet in cruce, horror magnus invasit eum. Is. XXI.: Horrui, cum audirem, tenebre, scilicet obscuracionis Solis, stupefecerunt me. Nec solum tunc homo inhorruit, sed eciam totus mundus. Unde Bern(ardus) in sermone: || Expavit tota machina mundialis, et pene in antiquum chaos sunt omnia revoluta. Sedulius: Nec terra sine clade fuit, que talia cernens funditus intremuit. Propter quod legitur Dionisius dixisse: Aut Deus nature patitur, aut machina mundana destruitur. Tercio, habuit locum probacionis tormentum plebis. Iob XXIII.: Probavit me quasi aurum. Probatur autem aurum cremacione ignis. Si minuitur, malum, si non, tunc bonum. Fricacione lapidis. Si contrahit lapidis speciem, tunc malum est, si rubet, bonum est. Percussione mallei. Si crepat ut vitrum, malum est, si tinnit, bonum. Infeccione luti. Si sordescit in luto, malum est, si non, bonum. Sic Christus probatus fuit tormento plebis tormentis dicentis. Sap. II.: Contumelia et tormentis interrogemus eum, et probemus pacienciam illius. Probaverunt autem eum, ut aurum. Primo, igne emulacionis tradentis eum per invidiam, Mt. XXIII.; quibus gravis erat eciam ad videndum propter dissimilitudinem vite sue, Sap. II. Secundo, lapide persecutionis. Io. VIII.: Tulerunt lapides, ut iacerent in eum. 3^o, malleo percussionis. Ps.: Supra dor(sum) me(um) fa(bris) caverunt. Quarto, luto vituperacionis, dicentes: Demonium habet et insanit, et Samaritanus es tu et demonium habes, Io. VIII. Et in hiis omnibus semper paciens inventus fuit. Is. XLII.: Tacui, semper silui, paciens fui. 4^o, habuit locum appensionis affectum amantis. Et quidem appensus fuit primo, a tota Trinitate. Is. XL.: Quis appendit tribus digitis molem terre? Moles terre est corpus Christi appensum tribus digitis, id est pietate Trinitatis, in qua appensione genus humanum positum est in una lance statere, Filius Dei in alia. Et amor Trinitatis ad hominem quasi preponderavit amoris Christi, quia magis voluit ipsum affligi temporaliter, quam genus humanum perire eternaliter. Secundo, a Iuda proditore. Zache. XI.: Appenderunt mercedem meam,

40a

15 Is.: M add. 1. 24 tinnit: M corr. ex tinnuit, et add. et del. malum 28 invidiam: M inviduam 38 amor: M aamor

2 Lc. 23,27 2-3 Solem nube: Ez. 32,7-8 7 Deut. 6,16 9 Mt. 27,42 12 Deut. 32,10 14 Gen. 15,12 15 Is. 21,3-4 17 Bern. serm. in fer. IV. hebdom. s. 7; PL 183,266D 18 Sedul. carm. pasch. 5,245-246; PL 19,731A 19 Ps. Dion. Areop. - ubi? 21 Iob. 23,10 26 Sap. 2,19 28 recte Mt. 27,18 29 Sap. 2,15 30 Io. 8,59 31 Ps. 128,3 32 Demonium habet: Io. 10,20 32 Io. 8,48 33 Is. 42,14 35 Is. 40,12 40 Zach. 11,12

scilicet Iude proditori. In qua appensione XXX argentei preponderaverunt in corde Iude amoris Christi, quia magis voluit habere argentum, quam Christum. Tercio, a Iudeo eligente. Iob XXVI.: Qui, scilicet Iudeus, appendit, id est comparat et appreciatur, terram, id est Barrabam, hominem terrenum, super nichilum, id est super Christum, id est plus quam Christum, quia tunc nichil valere insipientibus videbatur. Et hoc factum est, quando data opcione, quem vellent de duobus dimitti, virum homicidam petiverunt donari sibi, actorem vero vite interfecerunt, Act. III. De qua | insipientia dicit Dominus Is. XLVI.: Quem nolui, elegerunt, Glosa: Barrabam. Et ita Barrabas, qui fuit terra per peccatum, preponderavit Christo in corde Iudei. Quarto a matre diligente. Dictum est enim Eccli. XLII.: Datum tuum numera et appende. Nam Virgo dedit filium ad mortem pro voluntate Dei secundum iudicium rationis, sed datum suum, id est filium, numeravit et solum invenit. Appendit et meliorem vidit. Ideo difficulter dedit et preponderavit filium suum in corde suo eciam sibi ipsi, et voluisset mori pro filio, secundum quod dicunt illa verba dicta in persona sua: Nato, queso, parcite, matrem crucifigite. Simile habetur II Reg. II.: Ffili mi, Absolon, quis mihi det, ut ego moriar pro te?

57. <DE ANNUNCIACIONE VIRGINIS GLORIOSE>
<Sermo> quintus

In Sole posuit tabernaculum suum <Ps. XVIII.>. Hoc dictum est de Domino Christo, qui tabernaculum suum, id est corpus humanum, posuit in Sole triplici, secundum quod Sol in scripturis designat tria. Primo scilicet, Virginis dignitatem, ut hic: In Sole, id est in Virgine, posuit tabernaculum suum, id est corpus, quasi militare habitaculum, in quo expugnavit errores mundi et potestates inferni. Secundo, crucis asperitatem, ut Apo. XIX.: Vidi unum angelum stantem in Sole. Angelus stans in Sole est Christus fixus in cruce. Quod autem dicit: unum, insinuat singularitatem redemptoris et sufficienciam redemptionis. Ber(nardus) in sermone: Ea hostia, sicut sola prodesse potuit, sic sola suffecit. Tercio, patrie claritatem, ut Apo. XII.: Mulier amicta Sole, id est splendore glorie. In primo Sole, id est in Virgine, posuit tabernaculum suum, in conceptione. In secundo, id est in cruce, in passione. In 3º, id est in patria, in ascensione. Comparatur autem virgo Soli propter preeminenciam. Sol enim preeminet cunctis corporibus. Primo, in puritate essencie, quod probat principium ipsius materiale, quia factus est de luce primo creata, secundum Damascenum. 2º, in claritate forme. Eccli. XVII.: Quid lucidius Sole? Quasi di(ceret): Nichil. Excellit enim stellas et ignes in luminosa claritate. Inde dictus est Sol, quod solus luceat aliis luminaribus occultatis maiori lumine, ut dicit Damascenus. 3º, in potestate ef-

4 Barrabam: M Barnabam 4 nichilum: M nichili 9 Barrabam: M Barnabam 9 Barrabas: M Barnabas 11 numera: M munera 22 tria. Primo: M primo tria 23 posuit: M *add. al. man. sequitur*

3 Iob 26,7 8 Act. 3,15 8 *recte* Is. 66,4 10 Eccli. 42,7 15 Nato, queso: *cf. serm. 199*
16 *recte* 2 Reg. 18,33 20 Ps. 18,6 25 Apoc. 19,17 27 Bern. serm. in dom. palm. 3,3; PL 183,261B 29 Apoc. 12,1 34 Ioh. Damasc. – *ubi?* 35 Eccli. 17,30 37 Ioh. Damasc. – *ubi?*

fectus, quia est causa omnis generacio(nis). Unde in conversione Solis vernali fit plantarum germinacio, secundum Damascenum. Deuter. XXXIII.: De pomis arborum Solis, quia Sol facit arbores fructificare. Albumasar: Proprietas Solis est || significacio vite universalis. Quarto, in regularitate motus. Alii enim planete 40c
5 dicuntur habere motus compositos et multiplices, Sol autem maxime regularem et simplicem, quia nunquam declinat a linea ecliptica. Sic Beata Virgo excellit omnes sanctos ad instar Solis. Primo, in puritate nature, quoniam nullus habuit ita bona naturalia et ex toto purgata. Ideo dicitur tota esse pulchra, Cant. III., in qua non fuit macula culpe seu ignorancie vel erroris nature. Anselmus: Decebat, ut ea puritate virgo niteret, qua sub Deo maior nequit intelligi. Secundo, in claritate sapientie, quia conservabat omnia verba ewangelii in corde suo, Lu. II°. Ideo dicit Ambrosius: Quid splendidius ea, quam splendor elegit? Quasi di(ceret): Nichil. Tronus enim Christi, secundum Psalmum, est sicut Sol, quia lucet et illuminat. Tercio, in regularitate vivendi, quia nunquam declinavit a rectitudine iusticie. Dicit enim Chrisostomus super Mattheum, quod commessatrix aut vinolenta nunquam fuit, non levis, non iocosa, non cantatrix, non turpium verborum auditrix, nunquam super virum erexit oculum, nec infixit aspectum. Sibi competeat enim dicere de se: A iudiciis tuis non declinavi. 4°, in potestate efficiendi. Est enim regina mundi et domina, que sub rege regit, ut dicit
20 Glosa super verbo Psalmiste: Astitit regina. Cui competit dicere de se: In sempiternum ero domina, Is. XLVII. Ber(nardus) in sermone: Usque in novissimam supplicantibus subvenit universis. Crux comparatur Soli propter effectum combustionis, denigracionis, illuminationis et coloracionis. Ut combustio referatur ad dampnacionem mundi in gehenna, denigracio ad deformitatem Christi in pena. De vindicta crucis ad Iudeum dicitur Deuter. XXIX.: Afflixit eam Dominus, scilicet Iudeam, Solis ardore comburens, id est vindicta crucis. Is. XLII.: Succendit eam, scilicet igne materiali et tribulacionis, et non intellexit, Glosa: hoc esse in ulcionem mortis Christi. De pena crucis ad Christum dicitur Cant. I°: Decoloravit me Sol, id est pena crucis. Isaie LII.: Sic obstupuerunt super eum
30 multi, Glosa: aut passionem videntes miracula eius, sic inglorius erit inter viros aspectus eius, Glosa: in passione, quia consputus et multipliciter deformatus. De gracia crucis ad populum predestinatum dicitur Eccli. XLII.: Sol illuminans, | id est crux fidem dans, per omnia respexit, scilicet corda humana. Cassiodorus super Psalmum IIII.: Lumen vultus dicitur crux Christi, que nobis inpressa
35 est intus et exterius in fronte mentis et in fronte corporis, in signum regis nostri, principis celestis, que crux est lumen nostrum, quia in signatis cruce radiat Deus. De coloracione Christi merito crucis in gloria patet sic: Quoniam sicut Sol coronat celum in iride et decorat multiplici colore, sicut dicit Seneca De naturalibus questionibus, quod illi colores, quibus celi regio depingitur, a Sole sunt, sic Christum crux coronavit et perpetuo decoravit. Hebre. II.: Videmus 40d

18 enim: M in marg. 38 Seneca: M Seneca

2 Ioh. Damasc. fid. orth. 2,7; cf. PG 94,890B 2 Deut. 33,14 3 Albumasar – ubi? 8 Cant. 4,7 9 Anselm. Cant. concept. virg. 18; PL 158,451A 11 Lc. 2,19 12 Ambr. virg. 2,2,7; PL 16,220B 13 Ps. 88,37 15 Ioh. Chrys. – ubi? 18 A iudiciis: Ps. 118,102 20 Ps. 44,10 21 Is. 47,7 21 Bern. serm. ass. 4,8; PL 183,429A 25 Deut. 29,22–23 26 Is. 42,25 28 Cant. 1,6 29 Is. 52,14 32 Eccli. 42,16 34 cf. Cassiod. in psalm. 4,7; PL 69,50D 38 Sen. nat. 1,6,3 40 Hebr. 2,9

Iesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum. Patria comparatur Soli primo, propter claram cognicionem, que est in ea. Apo. I.: Facies eius, id est intellectus, scilicet hominis salvati, sicut Sol lucet, id est clare videt. Secundo, propter ferventem dileccionem, que est in ea. I^o Reg. XI.: Cras, id est in futuro, cum incaluerit Sol, id est fervor divini amoris se diffuderit, erit vobis salus. 3^o, propter delectantem fruicionem, que est in ea. Eccli. XI.: Dulce lumen, scilicet divinum, quo perficitur intellectus ad videndum Deum, et delectabile oculis videre Solem, id est gloriam patrie. Quarto, propter durantem incorruptionem, quia Sol est incorruptibilis et durat et post iudicium lucens septemplex magis, quam modo, Is. XXX^o. etc.

58. DE SANCTO MARCO (Sermo primus)

Leo rugiet, quis non timebit? Amos III. Apo. V.: Leo de tribu Iuda aperuit librum. Leo Grece rex interpretatur, Latine eo, quod est princeps omnium bestiarum, et significat Christum, qui est rex omnium creaturarum, qui habet potestatem apperendi librum, id est dandi intellectum scripturarum. Lu. XXIII.: Aperuit illis sensum etc. Ideo ipse rogandus est. Leo rugiet. Dicunt sancti, quod III^{or} ewangeliste figurati sunt in III^{or} animalibus, scilicet homine, leone, bove et aquila, Eze. I., et Apo. IIII. Racio vero assignacionis eorum et sufficiencia numeri sic patet: Ewangelistis commissa est scribenda Domini magnificencia, que duplex est in ipso, scilicet nature et persone. Natura iterum duplex est in eo, scilicet humana, quam describit Matheus, ideo designatur per hominem, et divina, quam Iohannes, ideo per aquilam, avem celestem. Dignitas eciam personalis duplex est in Christo, scilicet regularis, quam describit Marcus, ideo significatur in leone, qui est rex ferarum, et sacerdotalis, quam Lucas, ideo in vitulo, oblatione sacerdotali. De hiis dicitur in Glosis Eze. I^o: Quidam putant ewangelistas horum animalium designari nominibus. Per hominem Matheum, qui hominem describit dicens: Liber generacionis Iesu Christi, filii David. Facies leonis || Marci est, qui ait: Vox clamantis in deserto. Vituli refertur ad Lucam, qui a sacerdocio incepit et in templo finivit. Aquile ad Iohannem, qui ad excelsa volans ait: In principio erat Verbum. Isti quatuor impleverunt mundum doctrina veritatis, sicut III^{or} tempora constituunt annum. Sedulius: Mundum morte iacentem vivificare volens quondam terrena petisti celitus humanam dignatus sumere formam, sic aliena gerens, ut non tua linquere posses. Hic Matheus agens hominem generaliter implet. Marcus, ut alta fremit vox per deserta leonis. Iura sacerdocii Lucas tenet ore viventis. More volans aquile verbo petit astra Iohannes. Quatuor hii proceres una te voce canentes, tempora ceu totidem latum sparguntur in orbem. Isti sunt IIII fabri, qui deiciunt IIII^{or} cornua gencium, id est universos errores ma-

41a

11 tit. De sancto Marco M al. man. longe posterioris aetatis 29 ait: M arit

2 Apoc. 1,16 4 1 Reg. 11,9 6 Eccli. 11,7 10 Is. 30,26 13 Amos 3,8 13 Apoc. 5,5 16 Lc. 24,45 19 Ez. 1,5 19 Apoc. 4,6-7 27 Mt. 1,1 28 Mc. 1,3 30 Io. 1,1 32 Sedul. carn. pasch. 1,351-360; PL 19,590A

le credencium in III^{or} partibus mundi, Zach. II. Isti sunt III^{or} flumina paradisi rigantes ecclesiam. Gen. II.: Fluvius egrediebatur etc. Paradisus est ecclesia, fluvius autem est Christus, qui egreditur de virgine nascendo, et dividitur in III^{or} capita quatuor ewangelistas instituendo, qui miro sapore terram humani generis
 5 irrigaverunt. Primus prebuit lactis nutrimentum, secundus olei fomentum, 3us vini saporem, quartus melli(s) dulcorem. Lacte infantes nutriuntur, oleo infirmi curantur, vino bibentes letificantur, melle fauces dulcorantur. De ewangelio Mathei lac manat, dum Christum parvulum factum clamat. Lucas oleum fundit, dum Christi cruorem pro nobis fundi dicit. Marcus vinum propinat, quia resurreccione Christi fideles letificat. Iohannes mel distillat, dum divinitatem, que est
 10 dulcedo angelorum, mundo predicat. Ex hiis quatuor leo, id est Sanctus Marcus leone presignatus, rugiit, dum voce prophetice exclamacionis ewangelium suum incepit dicens: Inicium ewangelii Iesu Christi, sicut dixit Isaias: Vox clamantis in deserto. Ad huius rugitum debemus timere Deum nostrum, quia dicitur: Leo
 15 rugiet, quis non timebit? Et debet in nobis esse effectus timoris Domini, qui est exclusio mali. Eccli. I^o: Timor Domini expellit peccatum. Operacio boni. Eccli. XV.: Qui timet Deum, faciet bona. Sollicitudo pungens. Eccles. VII.: Qui timet Deum, nichil negligit. Promptitudo volens. Ps.: Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis. |

41b

20

59. <DE SANCTO MARCO>
 <Sermo secundus>

Examen apum erat in ore leonis et favus mellis, Iudic. XIII. Duo specialiter nobis scriptura indicit, scilicet curam nostri, Eccli. <XXX.>: Miserere anime tue. Et salutem proximi, Eccli. VII.: Mandavit unicuique de proximo. In hiis duobus
 25 tenendis et efficiendis perfectus fuit Sanctus Marcus. Et ideo primo, commendatur a sublimi vita, quantum ad curam sui in eo, quod dicitur fuisse leo. Secundo, a salubri doctrina, quantum ad curam proximi in eo, quod dicitur examen apum in ore ipsius fuisse. Dico ergo, quod in leonis natura designatur bona vita, quoniam in proprietatibus leonis inveniuntur exempla virtutum. Primo, exemplum
 30 magnificencie, quia dicit Solinus in libro De mirabilibus mundi, quod cum leones premuntur a venatoribus, pedetentim recedunt subsistentesque interdum dissimulant timorem, si in campis urgeantur. Silvestribus vero locis, ubi testem ignavie non formidant, fuga celeri se subtrahunt. Secundo, clemencie. Solinus: Circa hominem talis est natura leonis, ut nisi lesi nequeant irasci. Prostratis animalibus
 35 parant, captivos obvios redire in patriam permittunt. Hominem non nisi in fame magna perimunt. In viros potius, quam in feminas seviunt. Getule mu-

6 oleo: M olei 15 esse: M *add. et del. de* 19 nimis: M *al. man. add. sequitur* 31 premuntur: M premunt 32 testem: M restem 36 perimunt: M *add. et del. Hominem non nisi in magna fame*

1 *recte* Zach. 1,20–21 2 Gen. 2,10 13 Is. 40,3 16 Eccli. 1,27 16 Eccli. 15,1
 17 Eccli. 7,19 18 Ps. 111,1 22 Iud. 14,8 23 Eccli. 30,24 24 *recte* Eccli. 17,12
 30 Sol. 27,18–19 34 Circa hominem: Isid. orig. 12,2,6; PL 82,434B 34–35 Prostratis animalibus: Sol. 27,15–16

lieris nomen Iube regis libris inditum est, que impune rediit occursantibus sibi leonibus. Tercio, abstinentie, quia a sagina sibi parcunt, alterius diebus potum, alterius diebus cibum capiunt, ne crapula gravarentur. Si digestio non est secuta, superponunt diem carnes iusto amplius devoratas immissis unguibus extrahunt.

5 Cum fugiendum est in sacietate, idem faciunt. Quarto, cautele, quia septi a venatoribus terram contuentur, ne conspectis venabulis terreantur. Cum ambulant, cauda sua cooperiunt vestigia sua, ne eos venator inveniat. Quinto, libertas liberalitatis, quia predam suam aliis bestiis exponunt cibum extremum fastidientes. Stacius: Cum Massila per arva armenti reges magno leo fregit iatu et contentus

10 abit, rauci tunc cominus ursi, tunc avidi venere lupi, rabieque remissa lambunt degeneres aliene vulnere prede. Sexto, timiditatis. Quamvis enim sit fortissimus bestiarum, timet tamen quasdam minimas || rerum. Ambrosius VI. Examer(on): Nature hec potencia est, ut terribilia aliis sint, meticulosa aliis. Est enim donata prerogativa quedam creaturis singulis, ut quibusdam privilegiis propriis fulciantur.

15 Formidabilis tauris elefas murem timet, leo rex ferarum gallum et maxime album veretur. Isidorus in libro Ethimo(logiarum): Leones timent strepitus rotarum et magis ignes. In huius ore leonis fuit examen apum et favus mellis. In quibus verbis ostenditur duplex materia predicacionis sancti ewangeliste, scilicet materia circa quam, et materia de qua. Materia circa quam fuit multitudo populi, quia examen apum erat in ore leonis. Materia de qua fuit altitudo Christi, quia

20 favus mellis erat et in ore leonis, quoniam per suam predicacionem docuit populorum multitudinem et extulit Christi altitudinem. Dico ergo, quod examen apum est multitudo fidelium et quod boni fideles debent assimilari apibus, quoniam in natura apum inveniuntur exempla virtutum. Et primo, mundicie, quia dicit Ambrosius in Examer(on), quod apibus est integritas corporis virginalis, quoniam nec concubitu miscentur, nec libidine resolvuntur. Macrobius super sompnum Scipionis: Abest ab apibus inimica virtutis voluptas, castissime enim sunt sine labe corporis. Aristoteles VIII. Animalium: Apis est animal valde mundum, plus quam alia animalia. Secundo, obediencie. Ambrosius ibidem: Nulle e domibus

30 exire audent, nisi rex fuerit egressus et volatus sibi vendicaverit principatum, et ille, que non obtemperaverint legibus regum, mulctant se aculei sui wlnere, ut emoriantur. 3^o, misericordie. Aristoteles VIII. Animalium: Apes morantur super olivam longo tempore propter spissitudinem foliorum eius. Oliva est misericordia, in qua manendum est longo tempore tocus vite. Eccles. IX.: Oleum de capite tuo non deficiat. Quarto, mansuetudinis morum. Ambrosius: Rex apum, quod in rege precipuum est, morum mansuetudine pollet. Nam etsi aculeum habet, eo tamen non utitur ad vindicandum. Sunt enim leges nature non scripte litteris, sed impresse mentibus, ut leniores sint ad puniendum, qui maxima potestate pociuntur. Quinto, comunicacionis rerum. Ambrosius: In omni genere

40 animancium communem omnibus habent sobolem, unam omnes incolunt mansi-

41c

1 impune: M impunus 13 hec: M hic 16 veretur: M feretur 26 miscentur: M miscent

6 Cum ambulant: Isid. orig. 12,2,5; PL 82,434B 9 Stat. Theb. 11,27-31 12 Ambr. hex. 6,6,37; PL 14,270D 16 Isid. orig. 12,2,4; PL 82,434B 25 Ambr. hex. 5,21,67; PL 14,248C 26 recte Macr. sat. 7,5 28 Aristot. - ubi? 29 Ambr. hex. 5,21,68; PL 14,249B 32 Aristot. - ubi? 34 Eccle. 9,8 35 Ambr. hex. 5,21,68; PL 14,249B 39 Ambr. hex. 5,21,67; PL 14,248C

onem, communis omnibus labor, cibus et operacio, communis volatus et fructus. Virgilius in Georgicis: Ventureque iemis | memores estate laborem experiuntur et in medium quesita reponunt. Sexto, sollicitudinis operationum. Ambrosius: 41d
 5 Alie invigilant querendo victualia, alie castra custodiunt, alie futuros explorant imbres et speculantur concursus nubium et operantur opera diversa. Quedam ducunt flores, quedam mollificant ceram, quedam adducunt aquam. Favus est mel in cera et significat Christum, in quo est divinitas in humanitate. Nam mel est de rore celesti. Ambrosius: Mediis castrorum vallibus humor ille roris infunditur, paulatimque processu temporis in mella cogitur, cum fuerit liquidus ab
 10 exordio. Cera vero est de flore terrestri. Isi(dorus) in li(bro) Ethimo(logiarum): Ex variis floribus favum colligunt cerasque texunt. Sic divinitas Christi descendit ad nos de celis ad modum roris, et carnem assumpsit de carne pure matris quasi ceram faciens de floribus, et ita habuit in se dulcedinem mellis et puritatem cere. Ideo rogandus est, ut et nos pro meritis Sancti Marci dulces faciat et
 15 mundos reddat. Amen.

60. DE SANCTO PETRO MARTIRE

Sermo primus

In lumine tuo videbimus lumen (Ps. XXXV.). Sanctos predicatorum lumen appellat Is. XLIX.: Dedi te in lu(cem) gen(cium). Et quia Sanctus Petrus primus
 20 fuit inter illos et precipuus, ideo dictum Scripture de lumine possumus de ipso accipere, ut dicamus de eo ad Deum: In lumine tuo, id est in sancto isto martire, vide(bi)mus lumen, id est virtuosam vitam, conversacionem sacram. Dicit enim apostolus Efe. V.: Omne, quod manifestatur, scilicet per canonizacionem ecclesiasticam, lumen est, id est bonus et virtuosus et laudari dignus. Est autem istud lumen laudabile ex sui natura et ex suo effectu. In natura lucis III^{or}
 25 sunt commendabilia, scilicet pulchritudo et puritas, rectus incessus et velocissimus motus. Lux enim habet pulchritudinem in concordissima equalitate. Natura enim lucis simplex est et per omnia sibi similis, quapropter maxime unita est et ad se concordissime proporcionata, ut dicit Basilius. Habet rectum incessum sine irregularitate curvatis non potens de sui natura reflecti in partes oppositas,
 30 ut dicit Philosophus. Facit etiam circumquaque diffusionem sui sine inquinacione sordium. Sicut enim ignis ferrum nigrum suscipit et ignitum efficit, ferri autem proprietates non recipit, nec percusso ferro malleis aliquid patitur ignis, ita radius in locis sordidis non maculatur, ut Damascenus dicit in libro Barlaam.
 35 Preterea longissimam lineam protrahit sine morosa dilacione. Est enim motus eius subitus, quia sine temporis spacio replet spacium totius mundi, ut dicit || 42a
 Basilius in Exam(eron). In primo, scilicet in lucis convenientissima proporcionem,

22 vitam: M *suprascr. add.* et 25 effectu: M affectu 33 proprietates: M proprietas

2 Verg. georg. 4,155–156 3 Ambr. hex. 5,21,69; PL 14,250A 8 Ambr. hex. 5,21,69; PL 14,250A 10 Isid. orig. 12,7,1; PL 82,470A 18 Ps. 35,10 19 Is. 49,6 23 Eph. 5,13 29 Basil. M. – ubi? 31 Aristot. ? – ubi? 34 Ioh. Damasc. – ubi? 37 Basil. M. hex. 2,7 – cf. PG 29,46A

intelligitur in beato viro caritas et concordia, per quam sibi aptissime conveniebat Deo et proximo coniunctus erat, quia non possunt ambulare duo pariter, id est concorditer, nisi convenerit eis, scilicet per amorem, ut dicitur Amos III. In 2° scilicet in luminis recto incessu, intelligitur in eo ad Deum recta intentio, propter quam competit sibi dicere de se, quod habetur Iob XXXI.: Si vidi
 5 lu(nam) in celo clare, et le(tatum) est cor me(um) in abscondito, et os(culatus) sum ore meo ma(num) me(am). Quasi di(ceret): non feci. Luna incedens clare est vita proficiens, de qua letatur in abscondito, qui gloriatur in semetipso, et osculatur ma(num) su(am), sibi ascribendo bonum suum, quod est iniquitas,
 10 id est inequalitas, et contra lucis naturam, que rectum habet incessum. In tercio, scilicet in lucis incoinquinacione, intelligitur castitas spiritus et mundicia, quam habuit in corde et in anima, secundum quod dicit de eo Innocencius papa in forma canonizacionis sue, quod miro prefulsit nitore mundicie, et virginitatem integre custodiens nec mentis habuit, nec corporis corruptelam. In quarto,
 15 scilicet in luminis velocissimo motu, intelligitur in eo promptitudo animi et agilitas ad vera bona et obediencia sine mora, ut non tardaret agere, que Dei sunt, quia nescit tarda molimina Spiritus Sancti gracia, a quo aguntur filii Dei. Unde Baruch III.: Emittere, scilicet ad effectum predicationis, lumen, id est sanctum predicatorem, et vadit, scilicet per obedienciam, et vocat rursus, scilicet ad secretum claustrum, et obedit illi, suple: eciam in hoc. Commendabile est eciam
 20 istud lumen in suo effectum. Est autem duplex effectus. Primus est tenebras fugare. De quo effectum dicit Lu(canus): Iam lux extrema tenebras impedit. Est autem triplex tenebra, scilicet erroris, sceleris et dampnacionis. De prima Psalmista: Nesci(erunt) neque intellex(erunt). De secunda Eph. V°: Eratis aliquando tenebre, id est peccatores. Eccles. II.: Stultus in tene(bris)ambu(lat), id est in
 25 peccatis. De III Mt. XXII.: Mittite il(lum) in (tenebras). I Reg. II.: Impii in tenebris, scilicet inferni. Tenebras erroris fugavit lumine doctrine sue aliis tradite, quia fuit doctor veritatis et dies impendebat commodis animarum insistendo predicationibus et hereticum dogma validis rationibus confutando, ut dicit Innocencius. Tenebras sceleris fugavit lumine graciae sibi infuse, quoniam habuit a Deo gratiam iustificacionis. Iustificatus gratis per gratiam ipsius, ut dicitur V° Ro. Tenebras dampnacionis fugavit splendore glorificacionis sibi collate, quia dicit Glosa super illo verbo Psalmi: In splendoribus sanctorum, quia in eternitate beati erunt in splendore fulgentes sicut Sol et splendidi, ut | angeli. Secundus
 30 actus lucis est differencias rerum ostendere, quia ut dicit Aristoteles in libro De anima: Omnis color in lumine videtur et non est visibile, quod sine lumine. Sic ipse tamquam verum lumen ecclesie ostendebat differencias rerum nocivarum et expediencium erudiens nos eligere inter bonum et malum, ut abnegantes impi(etatem) et se(cularia) de(sideria) so(brie) et ius(te) vi(vamus) in hoc se(culo),
 35 Tit. II°. In hoc ergo lumine commendabili in sui natura et ex suo effectum nos

42b

1 viro: M add. 2° 4 2°: M 3° 10-11 tercio: M scuto ? 13 canonizacionis: M canoninacionis 17 molimina: lege molimina 20 obedit: M obaudit 35 ostendere: M osfendere 40 effectum: M affectum

3 Amos 3,3 5 Iob. 31,26-27 12 Innocencius IV.: vide AASS apr. XXIX. p. 701 18 Bar. 3,33 22 Lucan. 4,447 24 Ps. 81,5 24 Eph. 5,8 25 Eccle. 2,8 26 Mt. 22,13 26 1 Reg. 2,9 30 Innocencius IV.: vide AASS apr. XXIX. p. 701. 32 recte Rom. 3,24 33 Ps. 109,3 35 Aristot. an. 2,7 - cf. Hamesse 180 40 Tit. 2,12

ipsum intuentes possumus videre lumen. Est autem quadruplex lumen in sancto martire, scilicet nature, doctrine, glorie et gracie. De primo Ps.: Signatum est super nos lumen glorie, rationalis, per quam Deo similes sumus. De 2^o Ps.: Declaracio sermonum tuorum illu(minat). De 3^o Ps.: Vanum est nobis ante lucem, scilicet gracie, surgere, scilicet ad bonum operandum, quia in vanum laborat, quem gracia non adiuuat. De 4^o Ps.: Placeam coram Deo. Primum lumen habuit, quia fuit homo rationalis et discretus, secundum, quia predicator magnus et egregius, 3^m, quia sanctus et iustificatus, 4^m, quia gloria et honore coronatus.

61. <DE SANCTO PETRO MARTIRE>

<Sermo> secundus

10

Vidi: et ecce equus albus, et qui se(debat) super eum habebat arcum, et data est ei corona, et exivit vincens ut vinceret, Apo. VI. Quoniam in sapientia absco(nsa) nulla est utili(tas), Eccli. XX., ideo sanctus apostolus revelacionem sibi factam de gloria et de commendacione sanctorum predicatorum communicat omni multitudini populorum dicens: Vidi: et ecce equus albus. Nullum enim bonum est, quod non magis elucescat, si plurium noticia et probetur, ut dicit Boecius. Commendantur autem in hac sacra visione tria privilegia Sancti Petri martiris, scilicet mundicia sincerissime castitatis, noticia serenissime veritatis, victoria perversissime complacitatis. De quibus tribus dicit Ciprianus in epistola ad martires: Habet superioribus anteferri non solum mentis prudentia, sed eciam milicia corporis et mundicia castitatis. Racione conservate castitatis dicitur albi equi sessor. Albus enim equus est caro casta, et in hac significacione ponitur equus albus Apo. XIX.: Exercitus, qui sunt in celo, se(quebantur) e(um) in equis albis, Glosa: in corporibus mundis, et qui, scilicet spiritus rector, sedebat super illum, scilicet dominando carni et motibus eius, habebat arcum etc. Sciendum est autem, quod III sunt commendabilia in equis generosis, id est predicatoribus Christi, scilicet pulchritudo coloris, || fortitudo corporis, audacia cordis et agilitas pedis. Pulchritudo coloris est commendabilis in eis, ut per eam sint honesti in vita exemplari, quibus competunt illi III^{or} colores, de quibus dicitur Zach. VI.: Equi ruffi, scilicet per ardorem caritatis, albi, per nitorem castitatis, nigri, per penitencie humilitatem, varii, per virtutum diversitatem. Fortitudo corporis est commendabilis in eis, ut per eam sint robusti in virtute discurrendi. Zach. VI.: Equi robustissimi querebant ire per omnem terram. Audacia cordis, ut per eam sint animosi in bello vicii et martirii. Zach. X.: Ponet eos quasi equum glorie sue, id est victorie sue gloriose, in bello, scilicet carnis, mundi et demonis. Agilitas pedum, ut sint prompti ad obedienciam Christi. Ipsi enim sunt equi de sella regum, id est de obediencia Christi, ut dicitur Hester VI. Aba. III.: Ascendens super equos tuos. Sed eciam et equi diaboli, scilicet

42c

3 rationalis: M racionaturalis
38 equos: M equum

29 illi: M illa

31 penitencie: M corr. ex penitenciam

2 Ps. 4,7 3 Ps. 118,130 4 Ps. 126,2 6 Ps. 55,14 12 Apoc. 6,2 13 Eccli. 20,32
17 Boeth. – ubi? 19 Cypr. – ubi? 23 Apoc. 19,14 30 Zach. 6,2–3 33 Zach. 6,7
34 Zach. 10,3 37 Esther 6,8 38 Hab. 3,8

elati in honore, lascivi in voluptate, presumptuosi de sua virtute, sevi in aliorum
 persecucione. De primis equis Ps.: Hii in equis, Glosa: qui gaudent in seculari
 potencia et superbis honoribus. De secundis Ier. V^o: Equi amatores et emissarii
 facti sunt. De 3^{is} Is. XXXI^o: Ve, qui descendent in Egiptum, id est cor suum te-
 5 nebrosum, ad auxilium, scilicet querendum sperantes, in equis, Glosa: in seipsis
 fragilibus, quia equi eorum, id est membra corporis, sunt caro, id est fragilis,
 et non spiritus, id est immortalis. De quartis Orige(nes) super Exo. XV.: Om-
 nes persecutores sunt equi hinnientes et habent angelos malos assessores, quibus
 agunt. Si videris persecutorem tuum nimis sevientem, scito, quod ab assessore
 10 suo perurgetur et ideo ferus est. Racione cognite veritatis dicitur habere arcum,
 Glosa dicit: Sacram Scripturam. In hac significacione ponitur arcus, Aba. III.:
 Suscitans suscitabis arcum tuum, Glosa: revelacionem scripturarum. Hunc ar-
 cum habuit sanctus doctor in corde per meditacionem, in ore per predicacionem,
 in manu per operacionem. De primo habendi arcum sciencie dicitur Gen. IX.:
 15 Arcum meum, id est noticiam scripturarum, po(nam) in nu(bibus), id est pre-
 dicatorum mentibus, ut scilicet semper meditentur. De II^o Gen. XXVII.: Sume,
 scilicet in officio oris, ar(ma) tua, scilicet faretram et ar(cum), id est scienciam
 et eloquenciam, et egre(dere) fo(ras), scilicet ad opus doctrine, cumque vena-
 tu, scilicet predicacionis, aliquid attu(leris), scilicet convertendo, fac mihi inde
 20 pulmentum, id est delectacionem, dicit Christus, ut | come(dam), id est mihi in
 corpore per fidem et dileccionem. Unde: et oblatus est ei ministerio Petri pro-
 fera, id est rebelli heretico edus, id est habilis predicator. De III^o Iob XXIX.:
 Arcus meus, id est noticia habita de veritate, in manu mea, id est in operacione,
 semper innovabitur, scilicet de bono in melius, quia non sufficit semel bene-
 25 facere. Hic est angelus habens in manu sua libellum apertum, Glosa: omnes
 scripturas operacione sua impletas, Apo. X. Racione devicte complicitatis dici-
 tur habere coronam. Data est, inquit, ei corona, id est martirii remuneracio. Et
 subditur causa et modus dandi: et exivit, scilicet de Cumana civitate, ubi prior
 fratrum sui ordinis extitit, ut Mediolanum pergeret hereticos inquirere vincens,
 30 id est animo vincendi, ut vinceret, scilicet ipso facto. Nam dum iter salutaris
 propositi peragit, ab hereticis occiditur et sic felicitate coronatur, sicut dicitur
 Cant. III.: Coronaberis de capite Amanae, que est mons Cilicie habitatus a leo-
 nibus, 2^m Glosam, et significat superbos hereticos, in quibus habitant demones,
 pro quorum expugnacione sanctus martir est coronatus. Sciendum autem, quod
 35 est multiplex corona. Quia quidam coronantur in signum lascivie, ut iuvenes,
 quidam in signum stulticie, ut amentes, quidam in signum victorie, ut milites,
 quidam in signum excellencie, ut reges. Et secundum hoc est corona dissolu-
 tionis, de qua Sapiencie II.: Coronemus nos rosis. Dampnacionis. Is. XXII.:
 Coronabit te tribulacione. Gracie. Prover. IIII^o: Corona inclita, id est custodia
 40 gracie, proteget te. Glorie. Eccli. XLV.: Dedit illi. Et hec ultima est iterum tri-
 plex, scilicet quedam florida, quedam aurea, quedam stella. Prima est virginum,

42d

3 et emissarii: M infe... ? 8 assessores: M ascessores 9 assessore: M ascesnore

2 Ps. 19,8 3 Ier. 5,8 4 Is. 31,1 7 Orig. — ubi? 11 Hab. 3,9 14 Gen. 9,13
 16 Gen. 27,3-4 22 Iob 29,20 26 Apoc. 10,9-10 28 de Cumana civitate: cf. AASS apr.
 XXIX. p. 701 32 recte Cant. 4,8 38 Sap. 2,8 38 Is. 22,18 39 Prov. 4,9 40 Eccli.
 45,6

de qua Is. XXVIII.: Erit Dominus sertum exultacionis resi(duo) populi s(ui). Sertum est propria corona de floribus, que dicitur dari residuo populi sui, non omnibus, in signum paucitatis virginum, et quia est speciale premium. Et dicitur exultacionis, quia est gaudium quoddam procedens ex actu perfecte victorie de carne, cuius gaudii signum est, quod cantant canticum novum, Apo. 14. Secunda est martirii. Eccli. XLV.: Corona aurea. Tercia doctorum. Apo. XII.: Mulier, id est ecclesia, habet in capite suo, id est in principalibus membris suis sicut sunt doctores, coronam XII stellarum, id est remuneracionem fidei propter predicacionem XII articulorum. Et quia Sanctus Petrus fuit virgo, martir et doctor, ideo floret cum virginibus, fulget cum martiribus, lucet cum doctoribus.

62. <DE SANCTO PETRO MARTIRE> <Sermo tercius>

Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et comprehendet arator messorum, et calcator uve mittentem semen; et stil(labunt) mon(tes) dul(cedinem) et omnes ||
col(les) culti erunt, Amos ultimo. In hac prophetica predicacione dicuntur tria commendabilia de sancto martire, scilicet mundicia virginitatis, sustinencia passionis, doctrina virtutis. Racione virginitatis dicitur messor, id est eradicator desideriorum carnis. Racione predicacionis dicitur mittens semen, scilicet verbi veritatis. Racione passionis dicitur uva calcata, scilicet in prelo occisionis. In istis tribus comprehenditur perfectio victorie eius et sufficiencia glorie eius. Cum enim sint tres hostes, scilicet caro, mundus, demon, carnem vicit per castitatem, mundum per fortitudinem, diabolum per veritatem. Ideo decet eum triplex honor, scilicet aureola virginalis, excellencia magistralis, victoria triumphalis. Et hiis tribus debetur corona. De primo Sap. III^o: Casta generacio coronata triumphat. De 2^o Exo. XXV.: Super mensam fuit corona et super illam altera corona aureola. Mensa est refeccio eterna, corona aurea est remuneracio communiter omnium beatorum, corona aureola est remuneracio specialiter doctorum, qui habebunt quoddam incrementum glorie ultra alios, ut dicit Ambrosius super Paulum. De 3^o Ps.: Posuisti in ca(pite). Dicatur ergo: Ecce dies veniunt, scilicet ultimi in mundo, similes prioribus in ecclesie tormento, et comprehendet, scilicet ad mortem, arator et calcator, id est persecutor, qui dicitur arator pro cesis vlnribus, calcator pro sagwinis effusionibus, messorum, id est P(etrum) martirem, qui messuit falce penitencie de agro sui corporis spinas et tribulos viciorum, secundum quod dicitur Apo. XIII.: Misit falcem suam, id est virtutem et effectum penitencie sue, et messuit terram, scilicet carnis, separando a terrenis affeccionibus. Racione sacre mortis dicitur uva calcata. Uva est martir, qui pro Christo musta sui sagwinis fundit, sicut fecerunt Petrus et Dominicus, de quibus potest intelligi, quod legitur Gen. XL.: Videbam coram me vitem etc. Et possunt esse verba domini Innocencii: Vitis est Ordo Predicatorum, tres propagines in

43a

16 virginitatis: M virginitas 31 cesis: M cecis

1 Is. 28,5 5 Apoc. 14,3 6 Eccli. 45,14 6 Apoc. 12,1 24 Sap. 4,1-2 25 Ex. 25,25
28 Ambr. - ubi? 29 Ps. 20,4 34 Apoc. 14,15 38 Gen. 40,9-10 39 Innocentius IV. - ubi?

eo tria vota religionis. Semen sunt desideria cordium, flores mundicie cogitacionum, uva verba predicacionum et persone predicantium, qui debent maturescere per etatem et discrecionem, quia exhortacio convenit virtuoso et emerito, ut sit vir gravis, secundum Aristotelem in Ethicis. Calix Pharaonis mensura passionis ad imitationem passionis Christi. Et de hoc calice dicit: Videbam in manu mea. Quia et ipse martirio deesse non debet animo, ut sit vestimentum eius, sicut calcantium in torculari, quia gerit personam Christi, in cuius signum utitur cappa rubea, ut dicit Augustinus super Psalmum: Beati immaculati in via. Tuli uvas, id est predicatorum, scilicet Pe(trum) et Do(minicum), et expressi in calicem, scilicet | subiciendo passioni, et dedi poculum, scilicet sanguinis eorum, Pharaoni, id est Christo, qui in ipsis glorificatus est. Ratione doctrine veritatis dicitur esse mittens semen. Semen est verbum Dei, sator autem Petrus a sede apostolica ad hereticos destinatus secundum illud Gen. XXXVII.: Fratres tui, scilicet heretici, quia communicant nobiscum in sacramento, pascunt oves, scilicet seducendo homines simplices, veni, mittam te ad eos, scilicet convertendos. In cuius doctrina primo, commendatur idoneitas predicandi in ipsis doctoribus in eo, quod dicuntur montes, id est homines alti et eminentes scientia et vita. In quibus montibus erumpunt flumina, scilicet lacrimarum, et effodiuntur metalla, scilicet virtutum, Deuter. VIII. Secundo, materia debita ad predicandum pro accendendis affectibus in eo, quod dicitur: Stillabunt dulcedinem, id est suavem et delectabilem doctrinam, que dulcorat animam. Deuter. XXXIII.: Suxerunt mel de petra, id est pium affectum de predatore. Cant. IIII.: Ffavus distil(lans). Ieronimus super Is. V^o: Omnia dogmata contraria veritati amara sunt, veritas dulcis. Tercio, fructus predicacionis, Glosa: auditorum profectus in eo, quod dicitur: Omnes colles, id est alii minores, culti erunt, scilicet fide et opere. Et hoc per eorum diligenciam, quia dicit Ieronimus super Is. IIII.: Primus beatus est, qui sapit, secundus, qui sapientem audit.

63. <DE SANCTO PETRO MARTIRE> <Sermo quartus>

30 Arcum meum ponam in nu(bibus), Gen. IX. Nubes sunt predicatorum, in quibus Dominus ponit arcum, id est noticiam veritatis. Et hoc est signum federis, id est dileccionis ipsius ad homines, quia per hoc, quod doctoribus dat idoneitatem et sufficienciam docendi per collatam scientiam, oportet, quot curat de salute hominum. Comparatur autem sanctus predicator nubi propter IIII^{or}. Nubes enim est levis, quantum ad motum. Eccli. XLIII.: Evolverunt nebule sicut aves. Sublimis, quantum ad situm. Is. XIII.: Ascendam super al(titudinem) nubium. Utilis, quantum ad effectum. Ps.: Operit ce(lum) nubi(bus) et parat. Subtilis, quantum ad aspectum. Generatur enim ex vaporibus et fumis subtilibus resolu-

24 Glosa: M glosus 30 post ponam in: M iter

4 Aristot. – ubi? 5 Videbam in: Gen. 40,11 8 Aug. – ubi? 8–9 Tuli uvas: Gen. 40,11
13 Gen. 37,13 19 Deut. 8,7 et 9 21 recte Deut. 32,13 22 Cant. 4,11 23 Hier. in Is.
5,20; PL 24,88B 26 Hier. in Is. 3,3; PL 24,61C 30 Gen. 9,13 35 Eccli. 43,15 36 Is.
14,14 37 Ps. 146,8

- tis ex terra et aqua. Amos IX.: Vocat aquas maris, Glosa: etereo calore suspendit. Levitas refertur in sancto viro ad peccati immunitatem, quia non habuit gravitatem peccati mortalis, sicut testatur Papa in privilegio suo, quod nullius mortalis criminis sensit corruptelam, sicut asseritur a fidelibus confessoribus suis. Sublimitas ad conversacionis altitudinem. Phi. III.: Nostra conversa(cio). Dan. II.: Quorum con- || versacio non est cum hominibus. Socrates: Scando Solem aere- 43c
 5 remque despicio. Utilitas ad hominis profusionem. Iob XXXVI.: Effundit imbres ad instar gurgitis. Subtilitas ad intelligencie prospicitatem. Iob XXVII.: Omne preciosum. Hanc nubem decoravit Dominus arcu celesti, id est cognicione
 10 scripturarum. Dicitur autem Sacra Scriptura arcus primo, quia arcet adversarios fidei. Nam arcus dictus est ab arcendo, id est repellendo adversarios, ut dicit Papias, sic Sacra Scriptura repellit adversarios ecclesie. Cant. III.: Collum tuum, id est predicator, qui cibos doctrine mittit in corpus ecclesie et quo mediante
 15 membra iunguntur capiti Deo, sicut turris, propter inexpugnabilem constanciam, David, id est Christi, que edifi(cata) est, scilicet ad tutelam fidelium, cum propugna(culis), id est irrefragabilibus scripturarum sentenciis, que de longe ab incursantibus defendit, mille clipei, id est perfecte defensiones, clipeus enim a clupendo, id est abscondendo, pendent ex ea, id est ex eius suffragio, omnis armatura for(cium), id est sanctarum mencium. Secundo, quia continet plures
 20 modos exponendi. Dicitur enim arcus alio modo ab arcuacione, id est curvacione, quia sicut manna, ad quod quisque vole(bat), convertebat, Sap. XVI. Sic ipsa curvatur, inflectitur ad diversas expositiones. Ideo dicitur Prover. XXV.: Aufer rubiginem, id est littere superficiem, de arge(nte), id est sacro eloquio, et egre(dietur) vas purissim(um), id est invenies sensum spiritualem latuisse sub
 25 velamento littere. Sunt autem quattuor modi exponendi in Sacra Scriptura. Omnis enim sensus sacre scripture vel est litteralis, et dicitur istoricus. Est autem istoria, ut dicit Plinius, testis temporis, lux veritatis, magistra vite, vita memorie, nunccius vetustatis. Vel est spiritualis. Et iste vel docet, quid credendum et dicitur allegoricus, et est ad informacionem virtutis affirmative, vel docet, quid
 30 faciendum et dicitur tropologicus, id est moralis, et est ad informacionem virtutis operative. Preterea sciendum est, quot in sancto martire isto etas ecclesie est innovata. Iob XXXIII.: Consumpta est caro eius a sup(pliciis), scilicet in martiribus primicorum fidelium, revertatur ad dies ado(lescencie) su(e), scilicet in
 35 imperfectionibus hereticorum hominum, ut scilicet sicut institui cepit in sagwine in Stephano, sic in sagwine consummetur in Petro, ut iuventus sua sit similis senectuti sue, ut dicitur Deuter. XXXIII. Ulterius honestas ecclesie cumulata erat enim temporibus nostris candida in operibus fidelium, nunc facta est purpurea in sagwine martiris illius, que duo sunt de excellenti | pulchritudine ecclesie 43d
 40 istius. Ideo dicitur byssus et purpurea esse indu(men)tum eius, Prover. ultimo. Cyprianus in epistola ad martires: O, beatam ecclesiam nostram, quam sic honor divine dignacionis illustrat, floribus illius nec lilia nec rose desunt. In celesti-

3 nullius: M ullis 28 spiritualis: M specialis

1 Amos. 9,6 3 Innocentius IV.: vide AASS apr. XXIX. p. 701 5 Phil. 3,20 5 Dan. 2,11
 6 Socrates – ubi? 7 Iob 36,27 8 recte Iob 28,10 12 Papias – ubi? 12 Cant. 4,4
 21 Sap. 16,21 22 Prov. 25,4 27 Plin. – ubi? 32 Iob 33,25 36 Deut. 33,25 39 Prov.
 31,22 40 Cypr. epist. 8; PL 4,255B

- bus castris et pax et acies habent flores suos, quibus miles Christi ad gloriam coronatur. Ulterius numerositas ecclesie est augmentata, quia non solum convertit vivens, sed etiam moriens, et post mortem ad similitudinem arboris precise, ubi una succisa plures rami pululant in radice eius, sic uno martire moriente
 5 mille alii credebant, ut invenitur in legendis sanctorum et significa(ta) Exo. 1^o: Quanto opprimebantur, tanto magis multiplicabantur.

64. <DE SANCTO PETRO MARTIRE>
 <Sermo quintus>

- In multitudine videbor bonus et in bello fortis, Sap. VIII. Beatus Petrus fuit
 10 dotatus donis sapientie tam subtiliter, ut in se esset honestus conversatione et contra adversarios robustus in passione. Ideo conpetit sibi dicere de se, quod nunc propositum est: In multitudine etc. In quibus verbis duo commendant eum, scilicet vita exemplaris et victoria triumphalis. Racione vite honeste dicit de se: In multitudine, Glosa: fidelium, videbor bonus, id est honestus, compositus et
 15 morigeratus, secundum illud I Reg. XXI.: Bonus es in oculis meis sicut angelus dei. Act. VII.: Intuebantur vultum eius tamquam vultum angeli. Et hoc propter excellentem virtutem honestatis et mansuetudinis. Sunt enim quidam homines, qui propter morum pietatem et animi dulcedinem dicuntur angelici et divini, secundum quod dicit Aristoteles VII. Heticorum: quod sicut Deus supergreditur
 20 genus nature bonitatis, que est hominis, cum non sit bonus eo modo, quo homo, ita quidam homines propter excellentem virtutem bonitatis superexcellunt naturam humanam et talis bonitas est virtus, de qua dicitur, quod sit divina. Fuit autem bonus in animo. Eccli. XLV.: In bonitate anime sue pla(cuit) Deo. In verbo. Mt. XII.: Bonus homo de bono etc. Eccli. VI.: Ligua eucha(ris), id
 25 est graciosus. In facto. Sicut ille, de quo dicitur II Paral. XXXI.: Operatus est bonum in cultura domus Domini. Bonitas anime consistit in tribus. In virtute credulitatis, II Paral. XXX^o: Habebat intelligenciam super Do(mino) bonam. Sap. 1^o: Sentite de Do(mino). In suavitate amoris. Ier. VI.: Interrogate de semitis antiquis, id est virtutibus, que sit via bona, scilicet caritas, et ambulate in
 30 ea, scilicet diligendo dulciter. Unde et bonitas proprie dicitur dulcedo animi, secundum Glosam Lu. XXIII. Ideo ubi dicitur in littera nostra: Bonitatem doce me, alia littera dicit: Suavitatem. In sublimitate contemplacionis. Unde I^o Reg. IX.: Saul dicitur fuisse electus et bonus, pro tanto, quia ab humero, accionis, per caput, contemplacionis, super omnes eminebat. || Verbum etiam dicitur bonum
 35 tripliciter esse, scilicet racione materie, de qua agit, ut scilicet loquatur de rebus honestis, mundis et decentibus, secundum illud II Reg. XV.: Videntur mihi sermo(nes) tui boni et iusti. Racione efficientis, a quo procedit, quia a Deo bono. II Reg. XX.: Bonus est sermo Domini, quem locutus est. Ber(nardus) super Cant.

44a

12 commendat: M add. et del. se

5 Ex. 1,12 9 Sap. 8,15 15 1 Reg. 29,9 16 Act. 6,15 19 Aristot. – ubi? 23 Eccli. 45,29 24 Mt. 12,35 24 Eccli. 6,5 25 2 Par. 31,20–21 27 2 Par. 30,22 28 Sap. 1,1
 28 Ier. 6,16 31 Bonitatem doce: Ps. 118,66 32 1 Reg. 9,2 36 2 Reg. 15,3 38 recte 4
 Reg. 20,19 38 Bern. serm. in cant. 13,7; PL 183,838A

- XIII.: Si verbum bonum et bene prompseris, Christus dedit tibi os et sapientiam, nam lingua tua quid est, nisi calamus scribe? Racione finis, quem intendit, ut scilicet fiat ad edificacionem. Ephe. III.: Bonus sermo procedit ex verbis ad edifi(cacionem) fidei, ut det gratiam audientibus. In facto similiter tria debent
- 5 esse, que ipsum faciunt esse bonum, scilicet potencia primi actoris, sine quo nichil possumus facere, 1^a Tim. VI.: Prestat nobis divites fieri in operibus bonis. Finis per ministerium agentis, ut scilicet fiat propter bonum. Col. III.: Omne quod facitis in verbo aut in opere, omnia in gloriam Dei facite. Finalis perseverancia in ipsis, quia non sufficit incipere. Iob XXXVI.: Conplebunt dies suos in
- 10 bono. Exo. II.: Complete opus vestrum. Sed a malis hec omnia removentur, qui sunt contrarii bono. Iob XX.: Nichil remansit de bonis eius, scilicet nec bonum cordis, quia cor fatui quasi vas etc., Eccli. XXI.: Nec bonum oris. Ier. VIII.: Nemo, quod bonum est, loquitur. Nec bonum operis. Ps.: Non est, qui faciat bonum. Istis competit dicere de se: Peccata nostra prohibu(erunt) bonum a nobis.
- 15 Ier. VI. Istis clamat Dominus Ier. VI.: Bonas facite vias vestras. Racione optente victorie dicit de se: et fortis in bello, Glosa: adversariorum. Et quia tres dicuntur esse fortes, scilicet rex, vinum et mulier, II Esdre. III^o, ideo possumus hic dicere, quod sanctus martir habuit fortitudinem regis per luculenciam racionis, quia dicitur Prover. XX.: Rex, id est ratio, que habet dominium in regno anime,
- 20 cum sedet in solio, id est quando est in virtute regiminis sui subiciendo vires inferiores, tunc intuitu suo, id est circumspeccione sua, dissi(pat) omne ma(lum), id est concupiscenciam, causam omnis mali. Secundum quod dicitur, quod bona est lex, que cum concupiscenciam proibet, omne malum prohibet. Habuit etiam fortitudinem vini per potenciam sermonis, quia vinum immutat mentem
- 25 hominis, quoniam ut dicit Aristoteles in Ethicis: In ebrietate bone spei fiunt. Sic sermones eius multorum mentes immutaverunt in bonitatem spei, ut debite sperarent precedentibus operibus, quoniam spes est expectacio beatitudinis proveniens ex meritis, ut dicit Augustinus. Habuit etiam fortitudinem mulieris per efficaciam racionis. Nam mulier ex eo dicitur, quod mollit herum, id est iratum
- 30 Dominum. I Reg. XXV.: Abigail emollivit cor David, ne interficeret Nabal. Sic ipse oracionibus suis placat | iram Dei peccatoribus, secundum quod dicitur in Psalmo: Dixit, ut disperderet, ecce ira Dei ad peccatores, si non Moy(ses) electus eius ste(tisset), ecce oracio sancti pro peccatoribus. Ad talem fortitudinem perducit hominem fides ostendens remuneracionem II Paral. III.: Confortentur
- 35 manus vestre, erit enim merces operi vestro. Spes roborans pusillanimitatem. Is. XXIX.: In spe erit fortitudo vestra. Is. XL.: Qui sperant in Domino, mutabunt forti(tudinem). Ut si fortes fuerint in carnalibus primo, postea erunt in spiritualibus. Amor inflammans affectionem. Cant. VIII.: Fortis est ut mors dileccio. Augustinus in libro De moribus ecclesie: Ffortitudo est amor facile tollerans
- 40 omnia propter id, quod amatur.

1 prompseris: M promiseris 12 cordis: M corde 30 emollivit: M emolluit

3 Eph. 4,29 6 1 Tim. 6,17–18 7 Col. 3,17 9 Iob. 36,11 10 recte Ex. 5,13 11 Iob 20,21 12 Eccli. 21,17 12 Ier. 8,6 13 Ps. 13,3 15 recte Ier. 5,25 15 recte Ier. 7,3
17 recte 3 Esdr. 3,10–12 19 Prov. 20,8 25 Aristot. eth. Nic. 3,11 28 Aug. – ubi? 30 1 Reg. 25,32–34 32 Ps. 105,23 34 recte 2 Par. 15,7 35 recte Is. 30,15 36 Is. 40,31
38 Cant. 8,6 39 Aug. mor. eccl. 1,15,25; PL 32,1322

65. (DE SANCTIS PHILIPPO ET IACOBO)
(Sermo primus)

Virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Domini nostri, et gracia magna erat in omnibus illis, Act. IIII. In verbis istis ostenditur
5 diligencia apostolorum in officio predicacionis et sufficiencia ipsorum ad predicandum. Racione diligencie dicitur de ipsis, quod testimonium resurrectionis Domini nostri reddebant cum virtute magna, id est instancia et sollicitudine mirabili. Ffuerunt autem dominice resurrectionis testes veraces, efficaces, stabiles, longanimes. Unde dico, quod fuit in eis quadruplex virtus. Primo, veritatis
10 per sapienciam, quia testificabantur visa oculis, sicut dicit Petrus Act. X.: Suscitavit eum et dedit eum manifestum fieri testi(bus) preor(dinatis) nobis etc. Et eritis michi testes. Secundo, virtus operis per potenciam, quia confirmabant dictum suum sequentibus signis miraculorum, Mt. XVI. 1^a Cor. II.: Predicacio nostra fuit ad vos in ostensione spiritus et virtutis, Glosa: Ostendi me habere Spiritum Sanctum per operationem miraculorum. Tercio, virtus stabilitatis per pacienciam, quia suppliciis superari non potuerunt. Unde dixerunt Act. V^o.: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Deus suscitavit Iesum. Et nos tes(timonium) sumus horum verborum. Et sic accipitur virtus in presenti verbo, quando dicitur: redde(bant) testimonium virtute magna, id est constancia
20 invincibili. Ideo potest intelligi, quia dicit Boecius IIII. Consol(acionum): Quidam suppliciis inexpugnabiles exemplum ceteris pretulerunt invictam malis esse virtutem. Propter hanc invincibilem constanciam signati sunt ipsi apostoli per VII angelos vestitos lapide, Apo. XV. Septenarius numerus, ut dicit Gregorius in Mora(libus), II apud sapientes mundi quadam racione sua perfectus habetur, 44c
25 consumatur enim ex primo pari et primo impari. Par numerus est, ut dicit Euclides, qui in duo equa dividi potest, ut quaternarius. Inpar numerus est, qui in duo equa dividi non potest mutata impediende seccionem, ut ternarius. Septenarius ergo, qui constat ex primo pariter pari et primo impari, hoc est ex quaternario et ternario, perfectus numerus est, et ideo in universitatem designat. Septem ergo
30 angeli sunt universi annunciatores verbi Dei, qui exierunt de templo, id est de cenaculo sancto, quando dispersi sunt per mundum vestiti lapide, id est virtute constancie. Et quia illa constancia virtutis servabat eos a malis et promovebat in bonis, ideo additur mundo, scilicet a viciis, et candido, scilicet virtutibus. Hoc est quod dicit Psalmus: Bene paci(entes) erunt. Quarto, virtus longanimitatis (per) perseveranciam, quia testati sunt usque ad mortem, sicut dicit Paulus
35 Act. XXX.: Auxilio adiutus Dei sto usque in hodiernum diem testificans si per quod passibilis Christus, si per quod et nunc sapiencie, est primus ex resurrectione mortuorum. De hac virtute dicitur Eccli. XLVI.: Dedit illi fortitudinem, et usque in senec(tutem) perman(sit) illi virtus. Racione idoneitatis et sufficiencie

1 tit. *al. man. longe posterioris aetatis add.* Sanctorum Philippi et Iacobi 8-9 stabiles: M animabiles? 17 Obedire: M Obediencia 25 consumatur enim ex primo pari: M *falso del.* 31 sancto: M Syon 31 dispersi: M disperdi 34 Quarto: M Quanto

4 Act. 4,33 10 Act. 10,40-41 12 Et eritis: Act. 1,8 13 *recte* Mc. 16,20 13 1 Cor. 2,4 16 Act. 5,29-30 *et* 32 20 Boeth. cons. 4, prosa 6; PL 63,819A 23 Apoc. 15,6 23 Greg. M. moral. 35,8,15; PL 76,757D 26 Euclides - *ubi?* 34 Ps. 91,15 36 *recte* Act. 26,22-23 38 Eccli. 46,11

dicitur, quod gracia magna erat in omnibus illis. Ideo poterant predicare, quia gracia est adiutorium infirmitatis humane, ut dicit Chrisostomus. Propter quod dicitur II Tim. II.: Confortare in gracia Dei. Hec fecit apostolos loqui in predicatione discrete, devote, gracie et oportune. Discrete per intellectum, quorum
 5 sermo erat in gracia sale, scilicet discrecionis, conditus, ut scirent unicuique respondere, Col. III. Devote per affectum, in cuius signum datus est eis Spiritus in igne et liguis, ut ardentem loquerentur, Act. II. Gracie, quantum ad acceptationem plebis, quia in eis habundabat lingua eucharis, id est gracie, Eccli. VI. Sofo. III.: Reddam populis, id est apostolis, labium elect(um), id est graciosum. Oportune, quantum ad convenienciam temporis, in cuius signum spiritus prophetarum dicitur esse subiectus prophetis, I Cor. XIII. Quoniam non convenit, sicut faciebat spiritus fanaticus in divitiis gentilium. Et quod dicitur II Tim. III.: Insta oportune, importune. Hoc intelligitur non quo | ad loquentem, ut quasi ille sit importunus, sed quo ad iudicium tediosi auditoris, cum videtur esse
 15 importunus.

44d

66. <DE SANCTO PHILIPPO ET IACOBO>
 <Sermo secundus>

Duo ubera parva sicut duo hinnuli capree gemelli, qui pascuntur in liliis, do(nec) aspi(ret) di(es), et inclinentur umbre, Cant. III. Sap. XVIII.: Parentum
 20 magnalia, id est apostolorum virtutes, erant scripta, id est in scripturis expressa, in quatuor ordinibus, id est in III^{or} commendacionibus eorum, que comprehenduntur in verbo proposito. Duo ubera etc. Ordine primo, commendat in eis sanctam doctrinam per hoc, quod dicit ipsos esse ubera ecclesie. Secundo, honestam vitam per hoc, quod comparat eos hinnulis capree. Tercio, utriusque consonanciam per hoc, quod dicit eos gemellos fuisse. Quarto, in utroque perseveranciam per hoc, quod dicit: donec aspi(ret) di(es). Dico ergo, quod duo apostoli, scilicet Philippus et Iacobus dicuntur ubera, quia ministraverunt alimenta doctrine, sicut ubera prebent alimenta lactis infancie. Quamobrem dicit Christus de ipsis Zach. XI.: Assumpsi mihi, scilicet vocando in apostolatam, duas virgas, id est apostolos, et pavi gregem, scilicet alimento doctrine spiritualis. Notandum autem, quod ubera sedent in pectore, quod est locus sapiencie. Oracius in epistolis: Non tu corpus eras sine pectore, id est sapiencia. Quia pastor debet sedere in loco auditorii et sic proponere. Iob XXIII.: Viri intelligen(tes) lo(quantur) mihi. Pectus et armus erant partes sacerdotis, ut sapiens esset in scripturis et fortis in malis
 35 perferendis, Le. VI. Aliter non bene auditur. Oracius in Poetria: Male si mandata loquaris, aut dormitabo aut ridebo. Preterea ubera emulcta plus habundant lacte,

3 Confortare: M Confortate 11 prophetis: M prophetas 14 sed quo ad iudicium tediosi
 M falso del. 29 apostolatam: M add. id est 31 Oracius: M Oramus 32 eras: M
 eius 32-33 auditorii: M audii 34 sacerdotis: M sacerdotes 35 Oracius: M Oremus
 36 dormitabo: M dormirabo

2 Ioh. Chrys. - ubi? 3 2 Tim. 2,1 6 recte Col. 4,6 7 Act. 2,3-4 8 Eccli. 6,5
 9 Soph. 3,9 11 1 Cor. 14,32 12 2 Tim. 4,2 19 Cant. 4,5-6 19 Sap. 18,24 28 Zach.
 11,7 31 Hor. epist. 1,4,6 33 recte Iob 34,34 35 recte Lev. 10,15 35 Hor. epist.
 2,3,104-105

secundum dictum Sapientis: Si plus ma(nn)a nutrit, solet esse plenior. Animalia enim amissis fetibus et lac amittunt. Sic doctrina spiritus data multiplicatur, quia qui docet, discit, ut dicit Aristoteles. Tullius: Sciencia distributa suscipit incrementum. Sed quidam habent ubera arencia, Ose. IX.; qui non docent, cum
5 debeant. Sed quia vita moralis non potest sustentari sine pabulo refeccionis spiritualis, ideo consequitur: ubera. Ecclesie comparantur hinnulis pascentibus in liliis, cum dicitur: sicut hinnuli etc. Dicuntur autem lilia precepta mandatorum. III Reg. VII.: Super capita columpnarum, id est sanctorum, opus in modum lilii posuit, quia Deus precepta vite sanctis prescripsit, que dicuntur habere super
10 capita propter reverenciam, ut dicit Glosa Mt. XI. Exempla sanctorum. || Lu. XII.: Considerate etc. Ager est Christus homo, in quo absconditur thesaurus desiderabilis deitatis, cuius lilia sunt sancti innocencia candidi, qui crescunt meritis et exemplis. Mundicia precordiorum. Eccli. XXXIX.: Florete flores quasi li(lium). Flores sunt anime, que tunc florent ad modum lilii, quando habent mundiciam
15 interiorum. Sentencia scripturarum. Cant. III.: Dilectus descendit in ortum, ut lilia colli, quando sanctus doctor assumit de scripturis puras sentencias. In hiis liliis pascuntur, id est delectantur et fruuntur hinnuli, id est sancti, qui comparantur hinnulis, qui sunt timidi corde et canes fugiunt secundum illud poeticum: Canes latroni signa dedere, ille fugit. Sic sancti canes fugiunt, id est demones
20 et malorum societates. Prover. III.: Ne placeat tibi ma(lorum) via, fu(ge) ab ea et desere e(am). Item sunt veloces cursu et montem conscendunt. Cant. VIII.: Assimilare hinnulo cervorum super mon(tes) aro(matum). Sic sancti conscendunt de valle mundi in montem virtutum. Unde dicit Glosa Cant. III., quod hinnuli sunt fideles, qui veloci cursu operacionis de valle lacrimarum volant.
25 Perspicaces visu et acute prospiciunt. Prover. VI.: Erue quasi damula, Glosa: damula Grece dicitur dorcas a videndo, nitidum animal velox cursu, acerrimum visu. Sic sancti acerrime prospiciunt intelligendo Deum et divina. Iob XXVIII.: Omne preciosum. Industri sensu et herbas medicinales cognoscunt. Cant. II.: Adiuro vos per capreas. Glosa: que medela congrua sit vulneribus, cognoscunt,
30 Cant. II. Dicit enim Isi(dorus), quod dictamnus herba ab ipsis prodita est, que tante potencie est, ut hinnuli sagitta percussi eius pabulo ferrum a corpore eiciant. Sagitta est culpa, Ps.: Quoniam sagitte tue, quam eiciunt sancti medela penitencie, Act. III.: Penitemini, ut dele(antur) v(estra) peccata. Utriusque conveniencia, scilicet vite et doctrine notatur in eo, quod dicuntur fuisse gemelli,
35 scilicet gestati uno utero matris gracie per intencionem in moribus et sermonibus conformem, secundum quod legitur de ipsis in figura Exo. XXV.: Facies duos cherubin, id est duos apostolos plenos sapiencia contemplacionis et perfectos decore conversacionis, aureos, per caritatem, ductiles, per obedienciam, qui expandunt alas, scilicet proteccionis, operientes oraculum, id est ecclesiam,
40 scilicet exponendo se pro ea, respiciantque se mutuo, scilicet vitam et verba in omnibus conformando secundum illud: Confirmet os operosa manus, versis vul-

45a

15 interiorum: M interiorum 16 assumit: M corr. ex assumpsit 143.41–144.1 vultibus: M multibus

1 Si plus – quis et ubi? 3 Aristot. – ubi? 3 Cic. – ubi? – cf. Hildebertus epist. 1; PL 171,143A 4 Ose. 9,14 8 3 Reg. 7,19 10 Lc. 12,27 13 Eccli. 39,19 15 Cant. 4,16 19 Canes latroni – quis et ubi? 20 Prov. 4,14 21 Cant. 8,14 25 Prov. 6,5 27 Iob 28,10 28 Cant. 2,7 30 Isid. orig. 17,9; PL 82,627B 32 Ps. 37,3 33 Act. 3,19 36 Ex. 25,17–18 et 20 41 Confirmet os – quis et ubi?

tibus, id est directis intencionibus, in propiciatorium, id est Christum. Isti sunt
 gemelli, quos parit Iude, id est Christo, Thamar, | domi vidua, id est ecclesia. 45b
 Gen. XXXIII.: In ipsa autem effusione infancium unus, scilicet Philippus, protu-
 lit manum, prius extendendo ad Christum, quia prius vocatus est ad apostolatum,
 5 in qua obstetrix, id est divina gracia, ligavit coccinum, id est fide passionis et
 caritatem patientis, sed retraxit manum, in suscepcone regiminis ecclesie Ie-
 rosolimorum, et alter statim egressus est, scilicet Iacobus, quia prelatus est in
 fastigio dignitatis propter evidenciam sanctitatis, ob quam amabatur et ab adver-
 sariis, ut legitur in historiis. Et primus vocatus est Zara, id est Oriens, scilicet
 10 fide illuminando, et alter Phares, id est divisio, scilicet a mundo separando. Isti
 ergo hinnuli gemelli pasti sunt in liliis, donec aspiret dies future felicitatis et in-
 clinarentur umbre presentis mortalitatis. In quo ostenditur eorum perseverancia;
 quam qui habuerit, salvus erit, Mt. X.

67. DE INVENCIONE SANCTE CRUCIS

(Sermo primus)

15

Produxit Deus de humo omne lignum pul(chrum) visu et ad ves(cendum)
 sua(ve), lignum eciam vite in medio pa(radisi) lignumque sciencie boni et mali,
 Gen. II. Dicit Sanctus Augustinus, quot nemo potest transire mare huius secu-
 li nisi portatus cruce. Hac de necessitate pariter et utilitate produxit Dominus
 20 de humo omne lignum, id est sanctam crucem, quod factum est ad litteram
 in invencione sancte crucis. Unde in verbis istis notatur crucis invencio per
 hoc, quod dicit: Produxit Deus. Crucis commendacio per hoc, quod dicit: om-
 ne lignum. Crucis reposicio per hoc, quod dicit: in medio pa(radisi). Est ergo
 sensus: Lignum pulchrum et su(ave), lignum vite et sciencie produxit de humo
 25 et reposuit in paradiso. Siquidem quesivit crucem Sancta Helena ex vehemen-
 ti desiderio, secundum quod dicitur: Helena Sancta dixit ad Iudeam: Comple
 desiderium meum etc. Commendavit autem Sacra Scriptura cum ingenti pre-
 conio. Eze. XXXI.: Elevata est altitudo eius super omnia ligna regionis. Sed
 reposuit eadem mulier sancta cum honore mirifico componens, secundum Glo-
 30 sam, crucem auro et lapidibus preciosis et collocans eam in loculo argenteo
 Ierosolimis. Ad declaracionem invencionis eius duo designantur, scilicet modus
 inveniendi et locus invencionis. Modus inveniendi fuit miraculosus, qui innuitur
 in hoc verbo: Produxit, scilicet miraculorum ostensione. Locus autem invenci-
 onis fuit ignominiosus, quod innuitur in hoc verbo: Produxit de humo. Fuit || 45c
 35 autem crux sub humo terre et ignorancie. De humo terre produxit Deus loci
 commocione, secundum quod dicitur: Cum orasset Iudas etc. De humo ignoran-
 cie produxit infirmi sanacionem. Nam ad tactum crucis dominice mulier infirma
 convaluit et sic regina testificata fuit, quenam esset de tribus crux. Post inven-

11 felicitatis: M felicitates 28 XXXI.: M add. et del. XI.

3 recte Gen. 38,27 7 prelatus est – ubi? 13 Mt. 10,22 18 Gen. 2,9 18 Aug. in evang.
 Ioh. 2,2; PL 35,1389 26 Helena Sancta – quis et ubi? 28 Ez. 31,5 36 Cum orasset – quis
 et ubi?

cionem sequitur commendacio. Commendatur autem a magnitudine utilitas et ab altitudine dignitas. Utilitatem exhibet in multiplici beneficio, ad quod designandum dicitur: omne lignum. Dicitur autem sic non ratione subpositorum, sed ratione attributorum. Habet enim omnium lignorum bonas proprietates, scilicet beneficiorum quantitatem, virtutum sublimitatem, fructuum ubertatem. De quibus habetur Dan. III.: Ecce arbor in medio terre, magna et fort(is), proceritas eius contingens celum, aspectus eius usque ad ter(minos) ter(re), fo(lia) eius pul(ch) e(r)rima, fruc(tus) eius ni(mius), sub ea habitant bes(tie), in ra(mis) eius vo(lucres) et es(ca) univer(sorum) in ea. Iste arbor est crux Domini stans in medio terre, id est Ierosolimis, que est medium terre, quasi umbilicus mundi, secundum Glosam super illo verbo: Operatus est. Quod etiam innuitur Eze. XXXVIII., ubi dicitur, quod populus Iudaicus cepit esse habitator umbilici terre, per quod declaratur communitas beneficiorum eius ad omnes, quod enim in medio est, equaliter distat ab omnibus circumferencie partibus, secundum Glosam super verbo Psalmi: Deus in medio eius. Magna et fortis, ad subiuciosos demones et omnem virtutem inimici. Augustinus: Signum Christi excludit a nobis exterminatorem. Is. XXX.: Pavebit Assur. Proceritas eius contingit celum, quoniam ipsa est scala peccatorum, per quam Christus, rex ce(li) ad se traxit omnia. Io. XII.: Ego si exaltatus fuero. Aspectus eius pertingit usque ad ter(minos) ter(re), quia in omnem terram exivit sonus predicacionis crucis. Folia eius pul(chra), scilicet illa verba, que dixit Christus in cruce Patri: Dimitte illis, Lu. 23. Fructus eius ni(mius), scilicet conversi de toto mundo, de quibus dicitur: Ecce mundus totus, Io. XI. Scilicet sub ea habitant bestie, id est gentiles, et volucres, id est Iudeorum patres. Esca omnium in ea, scilicet Dominus Iesus panis de celo descendit et dans vitam mundo, Io. VI. Dignitatem vero accipit a Christo in se suspenso, ad quod designandum dicitur esse lignum pulchrum visu, ad ves(cendum) sua(ve), lignum vite et sciencie. Ut pulchritudo referatur ad conversacionem, suavitas ad refeccionem, vita ad affectionem, sciencia ad cognicionem. Ibi ergo commendatur per revelacionem ad eum, qui in ea pependit et laus cont(in)enti redundat in laudem continentis, secundum dictum Sancti Andree: O bona crux, que deco(rem) et pulchri(tudinem) de membris Domini suscepisti. Habuit autem Dominus Iesus pulchritudinem conversacionis in mundo, cuius pulchritudo describitur II Mach. XV., ubi dicitur, quod Ieremias vidit virum bonum, benignum vultu, verecundum visu, moribus modestum, eloquio decorum et in virtutibus exercitatum. Habuit suavitatem refeccionis in sacramento. Est enim panis de celo prestitus omne delectamentum in se habens et omnis sapor(is) suavitatem, Sap. XVI. Propter quod instrumentum passionis eius dicitur pulchrum et suave. Habuit etiam donum sanctitatis in affectu, propter quod dicitur lignum vite, id est vivens in se et vivificans alios. Prover. III.: Lignum vite est hiis etc. Habuit etiam lumen veritatis, intellectum, propter quod dicitur lignum sciencie boni et mali. Boni quidem, ut apprehendatur per amorem, quia rem incognitam nullus amare potest, secundum Augustinum X. De Tri(nitate).

45d

3 sic: M iter. 26 a Christo: M iter. 41 Boni: M Bonum

6 Dan. 4,7-9 11 Ez. 38,12 15 Ps. 45,6 16 Aug. in evang. Ioh. 50,2; PL 35,1759 17 Is. 30,31 19 Io. 12,32 22 Lc. 23,34 23 recte Io. 12,19 25 Io. 6,33 31 bona - quis et ubi? 33 2 Mach. 15,12 37 Sap. 16,20 39 Prov. 3,18 42 Aug. trin. 10,1,1; PL 42,971

Mali autem, ut evitetur per detestationem. Cognicio enim mali deesse bono non potest, cum non possit vitari malum, nisi cognitum, secundum Boecium in Topi(cis). Crucem ergo quesitam ardentem et commendatam excellentem reponamus in locum suum reverenter, scilicet in medio paradisi. Reponitur autem in medio
 5 triplicis paradisi, scilicet Ierosolimitane ecclesie, sacre consciencie et angelice curie. In primo paradiso reponitur per localem situationem, de quali positione habetur in legenda invencionis eius. In 2^o, per devotam recordationem, de qua dicitur Cant. II.: Ffasciculus mirre, id est amaritudo crucis, inter ubera mea commo(rabitur). In tercio, per eternam glorificationem, de quali positione dicit
 10 Chrisostomus super Mattheum, omelia LXXVI.: In iudicio crux solaribus radiis multo luculentior erit. Si enim corporalia immutabuntur ut elementa, que corruptibilia sunt, multo forcius crux, que fuit instrumentum nostre redemptionis. Per quod videtur habere quamdam dignitatem et congruenciam ad permanendum, sicut elementa etc.

15

68. (DE INVENCIONE CRUCIS)

2^{us} sermo

Sicut exalta(vit) Moy(ses) serpen(tem) etc., Io. III. Eccli. IIII.: Sapiencia, id est Christus, filiis suis, id est auditoribus suis, scilicet Nichodemo et aliis, vitam inspiravit, id est passionem suam revelavit, per quam vivit homo. Abac. II.: Iustus meus. Sicut patet in presenti verbo: Sicut exalta(vit). Revelavit autem ut rem secretam, ut honestam, ut commodam. Ut quidem secretam revelavit, quia aperte
 20 non explanavit, sed adduxit figuram veterem effectum || passionis significantem dicens: Sicut exal(tavit). Sciendum autem est, quod misterium crucis latuit in figurarum occultatione, in parcium compositione. Dico, quod crux fuit figurata in re legali, naturali, artificiali et mirabili. In re legali, ut in altari holocausti, Exo. XXVII. Quoniam sicut in illo altari cremabantur carnes holocaustorum, sic in cruce cremata fuit caro Christi igne passionis vehementi. Levi. IX.: Carnes eius cremabunt igne extra castra. In re naturali, ut in arbore. Dan. IIII.: Arbor stabat in medio terre. Cuius arboris misterium expositum est in illo sermone:
 25 Produxit Dominus de humo. In re mirabili, ut virga Aaron, Numeri XVII., que fuit arida, postea floruit et fructus protulit. Sic Christus fuit aridus in cruce extracto sagwine corporis per flagella et quinque vulnera. Ps.: Copiosa aput Deum redemptio. Ber(nardus) (super) Cant. XXII.: Prorsus copiosa, quia non gutta, sed unda sagwinis largiter per V^e partes corporis eius emanavit. II Mach. XV.:
 30 Sagwis eius magno fluxu defluebat. Sed floruit in resurrectione. Ps.: Et refloruit caro mea. Quia primo floruerat per innocentiam, sed refloruit per gloriam, fructus protulit in gencium congregatione. Ier. XVII.: Nec unquam desinet. In re artificiali, ut serpente eneo, de quo nunc dicitur: Sicut exaltavit etc. Serpens eneus figuram habuit serpentis, sed non naturam, id est venenum. Sic Christus

46a

2 Boeth. — ubi? 8 recte Cant. 1,12 10 Ioh. Chrys. hom. in Matth. 76,5; cf. PG 57,698
 17 Io. 3,14 17 Eccli. 4,12 19 Hab. 2,4 26 Ex. 27,1 27 Lev. 9,11 28 Dan. 4,7
 30 Produxit Dominus: vide serm. 67. 30 Num. 17,10 32 Ps. 129,7 33 Bern. serm. in
 cant. 22,7; PL 183,881B 34 recte 2 Mach. 14,45 35 Ps. 27,7 37 Ier. 17,8

in similitudine carnis peccati apparuit, sed peccatum non habuit. Unde Leo in sermone de natali: Assumpta est de matre Domini natura, non culpa, quia in- violata virginitas substanciam ministravit, concupiscenciam nescivit. Creata est forma servi sine condicione servili, et novus homo sic contemperatus est veteri,
5 ut veritatem susciperet generis et vicium excluderet vetustatis. Ffuit autem uti- litas istius figure sanacio aspiciencium, quia Dominus Iesus, medicus spiritualis constituit medicinam in factis, in verbis, in rebus. In factis triplicibus, scilicet in aspectu amantis. Numeri XVI.: Aspicientes serpentem, id est Christum in cruce, sanabantur a morsibus serpen- cium, id est temptationibus demonum. Zach. XIII.:
10 Aspicient ad me et plangent se. In tactu adversitatis. Iob V^o: Percutit et manus eius sa(nabunt). Mt. VIII.: Tetigit socrum Simonis et di(misit) eam fe(bris), id est invasio tribulacionis. In ablucione humilitatis. IIII Reg. V^o: Lepra in Naaman est corruptio in pectore, sanatur ablucione Iordanis, id est virtute humilitatis, quoniam Iordanis humilis descensus interpretatur. Ps.: Asperges me. In verbis
15 triplicibus, scilicet oracionis. | Gen. XX.: Abimelec percussus infirmitate sterili- tatis sanatus est oracione Abrae, et Maria oracione Moysi, Numeri XII. Abimelec notat steriles a bona operatione, Maria fluentes viciorum corrupcione. Confessi- onis. Ps.: Sana animam m(eam). Boecius: Si opem medicantis expectas, oportet, ut vulnus, scilicet peccati, detegas, scilicet per confessionem. Predicacionis. Ps.:
20 Misit verbum su(um) et sa(navit eos). Sap. XVI.: Neque herba. Mt. X.: Misit dis(cipulos) su(os) predi(care) et sanare infirmos. Per quod patet, quod predica- cio est medicina spiritualis. In rebus triplicibus. Primo, in felle et iecore, Thob. VI. Cecitas est peccatum, sanatur iecore, id est amore boni. Iecur enim sedes est amoris, secundum quod dicitur: Cogit amare iecur. Et felle, id est fervore ire zeli
25 contra malum, quia dictum est: Fel commovet iras. Secundo, in vino et oleo, Lu. X. Wlneratus est peccator, sanatur vino, pungitur compuncionis et oleo alliciti- ve promissionis. Tercio, in vase et sale, IIII Reg. II. Aqua est populus, corruptio eius consuetudo peccandi, vas novum innovacio vite, sal increpacio discipline, per que sanatur populus a sterilitate occiositatis et morte criminis. Latuit eciam
30 misterium crucis in parcium conposicione. Ffuerunt autem IIII partes in cruce, scilicet pes de cedro, stipes de cipresso, brachia de palma, tabula tituli de oliva. Cedrus excedit altitudine, cipressus odore, palma durabilitate, oliva suavitate. In cedro notatur eminencia paupertatis, in cipresso medicina austeritatis, in palma incorruptio puritatis, in oliva dulcedo pietatis. Qui autem habet, ille comprehen- dit misterium crucis. Eph. III.: Comprehendatis, que sit latitudo etc. Latuit eciam
35 in linearum disposicione, quia in cruce ab uno puncto, qui est in medio, proce- dunt linee IIII, scilicet sursum, deorsum, dextrorsum et sinistrorsum. Et huius disposicionis misterium comprehenditur cum a voluntate nostra. IIII^{or} affeccio- nes ordinantur, scilicet sursum, ut diligamus Deum super omnia, deorsum, ut
40 timeamus eius iudicia, dextrorsum, ut speremus eius promissa, sinistrorsum, ut

46b

15 Abimelec: M Amelec
cedo: M *corr. ex* ducedo

30 misterium: M ministerium

32 Cedrus: M Credrus

34 dul-

1 Leo M. serm. 22,3; PL 54,196C 8 *recte* Num. 21,9 9 *recte* Zach. 12,10 10 Iob 5,18
11 Mt. 8,14-15 12 4 Reg. 5,10 14 Ps. 50,9 15 Gen. 20,17 16 Num. 12,13 18 Ps.
40,5 18 Boeth. cons. 1, prosa 4; PL 63,614A 19 Ps. 106,20 20 Sap. 16,12 20 Mt.
10,7-8 22 Tob. 6,5 25 Lc. 10,34 27 4 Reg. 2,20 35 Eph. 3,18

defleamus nostra peccata. Et ita patet, quod Christus revelavit passionem suam
 ut rem mysticam, et occultam, quia eius virtus || latebat in figuris, in partibus et
 lineis. Revelavit etiam ut rem honestam, quia non dixit: oportet crucifigi, sed
 exaltari. Congruit autem crucifixioni Domini, ut dicatur exaltatio magis quam
 5 crucifixio in facto. (Primo), quia crux ad litteram erigebatur et confixus in ea
 exaltabatur. Is. XXX.: Nunc exaltabor, Glosa: in cruce, propter quod et alta fieri
 solebat. Hester V.: Iussit parare excelsam cru(cem) haben(tem) altitudinis quin-
 quaginta cubitos. Secundo, propter honestiorem modum exprimendi in verbo.
 Dicit enim Isi(dorus) in libro Ethi(mologiarum), quod in causis maioribus, nisi
 10 de Deo vel hominum salute referimus, plus magnificencie et fulgoris est exhi-
 bendum, et propter humilitatem sordidi vocabuli vitandum, translatis nominibus
 est utendum. Sicut nunc exaltari ponitur pro crucifigi, ne si dixisset: oportet cru-
 cifigi, homo imperitus horreret et contempneret et credere renueret pro eo, quod
 dicitur Deuter. XXI.: Maledictus omnis. Tercio, propter rationem alcioris glo-
 15 rie consecute in regno, quia crucem consecuta est exaltatio. Phil. II.: Humiliavit
 etc. Propter quod Deus illum exal(tavit). Hilarius X. De Tri(nitate): Cui crux
 consensus ad Deum et redditus ad regnum fuit? Sed cum hoc verbum: oportet,
 videatur notare necessitatem, videtur secundum hoc, quod passio Christi fuit
 20 necessitatis, non voluntatis. Lu. XXIII.: Oportuit pati et ita intrare, quasi aliter
 non potuisset. Et est dicendum, quod secundum Philosophum in Methaph(isica):
 Est necessitas secundum causam formalem, ut ignem calefacere. Secundum ma-
 terialem, ut calidum in summo fieri ignem. Secundum efficientem, ut lapidem
 impulsu moveri. Secundum finalem, ut serram esse dentatam ad incidendum. Se-
 25 cundum causam efficientem non fuit necessitas in Christo paciendi, quia nulla
 causa creata poterat eum cogere ad moriendum. Io. X.: Nemo tollit. Nec secun-
 dum causam formalem, quia illa non potest prohiberi, nec est voluntaria. Dicit
 enim Damascenus, quod passiones etsi secundum legem nature fiebant in Chri-
 sto, non tamen coacte, sed voluntarie. Nec secundum materialem, quia illa est
 30 necessitas extracta ex vicio propagacionis, id est fediate originis, qua caruit
 Christus nova nativitate generatus, | quia inviolata virginitas substantiam mi-
 nistravit, concupiscenciam nescivit. Sed fuit in eo necessitas secundum causam
 finalem, scilicet ut nos salvaremur. Hebre. IX.: Morte intercedente in redemp-
 tionem, Glosa: mors necessaria erat, ut redimeremur. Hebre. II.: Decebat eum
 35 per passionem consumari, Glosa: nisi Christus moreretur, homo non redimere-
 tur et non redemptus periret. Hoc tamen intelligendum est presupposito decreto
 Dei et de potestate ordinata sive relata ad prescienciam et propositum Dei, qui
 sic voluit fieri, cum aliter posset salvare. Hi de sacramentis. In potestate Dei
 est preter ista hominem salvare, sed cum conveniencior modus iste fuit secun-
 dum Augustinum. Revelavit etiam ut rem commodam et fructuosam, quia dixit,
 40 ut omnis, qui credit in ipsum etc. Ubi ostenditur, quod beneficium crucis au-
 fert malum, quia credens non perit, et confert bonum, quia credens vivit. De

35 est: M add. et del. de 37 potestate: M corr.

6 recte Is. 33,10 7 Esther 5,14 9 Isid. etym. 2,17,2 et 2,20,1 14 Deut. 21,23 15 Phil.
 2,8-9 16 Hil. trin. 10,33; PL 10,370A 19 Lc. 24,26 20 Aristot. - ubi? 25 Io. 10,18
 27 Ioh. Damasc. - ubi? 30 inviolata virginitas: Leo M. serm. 22,3; PL 54,196C 32 Hebr.
 9,15 33 Hebr. 2,10 37 Hi ? de sacramentis - quis et ubi? 39 Aug. - ubi?

primo Ro. III.: Mortuus est propter delicta nostra, scilicet auferenda. De secundo I Io. V^o: Vitam eternam habetis, qui creditis in Filium Dei. Hilar(ius) III. De Tri(nitate): Filius Dei moritur, sed omnis caro vivificatur. Queritur autem, quid sit vita eterna, et a quo causetur effective, et cuius sit ut subiecti.

5 Ad primum dico, quod vita eterna est visio Dei. Io. XVII.: Hec est vita eterna. Dionisius De di(vinis) no(minibus): Vita est processio theophaniarum, id est divinarum illuminacionum, quibus intellectus creatus elevatur et perficitur ad videndum Deum, sicut dicit Psalmus: In lumine tuo, id est a Te dato, scilicet in lumine glorie, videbimus lumen, id est essenciam tuam. Et licet plura

10 sint in vita eterna preter visionem, scilicet dileccio et comprehensio, sive tenecio sive fruicio per apropiacionem. Nam fruicio ista tria conplectitur, quoniam omnes virtutes, que habent per gratiam actum ad Deum, habebunt per gloriam actum in Deum. Unde rationalis, cuius est modo credere per fidem, tunc videbit aperte. Concupiscibilis, cuius est amare, tunc diligit perfecte. Irascibilis, cuius

15 est erigi et inniti per spem, tunc tenebit continue. Et secundum hos actus diligenter tres dotes. Tamen, quia isti actus sunt coniuncti et connexi, quoniam qui perfecte videt, perfecte amat et perfecte habet. Ideo propter connexionem, quod est omnis, attribuitur uni, scilicet visioni, cum dicitur: Hec est vita eterna etc. Et magis visioni, quam in visione distinguitur status vie a statu patrie, quia visio

20 est tantum in patria, in via autem credulitas dicitur non visio, sed dileccio est utrobique. Ad secundum dico, quod \parallel datur a Deo, qui est fons vite et qui dat vitam omnibus et inspiracionem, Act. XVII. Philosophus in libro De causis: Vita est processio ex ente primo et quieto. Augustinus De vera religione: Nulla vita est, que non sit ex Deo, quia Deus est summa vita et ipse est fons vite.

25 Dionisius VI. De di(vinis) no(minibus): Ex vita eterna disseminatur vivere ad omnia vita participancia. Et omnis vita et vivificativus motus est ex vita, que est super omnem vitam et esse principium omnis vite. Ad 3^m dico, quod Dei et electorum ipsius. Vivit autem Deus vita non per differenciam a substantia sua, sed ipse est sua vita et suum vivere. Quia enim vita est vigor internus et vivere

30 est quoddam vigere, secundum Ber(nardum) De libero ar(bitrio). Et ipse est in plena actualitate et vigore nichil habens admixtum de possibilitate, ideo dicitur vivere perfectissime, sicut ipse dicit Numeri XIII.: Vivo ego, dicit Dominus III Reg. XVIII. Vivit Dominus, ante cuius (vultum) sto. Eccli. XVIII.: Qui vivit in eternum. Unde et per vitam differebat ab omnibus falsis diis. Dan. XIII.: Non

35 colo idola, id est manufacta, sed vivum Deum. Est eciam per ipsum in electis suis, quia est forma sive actus precipuus maxime essentialis substantie spirituali, scilicet angelo et anime rationali. Ideo dicit Mt. XXVI., quod iusti ibunt in vitam eternam. Dat autem Deus vitam eternam credentibus. Io. III.: Qui credit in Fi(lium) Dei, habet vi(tam) eter(nam). Obedientibus. Io. X.: Oves mee vo(cem) etc., et ego vi(tam) eter(nam). Penitentibus. Ezech. XVIII.: Cum averterit se im-

40

47a

29 vigor: M add. et del. quid 31 actualitate: M auctualitate

1 Rom. 4,25 2 I Io. 5,13 2 Hil. trin. 3,15; PL 10,84B 5 Io. 17,3 6 Ps. Dion. Areop. – ubi? 8 Ps. 35,10 22 Act. 17,25 22 Ps. Aristot. Liber de causis 17,145 23 Aug. vera relig. 11,21; PL 34,131 25 Ps. Dion. Areop. div. nom. 6,1; Dionysiaca 368, 370–371 30 Bern. lib. arb. 2,3; PL 182,1003A 32 Num. 14,21 33 3 Reg. 18,15 33 Eccli. 18,1 34 Dan. 14,4 37 recte Mt. 25,46 38 Io. 3,26 39 Io. 10,27–28 40 Ez. 18,27–28

pⁱus a pec<catⁱs> suis et ege<rit> pe<nitenciam>, vi<ta> vivet et non mo<rietur>. Indigentibus. Mt. XIX.: Vos qui reli<quistis> omnia, vit<am> eter<nam> possidebit<is>. Supplicantes. Ps.: Vi<ta> pe<ccatⁱ a te> etc. Perseverantibus. Tho. II.: Vitam illam expec<ta>mus, quam Deus daturus est hiis, qui fi<dem> etc. Et quia
 5 dicit Philosophus, quod recto rectum cognoscimus et oblitum et privaciones per habitus, ideo si scimus, quibus dat, scimus eciam ab oppositis, quibus non dat, scilicet perfidis, qui non credunt, obstinatis, qui non penitent, repletis, qui non indigent, indevotis, qui non orant, inconstantibus, qui non perseverant, rebellibus, qui non obediunt. De primo Io. III.: Qui incredulus est Filio, non vide<bi>t
 10 vitam. De secundis Eze. XVIII.: Si fecerit iniquitatem, numquid vivet? Et de aliis, quibus omnibus dicitur II. Mach. VII.: Eis ad vitam resurreccio non erit. Et quidem vivit naturaliter post mortem omnis | malus, quia anima immortalis est. Unde Ambrosius in libro De bono mortis: Sicut nix calorem non recipit, sed statim resolvitur, et lux tenebras non admittit, sed statim discutit, infuso enim
 15 lumine tenebrarum horror aufertur, et admoto igne nivium rigor desinit, ita anima, que vitam creat, mortem non recipit, sed sic miserabiliter vivit, ut ipsam vincat vita necem plusve cladis habens. 47b

69. DE SANCTO IOHANNE EWANGELISTA

Inpingwasti in oleo caput meum etc., et misericordia tua subsequetur me etc.,
 20 et ut inhabi<tem> in do<mo> Do<mini> etc. (Ps. XXII.) Veritas hic in sacra dicta inpleta fuit in sancto apostolo Christi, quando missus fuit in doleum ferventis olei, de quo Domino se protegente exivit illesus. Peramplius autem et perfectius inpleta fuit in eo, quando a fonte sapiencie, que est Verbum Dei in excelsis, accepit gratiam et scienciam, ut esset ipse secundus post Christum plenus gratie et veritatis. Interpretatur autem Iohannes „cui donatum est” Ideo in verbis
 25 istis ostenditur que et quanta sint ei donata. Quia donavit ei Deus habundanciam gratie, custodiam misericordie, possessionem patrie. Ffuit ergo donatus multiplici gratia, ideo dicit: Inpiggwasti etc. Fuit conservatus finali gratia, ideo dicit: misericordia tua subsequatur me, Glosa: misericordia subsequetur ad custodiam precedencium. Fuit remuneratus pro temporali gratia, ideo dicit: inhabi<tem> in do<mo> Do<mini>. De hiis dicitur in epistola: Implevit eum spiritu sapiencie et intellectus, ecce habundancia gratie. Firmabitur in illo et non flecte<tur>, ecce custodia misericordie. Stola glorie induit eum, ecce adeptio glorie. Ffuit autem Sanctus Iohannes donatus duplici gratia, scilicet gratia caritatis in affectu, et
 35 gratia veritatis in intellectu. Hec sunt in epistola panis vite quantum ad caritatem, intellectus quantum ad veritatem. Caritas fecit eum hominem sanctum, veritas eum constituit egregium predicatorem. Caritas in affectu dicitur inpiggwacio capitis, veritas in intellectu dicitur inebriacio calicis. De primo dicit: Inpiggwasti in

9 Filio: M Filius

2 Mt. 19,29 3 Ps. 20,5 3 Tob. 2,18 5 Aristot. ? – ubi? 9 Io. 3,36 10 Ez. 18,21
 11 2 Mach. 7,14 13 Ambr. bon. mort. 9,42; PL 14,587A 20 Ps. 22,5–6 31 Implevit eum: Eccli. 15,5

oleo caput meum, Glosa dicit: Caput vir iustus mentem suam, cuius inpingwacio est ab oleo, id est caritate. Dicitur autem caritas oleum ea ratione, quod oleum est insigne honoris. Eo enim reges inunguntur ad dignitatem. III Reg. I^o: Assumpsit cornu olei et unxit Salomonem. Sic caritas exaltat ad salutem et coronat.

5 || Cant. III.: Coronaberis de capite Ama(na), Glosa: Ideo dabo tibi coronam, quia preparasti mihi in te locum dileccionis. Est preterea materia luminis, quod probatur ex eo, quia prudentes virgines acce(perunt) ole(um) in vasis suis cum lampa(dibus), quia ignis lampadis nutritur oleo. Sic caritas illuminat mentes et illustrat, sicut sol mundum. Iud. V^o: Qui diligunt te, ita rutilent sicut splendor

10 solis. Augustinus: Ille novit quicque latet, quicque patet in divinis paginis, qui caritatem tenet in moribus. Est preterea sapor oris, quia condit cibos, quot probatur ex eo, quod Salomon dabat Iram XX milia choros olei in cibum domui eius, 3 Reg. V^o. Sic caritas est dulcor anime et sapor affectus signata in favo mellis, quem gustavit Ionathas in summitate virge, id est in principali affectione, 1

15 Reg. XIII. Hanc inpingwacionem desiderabat Psalmista dicens: Sicut adipe etc. Oleo ergo in capite inpingwatur, qui in affectu dulcoratur, in intellectu illuminatur et in celo coronatur. De secundo dicit: Calix meus inebrians quam preclarus est. Calix est sermo divinus et dicitur calix ea ratione, quia debet dari mensurate pro viribus dantis, ut talia dicat, que intelligit, ut sit doctrina sua facilis,

20 quoniam que melius intelligimus, melius et proferimus, secundum Ieronimum et in eo benefacit, quod non intelligit. Secundum Cassiodorum super illo verbo: Psallite sapienter. Et pro viribus accipientis, ut talia dicat, ad qualia apti sunt auditores sui. Quia non omnes omnia possunt portare et intelligere. Io. XVI.: Multa habeo. Ut impleatur in eis, quot dicit Psalmus: Dies dici, Glosa: perfectus perfectus, eructat verbum, id est altam sapienciam, que est de divinis, et nox, id est predicator, quia imperfectus, nocti, id est imperfecto, indicat scienciam, id est erudicionem de moribus. Huic calici, id est veritati doctrine adiunguntur due condiciones commendabiles, scilicet inebriacio et preclaritas. Et per primum intelligitur effectus verbi Dei in presenti. Quoniam sicut inebriatus vino

30 materiali non tenet secretum amici, secundum Oracium in Sermonibus: Conditam nam verax aperit precordia Liber, sic inebriatus verbo Dei non debet tenere secretum peccati, sed aperire per confessionem, ut impleatur in eo, quod dicitur Prover. ultimo: Nullum secretum est etc. In secundo notatur effectus verbi Dei in futuro: quam preclarus est, quasi valde clarus est, Glosa: quia deducit ad claritatem eternam. | Sap. VI.: Sapiencia deducit ad regnum perpetuum. Dan. XII.: Qui docti fue(rint), ful(gebunt) etc. Misericordia tua subsequetur me. Hic dicendum est ad commendacionem misericordie Dei, quod prevenit misericordia Dei conversionem, ut bonum velit, secundum quod dicit Psalmus: Misericordia eius preveniet. Subsequitur autem, ne frustra velit, sicut nunc dicitur: Misericordia tua subse(quetur) me. Preveniendo informat ipsam animam, subsequendo con-

6 quod: M quia 13-14 favo mellis: M famellis 22 viribus: M in marg. 38 Psalmus: M Philosophus

3 3 Reg. 1,39 5 Cant. 4,8 7 prudentes virgines: Mt. 25,4 9 Iud. 5,31 10 Aug. serm. 350,3; PL 39,1534 13 3 Reg. 5,11 15 1 Reg. 14,43 15 Ps. 62,6 20 Hier. - ubi? 21 Cassiod. in psalm. 46,8; PL 70,335A 23 non omnes: Walther 18141a 23 Io. 16,12 24 Ps. 18,3 30 Hor. sat. 1,4,89 33 Prov. 31,4 35 Sap. 6,21 35 Dan. 12,3 38 Ps. 58,11

firmat liberum arbitrium ad operandum. Unde Augustinus: Prevenit, ut velimus, subsequitur, ne frustra velimus. Et ut inhabitem. Hic dicendum est ad commendacionem domus, quot est ampla magnitudine, Baruc 3.: O Israel, quam magna domus, et ideo multos capit. Zach. II.: Absque muro habitabitur Ierusalem pre multitudine hominum. Videtur autem, quod sursum sit infinitus, quia dicit: excelsus et immensus et non habet finem. Sed probat Aristoteles nullum corpus esse infinite magnitudinis. Ideo dico, quod est finitus. Sed qua quantitate, hoc sciunt illi, qui ibi sunt. Et quod dicit: immensus etc., potest intelligi non absolute, sed respective, sicut linea respectu puncti est immensa, quia respectu eius est infinita, id est sine mensura estimabili. Similiter se habet terra ad celum, ut punctus ad circulum. Decora pulchritudine, Numeri XXIII.: Quam pulchra sunt tabernacula tua, ut val(les) ne(morose), ideo delectat habitatores suos. Ps.: Domine, dilexi etc. Ps.: Quam dilecta ta(bernacula), concu(piscit) et defi(cit) etc. Habet autem pulchritudinem ab actore, quia pulchritudo mundi descendit a pulchritudine prima, sicut patet ex libro XI. Confessionum: Tu fecisti ea, qui pulcher es, ideo pulchra sunt. Non tamen ita, sicut tu et conditor eorum. Boecius De consol(acione): Pulchrum pulcherrimus ipse mundum mente gerens similique imagine formans. Sap. XIII.: Speciei generator hic omnia constituit, et dominator eorum speciosior est illis. A natura, quia essencia domus Dei, id est celi empirei, est lux. Lux autem in corporibus pulchrior est. Et sicut est corpus minimam habens nobilitatem propter habundanciam opacitatis, scilicet terra, ita est corpus maximam habens nobilitatem propter habundanciam luminositatis, scilicet empireum. Ab ornato. Isi(dorus): Celum dicitur eo, quod tamquam vas celatum habeat lumina stellarum veluti signa. Sed empireum habet nobiliorem ornatum, scilicet spiritualem, id est Christum et virginem et angelos et sanctas animas. Quieta stabilitate. Mt. VII.: Vir sapiens, id est Christus, edificavit domum suam, id est celestem || patriam, super fir(mam) petram, id est eternam stabilitatem. Hebre. XI.: Expectabat civitatem, Glosa: celestem, habentem fundamenta, Glosa: quia stabilis est, confirma. Is. XXX.: Tabernaculum quod est, nequaquam transferri poterit. Est enim locus fruencium deputatus pacatissime quieti, et ideo non conpetit sibi motus. Ps.: Non commovebitur in eternum etc. Omne enim, quot localiter movetur, habet locum, sed empireum non habet locum, secundum quod locus dicitur superficies corporis ambientis rem, sed fundatur in seipso. Unde Aristoteles (in) libro De celo et mundo: Non est locus extra celum neque imple(cio) neque vacuitas nec tempus, neque mutatur omnino, sed fixum est. Lucida claritate. Unde et empireum dicitur, id est igneum non ab ardore, sed a splendore, ubi Deus constituit lucidissimas mansiones, ubi tot sunt soles, quot sunt salvati. Mt. XIII.: Ffulgebunt iusti. Est enim locus contemplacioni deputatus. Contemplantes autem debent esse in lumine, ideo per convenienciam appositos in eo debet esse plenus lumine, sicut dicitur in apocriphis Esdre: Lux perpetua lucebit etc. Sap. 18.: Sanctis tuis magna erit lux. Exo.

48a

8 hoc: M hic 16 qui: M ut 17 ipse: M ipsum 31 non conpetit: M corr. ex conpetit non

1 Aug. enchir. 32,9; PL 40,248 3 Bar. 3,24-25 4 Zach. 2,4 6 Aristot. - ubi? 11 Num. 24,5-6 13 Ps. 25,8 13 Ps. 83,2 15 Aug. conf. 11,4,6; PL 32,811 17 Boeth. cons. 3, metr. 9; PL 63,758B 18 Sap. 13,3 23 Isid. orig. 13,4,1; PL 82,474A 26 Mt. 7,24
28 Hebr. 11,10 29 recte Is. 33,20 31 Ps. 124,1 34 Aristot. - ubi? 38 Mt. 13,43
41 4 Esdr. 2,35 41 Sap. 18,1 41 Ex. 10,23

X.: Ubi cumque habitabant etc. Et quia lux detegit dedecora, Stacius: Exoritur pudibunda dies, patuere furores nocturni, ideo soli mundi cum suo mundatore ibi ponuntur, in quibus non est macula. Lu. XI.: Pueri mei. Sancti dicuntur pueri ob puritatem, non etatem. Is. LVI.: Eunuchis, id est hominibus mundis, qui elegerunt, que volui, Glosa: continenciam, dabo in do(mo) mea locum. Opulenta bonorum ubertate, Ps.: Gloria et divicie, ideo sufficit habitatoribus suis. Ps.: Replebimur in bonis. Ps.: Inebriabuntur, id est replebuntur, et torrente vo(luptatis) t(ue), id est delectacionis tue, que dicitur torrens non ideo, ut sit transitoria beatitudo, sed copiosa, potabis eos, et poteris, quoniam apud te est fons vite, id est principium omnis boni. Distincta premiorum diversitate. Io. 14.: In domo Patris, sicut in civitatibus terrenis, sunt distincte mansiones civium. Est autem mansio finis ultimi apprehensio. Et diversi modi consequendi finem ultimum dicuntur diverse mansiones, ut sic unitas domus respondeat unitati beatitudinis, que est ex parte obiecti, id est Dei, pluralitas mansionum respondeat difference, que erit ex parte beatorum. Sicut videmus in locis corporalibus, quod omnia levia tendunt sursum, sed ut namque quod pertingit propinquius secundum | quod est levius. Et sicut ignis est nobilissimus corporum specie, cum unus altero subtilior, sic ex parte obiecti felicitas una est et sine gradibus, sed ex parte participancium sunt gradus et difference, quoniam habitus perficiens ad illam participacionem, scilicet lumen glorie, perfectior erit in uno, quam in alio. Et quod dicitur unus denarius dari omnibus, Mt. XX., intelligitur de parte Dei, qui omnibus ostendit essenciam suam, sed unusquisque ipsam aspiciet secundum modum suum, et sic nulla a stella differt in claritate, I Cor. XV^o etc.

48b

70. DE SANCTO DOMINICO (Sermo primus)

25

Ego quasi Libanus non incisus vaporavi habitationem meam, et quasi balsamum non mixtum odor meus, Eccli. XXIII. Beatus Dominicus habuit donum sanctitatis de celo, et hoc in conservacione virginitatis, et indicium sanctitatis in mundo, et hoc in vapuracione odoris. De primo dicit: Ego quasi Libanus non incisus. Libanus interpretatur candidacio, significat sanctimoniam mundicie in viro iusticie, quia dicitur de ipso, quod: Florem pudicie servavit illi(batum). Et dicitur Libanus non incisus, quia candor castitatis non fuit in eo minoratus opere actus coniugalibus, quoniam nec uxorem neque liberos habens in virginitate Domino maluit servire ad modum Luce ewangeliste, et secundum dictum Domini Ier. XVI.: Non accipies uxorem, et non erunt tibi filii et filie. Tria autem sunt, que servant in viro iusto castitatis sanctimoniam, id est custodia sensuum, paupertas rerum, parcitas ciborum. De 1^o Gregorius: Non licet intueri etc. Iero-

1 Stacius: M Stachius 2 patuere: M putere 3 mei: M corr. ex unde 13 unitati: M unitari

1 Stat. Theb. 5,296 et 298-299 3 Lc. 11,7 4 Is. 56,4 6 Ps. 111,3 6 Ps. 64,5 7 Ps. 35,9 10 Io. 14,2 23 1 Cor. 15,41 27 Eccli. 24,21 31 Florem pudicie: AH 25,239
35 Ier. 16,2 37 cf. Greg. M. moral. 21,2,4; PL 76,190B

- nimus in epistolis: Nullus sit, eciam in domo, tutus aspectus. David ambulans in solario domus sue, Bethsabée captus nuditate, adulterio iunxit homicidium. De secundo Iuvenalis: Prestabat castas humilis fortuna Latinas. Ovidius: Gnosida fecisses inopem, sapienter amasset. Non habet, unde suum paupertas pascat
 5 amorem. De III^o Remigius super Marcianum: Sine Baco et Cerere friget Venus. Macrobius: Victus sobrietas dat grata remedia luxus et Veneris, paucis utere! luxus obit. Hec tria habuit Sanctus Dominicus, || et ideo vere fuit castus. Custodia
 10 sensuum protestatur in eo habitatio claustrum, ubi latuit et custodivit semetipsum ab inimicis et tutavit se a seductoribus, ad similitudinem apostolorum, qui sederunt in civitate, donec induerentur virtute et fierent invincibiles a voluptate, Lucas ultimo. Sed multi fugiunt custodiam claustrum et frequentant multitudinem populi se volutari in venabulo ad instar apostoli. De quibus Oracius in epistolis: Odisti clavis et grata sigilla pudico, paucis ostendi gemis et communia laudas,
 15 in conventus publicos. Paupertatem rerum protestatur in eo condicio voti, quia profitebatur paupertatem ad similitudinem Christi, qui pauper fuit in ingressu. Augustinus de natali: Pendet ad ubera et vilia patitur Deus involuta pannorum. In progressu. Mt. VIII.: Filius hominis non habet. In egressu. Iob I^o: Nudus revertar. Sic enim pendit in cruce. Unde et maledictionem Dei et suam inprecatus est illum, qui ordinem suum fedaret pulvere rerum terrenarum, quem
 20 maxime decorat professio paupertatis, quia per hoc recederet a sequela Christi. Parcitem ciborum protestatur in eo artitudo ieiunii, quia dicebat hospitibus suis: Panem nobis et aquam tantum exhibete. Et vinum per decennium non bibebat et instituit in ordine suo, ut carnes non comedantur, nisi in necessitate gravioris infirmitatis, sicut Heliseus pascebat filios prophetarum herba et farina,
 25 III Reg. III. Qui poterat dicere cum Daniele: Caro et vinum non introierunt in os meum, Dan. X. Sequitur manifestatio sanctitatis, cum dicitur: vaporavi etc. Habuit autem tria indicia sanctitatis, scilicet curacionem langwidorum. Unde: Egri currunt et cu(rantur), ce(ci), clau(di) reparantur. Hic est Heliseus, qui in vita sua fecit monstra et in morte mirabilia operatus est, Eccli. 47. Reseracionem celorum. Unde: Scala ce(li) pro(minens) etc., per quam pater it. Hic
 30 est Iohannes, cui apertum est ce(lum) et dictum est ei: Ascende huc, Apo. III. Infusionem odorum. Unde: In odoris mira etc. Et de isto modo manifestacionis dicitur in presenti verbo: vaporavi etc. Habuit autem triplicem habitationem, scilicet claustrum religionis, locum | translacionis, paradysum glorificacionis. De
 35 prima habitatione sua dicitur III Reg. III.: Eliseus habitabat in Galgala. Galgala interpretatur collis circumcisionis et significat religionem, que collis est per vite eminenciam, circumcisio autem propriorum abrenuncciationem. Et filii prophetarum, id est fratres sui, habitabant coram illo, scilicet quos ipse con-

2 Bethsabée: M Bersabée 3 Latinas: M Sabinas 4 Gnosida: M Gnosia 5 III^o M III
 5 Cerere: M terre 9 seductoribus: M sedultoribus 12 Oracius: M Oramus 13 clavis: M
 claves 13 pudico: M pudicos 13 laudas: M laudis 19 illum: M illam 35 Galgala: M
 corr ex Galtea ?

1 Hier. epist. 22,12; PL 22,401 3 Iuv. 6,287 3 Ov. rem. 745 et 749 5 Remig. Ant. –
 ubi? 5 Sine Baco: Terentius, Eun. 732 6 Victus sobrietas: Walther 33309 11 Lc. 24,49
 12 Hor. epist. 1,20,3–4 16 Aug. – ubi? 17 Mt. 8,20 17 Iob 1,21 22 Panem nobis –
 quis et ubi? 25 4 Reg. 4,39–41 26 Dan. 10,3 28 Egri currunt: AH 55,133 29 recte
 Eccli. 48,15 30 Scala celi: AH 25,241 31 Apoc. 4,1 32 In odoris: AH 25,242 35 4
 Reg. 4,38

gregavit, sicut legitur III Reg. VII.: Congregavit omnes elec(tos), ut adducerent arcam, id est ecclesiam, in locum suum, id est celum, et imposuerunt arcam, id est curam ecclesie, super plaustrum novum, id est ordinem noviter institutum. Oza autem, id est magister ordinis, et Ayoth, id est minores prelati, minabant
5 plaustrum, id est gubernabant ordinem. Quibus cavendum est, ne sint, sicut Feton stultus auriga currus paterni, qui nec retinere valet transgressores coibendo, nec nomina novit equorum mores discernendo et qualitates cognoscendo. Alioquin fulminabitur sicut ille et sic mallet equos nunquam tetigisse paternos. De secunda habitacione sua dicitur Gen. XX7.: Habitabitur ibi, scilicet in occulto
10 terre, paucis diebus, quia cum miracula crebescerent circa eum, fidelium devocio transtulit in alciorem locum, ne eius ossa humus obtegeret, cuius spiritus cum Domino erat. De tertia habitacione sua dicitur Gen. 24.: Habitabat in terra australi, id est in loco paradisi, ubi est fervor amoris et splendor visionis. Eccli. XLIII.: Enoch placuit Deo. Primam habitacionem suam vaporavit honestatis decore laudabiliter vivens in religione, de quo potest intelligi, quod dicitur
15 Gen. 49.: Filius acrescens Ioseph. Bis dicit acrescens propter duplicem modum merendi, scilicet predicando et operando, vel propter accionem et contemplacionem, vel propter regulam Augustini et constitutionem superhabitas additas. Et decorus aspectu eciam dupliciter, scilicet propter naturam debite proporcionatam
20 formatam, coloratam et complexionatam. Dicitur enim fuisse homo decentis persone in qualitate stature et colore faciei, qualem describit Augustinus VIII. De Tri(nitate): Bona facies est dimensa pariliter, affecta hilariter, colorata luculenter. Decorus eciam propter gratiam habundanter infusam, quoniam si ars adjuvat naturam, ut pulchrior sit, multo magis gracia dum nubit nature fructus amoris
25 plenior est. Secundam habitacionem suam vaporavit suavitatis odore secundum illud: Glebam sacri corporis. Et ideo competit sibi dicere de se: Ego quasi vitis, etc., Eccli. 24. Et sicut odorem vitis fugiunt animalia venenosa, sic || illum
30 Gen. 27. Terciam habitacionem suam vaporavit felicitatis splendore, quoniam ipsius animam inplevit Deus splendoribus, ut dicitur Is. 58. Proinde potest dici de ipso, quod habetur Tob. 13.: Luce splendida fulgebis et omnes fines terre adorabunt te, sicut patet in presenti festivitate eius in vobis, qui convenistis ad laudem eius.

49a

35

71. <DE SANCTO DOMINICO> <Sermo secundus>

Qui fecerit et docuerit, Mt. V. Prover. X.: Desiderium su(um) iustis dabitur. Duo autem desideranti dabitur iusti, scilicet vita bona et exitus beatus. Hoc

7 nomina: M omnia vel omina 11 ossa: M ossia 22 hilariter: M hyraliter 38 vita bona et exitus beatus: M vitam bonam et exitum beatum

1 recte 2 Reg. 6,1-3 6 nec retinere valet: Ov. met. 2,192 7 nec nomina novit equorum: Ov. met. 2,192 8 mallet equos: Ov. met. 2,182 9 Gen. 27,44 12 Gen. 24,62 14 Eccli. 44,16 16 Gen. 49,22 21 Aug. trin. 8,3,4; PL 42,949 26 Glebam sacri: AH 25,243 27 Eccli. 24,23 30 Gen. 27,27 31 Is. 58,11 32 Tob. 13,13 37 Mt. 5,19 37 Prov. 10,24

duplex desiderium inter alios iustos datum est et viro iusto, Sancto Domini-
 co. Ps.: Desiderium anime eius. Ideo in verbis premissis primo commendatur
 a merito sancte vite, cum dicitur: Qui fecerit et docuerit. Secundo, a premio
 superne glorie, cum dicitur: hic mag(nus) vo(cabitur). Dicit autem Augustinus
 5 super Io(hannem) VI.: Voluptates corporales revelate amantibus trahunt, sicut
 dicit Poeta: Trahit sua quemque voluptas. Ramum viridem ostendis et cernitur.
 Nuces demonstrantur puero, contrahitur amando, amando trahitur, vinculo cari-
 tatis trahitur. Multo magis eterna vita revelata trahit animam. Ideo Dominus, ut
 10 amplius excitet nos ad benefaciendum, non simpliciter opus iniungit dicendo:
 faciatis et doceatis, sed etiam mercedem operis ostendit dicens: Qui fecerit et
 docuerit, ma(gnus) vo(cabitur). Eccli. ultimo: Operamini opus vestrum, et dabit
 vobis mercedem vestram. Preterea congrua merces est humani laboris magnitu-
 do, quoniam ut dicit Philosophus in libro Fo(ns) vite: Causa finalis generationis
 bonis est applicacio anime eius cum mundo alciore, quasi diceret: Ideo creatus
 15 est, ut magnificetur in celo. Iob VII.: Quid est homo, quia magnificas (eum)?
 Meritum in duobus consistit, scilicet in operatione boni respectu sui, quia dic-
 tum est: Miserere anime tue, Eccli. 30. Et in declaracione veri respectu proximi,
 quia mandavit unicuique de proximo, Eccli. XVII. Utrumque tangit, cum dicit:
 20 Qui fecerit et docuerit. Et est congruus primo facere postea dicere, quoniam ut
 dicit Aristoteles X. Ethicorum: Tunc creditur dicentibus, quando sermones con-
 cordant cum operacionibus. Ideo ipse Dominus cepit facere et docere, Act. I^o,
 et dictus est potens in opere et sermone, Lu. ultimo. Beatus ergo Dominicus | 49b
 fuit executor boni operis et predicator summe veritatis, quia fecit et docuit. Ideo
 iure vocatur magnus in regno ce(lorum), id est in ecclesia militante et trium-
 25 phante. Dicit autem istud nomen, ut vocetur magnus ex lege, non sicut Simon,
 qui cum esset magus, vocabat se Dei virtutem magnam, Act. 8. Quia enim fuit
 magnus in vita, ideo modo magnus est in fama. Hic est Abraham magnus pater
 multitudinis gencium, Eccli. XL4, illorum scilicet, quos genuit per ewangelium,
 1 Cor. III. Invenitur autem quadruplex magnitudo in corporalibus secundum
 30 quadruplicem divisionem solidi corporis. Aliquid enim dicitur magnum altitudi-
 ne, ut arbor dicitur magna, quando est alta. Aliquid secundum longitudinem, ut
 via dicitur magna, quando est longa. Aliquid secundum latitudinem, ut campus
 dicitur magnus, quando est latus. Aliquid secundum profunditatem, ut puteus
 dicitur magnus, quando est profundus. Sic sanctus iste habuit quadruplicem ma-
 35 gnitudinem spiritualiter, scilicet altitudinem contemplacionis, Iob 39.: In altum
 alas erigit, scilicet intellectum et affectum. Latitudinem caritatis. Ps.: Ambula-
 bam in latitudine, Glosa: in caritate. Profunditatem humilitatis. II Cor. XII.: In
 profundo maris fui, id est in deieccione infime humilitatis. Longitudinem perse-
 verancie finalis. Ier. XVII.: Non desinet facere fructum. De hiis similis dicitur

6 Trahit: M Tunc 15 magnificas: M magis 25 lege: M rege 26 magus: M magnus

2 Ps. 20,3 4 Aug. in evang. Ioh. 26,5; PL 35,1609 6 Trahit sua: Verg. ecl. 2,65 11 Eccli.
 51,38 13 Avicbron Fons vitae 1,2 15 Iob 7,17 17 Eccli. 30,24 18 Eccli. 17,12
 20 Aristot. – ubi? 21 Act. 1,1 22 Lc. 24,19 26 Act. 8,9–10 28 Eccli. 44,20 29 1
 Cor. 4,15 35 Iob 39,18 36 Ps. 118,45 37 recte 2 Cor. 11,25 39 Ier. 17,8

Iob XI.: Excelsior ce(lo) est, in contemplacione, profundior inferno, scilicet in humilitate, laciore mari, scilicet in caritate, longior terra, scilicet in perseverantie iugitate.

72. <DE SANCTO DOMINICO>
<Sermo tercius>

5

Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firma(menti), et qui ad iusti(ciam) eru(diunt) mul(tos), quasi stelle in perpe(tuas) eterni(tates), Dan. XII. In ver-
bis istis insinuatur meritum sanctorum predicatorum cum premio eis debito.
Meritum eorum fuit in duobus, scilicet in adquisicione sciencie et in proposicio-
ne doctrine. Propter primum dicuntur docti, propter secundum erudientes. Dicit
10 ergo: qui docti fuerint, scilicet per scienciam. Discendo enim quisque doctus
efficitur, sicut factum est in isto sancto patre, qui inbutus ecclesiastico officio
postea missus est Palenciam, ad liberales artes ad theologiam convolvavit, et sic
discendo factus est doctus, quia pre discendi infatigabilitate noctes ducebat pene
15 insompnes. Si aliter in aliquo fiat, scilicet ut non discendo doctus efficiatur, sic-
ut Salomon in sompnis accepit scienciam 3 Reg. 3., miraculum est. Unde Iudei
mirabantur de Domino, quomodo litteras sciret, || cum non didicisset, Io. VII.
Et qui ad iusticiam eru(diunt) multos. Istud congrue sequitur ad primum, sicut
loqui adhibere ligvam et spirare adhibere pulmonem, quoniam ipse doctus pot-
est docere alios. Eccli. 37.: Vir sapiens plebem suam erudit. Bern(ardus) super
20 Cant.: Multa oportet prius infundi, ut effundere audeamus. De plenitudine eruc-
tuantes, non de inanitate oscitantes. De istis doctis erudientibus alios fuit Sanctus
Dominicus, de quo potest intelligi, quod dicitur Ioelis II.: Ffilii Sion, exultate in
Domino, quia dedit vobis doctrinam iusticie. Premium eorum similiter consistit
25 (in duobus), scilicet in dono gracie et in dono glorie. Propter donum gracie di-
cuntur stelle fulgentes, propter donum glorie dicuntur celi splendentes. De dono
gracie in sanctis predicatoribus dicitur Iob 35.: Nunquid est numerus militum
eius, et super quem non ful(get) lux illius! Omnibus enim habentibus naturalem
sapientiam dat Deus plenam graciā, sicut dicitur Prover. IIII.: Arripe sapien-
30 ciam, et dabit capiti tuo augmen(ta) graciā. Et hanc graciā sancti doctores
merentur in officio doctrine quantum ad augmentum eius, quia secundum Au-
gustinum: Caritas meretur augmen(tum). De dono glorie in sanctis doctoribus
dicitur Thob. XIII.: Luce splen(dida), id est gloria celi, fulgebis et omnes fines
terre, scilicet iam glorificatum non ante. Quia dicit Sapiens, quot ultima sem-
35 per exspectanda dies hominis est; dicique beatus ante obitum nemo supremaque
funera debet. Gen. 37.: Num adorabimus te super terram? Quasi d(iceret): non.
Donum gracie comparatur stelle, quia lucet in homine in nocte adversitatis. Do-
num glorie comparatur splendori firmamenti, quia gloria excellit graciā, sicut

49c

20 Vir: M Virum 20 suam: M suum 26 dono: M domo 28 naturalem: M naturam

1 Iob 11,8-9 7 Dan. 12,3 14 pre discendi: cf. AASS aug. IV. p. 546 16 3 Reg. 3,10-15
20 Eccli. 37,26 20 Bern. serm. in cant. 18,6 et 4; PL 183,862D et 861A 23 Ioel 2,23
27 recte Iob 25,3 29 Prov. 4,8 32 Aug. - ubi? 33 Tob. 13,13 34 Ov. met. 3,135-137
36 Gen. 37,10

splendor firmamenti excedit claritatem stelle. Gloria enim est gracia consumata. Additur autem omnibus istis condicio valde commendabilis, cum dicitur: fulgebunt in perpetuas eternitates. Nam inter bona illud melius est, quod diuturnius est. Unde in ipsa beatitudine hoc est optimum, quod est eternum. Augustinus
 5 XIII. De Trini(tate): Omne quod ibi erit, bonum erit, et summus Deus summum bonum erit, et quod est omnino beatissimum ita semper fore certum erit. Ut autem et nos docti possimus esse et erudire alios in sapiencia, ad imitationem patris nostri debemus et nos discere, quia dicitur Sap. VI.: Discite, iudi(ces) finium terre. Ps.: Erudimini, qui iudicatis terram. Invitat autem ad discendum
 10 primo, hortacio scripture. Unde in Proemio Ecclesiastici: Hortor vos venire cum benivolencia et attentiori studio leccionem facere. | Eccli. LI.: Appropiate ad me, indocti, et congregate vos in domum discipline, id est in scholas, et suscipiat anima vestra disciplinam. Secundo, desiderium nature, quia dicit Aristoteles: Omnes homines natura scire desiderant. Tullius in libro De officiis: Omnes trahimur et ducimur ad sciencie cupiditatem, in qua excellere pulcrum putamus, nescire autem et decipi et turpe et malum dicimus. Tercio, utilitas ipsius sciencie, que multiplex est, scilicet confirmacio mentis in bono. Unde Zephirinus in Decretis: Sicut stellas celi non extinguit ros, sic mentes fidelium inherentes firmamento Sacre Scripture inobscurat mundana iniquitas. Acquisicio honoris in
 20 mundo. Litterati enim in honore habentur. Unde Cherubim, qui interpretantur plenitudo sciencie, immediate ponuntur post Seraphin, quia post caritatem sciencia est honoranda inter alias dotes. Unde Cicero dicit, quod sapiencia nullum maius donum datum est hominibus a diis immortalibus. Incrementum melioracionis in animo. Seneca in epistolis: Quod pertinaciter studes omnibus obmissis, hoc unum agis, ut te meliorem cottidie facias. Ovidius: Ingenuas didicisse fideliter artes emollit mores, nec sinit esse feros. Consecutio beatitudinis in celo. Unde dicitur hic: Qui docti fuerint etc. Damascenus IIII. libro: Sacra Scriptura mentem nostram ascendere facit ad preclara et ad Patrem luminum adducit, etc.

49d

73. (DE SANCTO DOMINICO) (Sermo quartus)

30

Ascensiones in corde suo dis(posit) in val(le) lacri(marum), in lo(co) quem po(suit) (Ps. LXXXIII). Bonitas cuiuslibet operis redundat in laudem sui artificis, secundum quod dicitur, quod in regia solis habitatione materiam superabat opus, id est pericia artificis, quia etsi materia preciosa fuit, pericia tamen artis
 35 mirabilior fuit. Ideo cum Beatus Dominicus bonum opus fecerit ascensiones disponendo in corde suo, possumus dicere ad laudem eius: Ascensiones etc. Que verba ostendunt ipsum egisse sublimiter, humiliter, ardentem et convenienter.

3 diuturnius: M dictum 6 fore: M add. erit 9 finium: M finem 17 Zephirinus: M Zephitmus 18 ros: M nos 24 pertinaciter: M pertinanter 29 tit. M al. man. add. in festo Dominici

4 Aug. trin. 13,7,10; PL 42,1021 8 Sap. 6,2 9 Ps. 2,10 11 Eccli. 51,31 et 34
 13 Aristot. metaph. 1,1 14 Cic. off. 1,18 18 Decr. – ubi? 22 Cic. leg. 1,86 24 Sen. epist. 5,1 25 Ov. Pont. 2,9,47–48 27 Ioh. Damasc. – ubi? 33 regia solis: Ov. met. 2,1 et 5

Sublimiter in elevacione, quia disposuit ascensionem. Humiliter in intencione, quia in corde suo. Ardenter in affectu, quia in valle lacrimarum. Convenienter in situ, quia in loco quem posuit. Est ergo sensus dicti: In corde suo, scilicet per intencionem soli Deo placendi, et in valle lacrimarum, id est plorando ardenter et habundanter, et in loco, id est in mundo isto, quem posuit Deus, scilicet hominibus ad flendum, non ad ridendum, dicit Glosa: Disposuit || ascensi(onem), id est gradus virtutum conposicionem, quibus ascendit in celum, quoniam ut dicitur in legenda sua: sicut etate profecit, ita et mente feliciori gradu conscendit. Et tandem: Liber car(nis) vin(culo) ce(lum) introivit, ubi ple(no poculo gustat, quod sitivit) etc. Hinc est quod cantatur de ipso: Scala celo pro(minens) etc., Lige, manus etc. Ascensio ista in beato viro integrabatur in quatuor gradibus. Primus est donum continencie, secundus lumen intelligencie, tercius affectio amoris, quartus institutio ordinis. Propter ista IIII^{or} merito comparatur sali et luci, lucerne ardenti et civitati eminenti. Ffuit ergo sal per donum continencie, quia sicut sal arcet vermes a carnibus, sic ipse separavit a se carnalitates et erat quasi adeps separatus a carne tenendo eximie vite celibatum, in cuius signum dicitur, quod in candelabro Moysi fuerunt lilii flores, Exo. 25., quia sanctus iste floruit de civitate Dei, sicut fenum terre. Fuit eciam lux per lumen intelligencie, in cuius signum in ore eius apparuit ardens facula, in fronte vero micans stella, que sui splendore mundum illuminavit. Ipse est enim Elias, qui surrexit quasi ignis et verba eius ardebant quasi facula, Eccli. 46. Ffuit eciam ardens amando Dominum intime. Io. V.: Ille erat lucerna, ardens amore, lucens cognicione. Fuit eciam civitas eminens exiliendo ordinem suum eximie, sicut dicitur Eccli. L.: Prevaluit amplificare civi(tatem). Ad exemplum autem patris nostri Domini debemus et nos disponere nobis ascensiones, ut et nos cum ipso ascendamus secundum illud, quod dicitur 3 Reg. 1.: Ascendit universa multitudo post eum. Ascensio autem nostra perficitur eodem modo quatuor gradibus. Primus est nitor consciencie, secundus vigor confidentie, tercius splendor intelligencie, 4^{us} ardor benivolencie. De primo modo ascendendi habetur Mt. III.: Baptizatus, id est mundatus, ascendit, et aperti sunt ei celi. (Non) nisi soli mundi intrant. De secundo Iud. XXIII.: Surgite, ascendamus ad eos: nullus erit labor. Dicit enim Sapiens, quod grande aliquid si velle tenes et posse tenebis. De tercio Numeri 27.: Ascende in montem, scilicet spiritualis vite, et contemplare, scilicet intellectu illuminato, terram, scilicet vivencium, cumque videris eam, ibis ad populum tuum. De IIII^o Iud. XVI.: Cum ascenderet flamma altaris, id est devocio cordis, in celum, id est beatitudinis locum, angelus Domini, id est homo angelice vite, pariter cum flamma ascendit. Augustinus in libro Conf(essionum): Pondus meum amor meus, eo feror quocumque feror.

50a

20 que: M iter. 38 eo feror: M ideo feror

8 in legenda sua – ubi? 9 Liber carnis: AH 25,240 10 Scala celo: AH 25,241 17 Ex. 25,31 21 recte Eccli. 48,1 22 Io. 5,35 23 Eccli. 50,5 26 3 Reg. 1,40 29 Mt. 3,16 31 recte Iud. 18,9 32 grande aliquid: Walther 10364 32 Num. 27,12 35 recte Iud. 13,20 37 Aug. conf. 13,9,10; PL 32,849

74. (DE SANCTO DOMINICO)
(Sermo quintus)

Bonus reliquid heredes filios et nepotes, Prover. XIII. Istud dictum potest intelligi de magno patre | multitudinis gencium, Beato Dominico, qui in se quidem
 5 fuit bonus et ecclesie Dei extitit fructuosus, quia reliquid post se heredes etc., 50b
 ut filii dicantur proprie fratres ordinis sui, nepotes vero omnes conversi per doctrinam filiorum suorum. Ipse enim sicut secundus Paulus per ewangelium nos genuit, I Cor. III. Sciendum autem est, quod bonitas predicatur de Deo, ut II Mach. (I.): Tu solus bonus es rex. Et de viro iusto, ut Act. XI.: Barnabas fuit vir
 10 bonus plenus fide et Spiritu Sancto. Et de terra vivencium, ut Deuter. 1^o: Bona est terra, quam Dominus daturus est nobis. Bonitas Dei attenditur in natura. Lu. 18.: Nemo bonus, scilicet essentialiter et in efficiencia, quoniam optimi est optima adducere. Ideo dicitur Mt. VII. de ipso: Bene omnia. Utitur autem bonitate
 15 sua in operibus potencie. Damascenus II. libro: Quedam bonus Deus acceptavit generatim, quedam quibus bene faceret. Et in operibus iusticie. Sap. XII.: O quam bonus et suavis est spiritus tuus, ideoque, scilicet propter bonitatem et suavitatem spiritus tui, hos, qui exerrant, corripis. Et in operibus misericordie. Baruc II.: Fecisti nobis, Domine, propter bonitatem tuam dicens: Dabo eis cor et memores erunt mei. Potenciam honoramus, iusticiam formidamus, misericordiam amamus. Ideo de illa amplius est loquendum. Unde dico, quod bonitas eius
 20 respectu misericordie apparet in nobis in eo, quod miseretur afflictis, parcit reis, providet egenis, quiescat in celis. De primo I^o Esdre III.: Bonus est Dominus, quoniam in eternum misericordia eius super Israel. Hoc dixit de afflictis in captivitate. De II^o Ro. XI.: Vide bonitatem Dei in te, id est remissionem peccati, si permanseris in bonitate. De III^o Nee. IX.: Habundaverunt deliciis in bonitate tua. De III^o Ephe. 2.: Consedere nos fecit in celestibus, ut osten(deret) divi(cias) bonitatis sue. Bonitas viri iusti attenditur in cogitatione. Ier. VII.: Bonas facite vias vestras et studia vestra, id est cogitaciones et intenciones. In locucione. Mt. XII.: Bonus homo de bo(ño) th(esauro). In operatione. Nee. II^o: Confortate sunt
 25 manus mee in bono, id est in operatione boni. In conversacione. I Pe. II^o: Conversacionem vestram inter gentes habentes bonam. Istis modis fuit vir Sanctus Dominicus, ad cuius gloriam nunc loquimur. De cuius bonitate in cogitatione et intencione dicitur: Hoc eum cunctis faciebat gratum, quod simplici gradiens via nullum in verbo vel opere duplicitatis aut fictionis pretendebat vestigium.
 30 De bonitate eius in locucione dicitur: Ubicumque versabatur in domo vel in via, semper edificatoriis affluebat sermonibus, habundabat exemplis. De bonitate || 50c
 eius in operatione dicitur: Ubique virum ewangelicum verbo se exhibebat et opere. De bonitate eius secundum conversacionem dicitur: Tanta morum honestate

6 proprie: M *iter*. 18 propter bonitatem: M *corr. ex bonitatem propter* 22 quiescat: M
 quietat 31 gentes: M *add. sitis*

3 Prov. 13,22 8 1 Cor. 4,15 9 2 Mach. 1,24 9 Act. 11,24 10 Deut. 1,25 11 Lc.
 18,19 13 *recte* Mc. 7,37 14 Ioh. Damasc. – *ubi?* 15 Sap. 12,1 18 Bar. 2,27 22 1
 Esdr. 3,11 24 Rom. 11,22 25 2 Esdr. 9,25 26 Eph. 2,6–7 27 Ier. 7,3 28 Mt. 12,35
 29 2 Esdr. 2,18 30 1 Pt. 2,12 33 Hoc eum – *quis et ubi?* 35 Ubicumque versabatur –
quis et ubi? 37 Ubique virum – *quis et ubi?* 38 Tanta morum – *quis et ubi?*

vir iste pollebat, ut ipsum vas esse honoris et gracie, vas ornatum omni lapide
preciosa haud dubie probaretur. Bonitas terre vivencium attenditur in eo, quod
affluit omnium bonorum habundancia. I Paral. IIII.: Invenerunt terram fertilem.
Iud. IX.: Vidimus terram valde opulentam. Deuter. XXVIII.: Habundare te faciat
5 omnibus bonis. Possidetur cum leticia. I Paral. VI.: Sancti tui letentur in bonis.
Ps.: Sicut letancium. Firmatur promissione divina. Deuter. 1º: Terram bonam
sub iuramento pollicitus sum vobis. Numeri X.: Dominus bona promisit Israeli.
Durat per eterna secula. Ps.: Anima eius in bonis demorabitur. Propter ista di-
cit Petrus: Bonum est nobis hic esse. Mt. XVII. De hac bona terra excluduntur
10 mali. Ier. XVII.: Non videbit cum venerit bonum.

75. (DE SANCTO BARNABA)

Miserunt Barnabam Antiochiam, quo cum venisset, hortabatur omnes in pro-
posito cordis perma(nere), quia erat vir bonus, plenus fide et Spiritu Sancto.
Et apposita est turba multa Domino, Act. XI. Ex hiis verbis declaratur fuisse
15 in Sancto Barnaba auctoritas predicandi, quia ivit missus Antiochiam. Dicitur
enim Ro. X.: Quomodo predicabunt etc., Glosa: Predicacio predicatoris ex mis-
sione est, quia non sunt veri apostoli, nisi missi. Ber(nardus) super Cant. 4III.:
Publice predicare nec monacho convenit, nec novicio expedit, nec non misso
licet. Declaratur eciam fuisse in eo instancia exequendi. Assumpsit negocium,
20 quia cum venisset, hortabatur omnes, etc. Et ibi commendatur in eo primo, fer-
vor predicandi, cum dicitur: hortabatur. Secundo, ostenditur idoneitas ipsius ad
predicandum, cum dicitur: quia erat vir bonus, scilicet in affectu, plenus fide, sci-
licet intellectu, et Spiritu Sancto, scilicet utriusque actore. Tercio, commendatur
fructus predicationis eius, scilicet conversio populorum, cum dicitur: Apposi-
25 ta est. Circa predicationem suam manifestatur modus et materia predicationis
eius. Et modus quidem fuit generalis, quia: hortabatur omnes sine diferencia
discrecionis personarum secundum apostolum Ro. 1º: Sapientibus et insipienti-
bus. Materia fuit perutilis, quia: ut permanerent in proposito, hoc est, sicut pro-
posuerant et ineeperant, sic perficerent, ut diceretur eis: Cepisti melius, quam
30 desinis, ultima primis cedunt. Lu. 14.: Hic homo cepit. Gal. III.: Cum Spiritu
ceperitis. Sunt autem multa, que nos invitant ad permanendum in proposito et
perficiendum perseverando, scilicet comodum et exemplum. Comodum perseve-
rancie est, quod premium persev(er)antibus datur. Mt. X.: Qui persev(er)averit.
Philosophus in Mor(alibus): Levitatis arguendus est, qui opus inchoatum cunc-
35 tabiliter debito termino non includit. | Amittit enim labores, stipendia et glorie
coronam. Nam scriptura sonat: finis, non pugna coronat. Unde est illa oracio

50d

2 preciosa: M precioso 5 letentur: M locantur 14 declaratur: M iter. 16 Predicacio: M
Radicacio 21 hortabatur: M hortabantur

3 1 Par. 4,40 4 recte Iud. 18,9 4 Deut. 28,11 5 recte 2 Par. 6,41 6 Ps. 86,7 6 Deut.
1,35 7 Num. 10,29 8 Ps. 24,13 9 Mt. 17,4 10 Ier. 17,6 14 Act. 11,22-24
16 Rom. 10,15 17 Bern. serm. in cant. 64,4; PL 183,1085A 27 Rom. 1,14 29 Cepisti
melius: Ov. epist. 9,23-24 30 Lc. 14,30 30 Gal. 3,3 33 Mt. 10,22 34 Philosophus in
Moralibus ~ ubi? 36 finis, non: Walther 11059

Cesaris, qua hortatus est socios in obsidione Ierusalem dicens: Cognitum est omnibus omnium rerum exitus plus negotii, quam prudencie habere, quia consummatio suscepti operis maiorem querit laborem. Agricolis adultis frugibus maiora imminet pericula. Nichil ergo fecimus, si in consumacione defecimus.

- 5 Lucanus: Nil credas actum, cum quid superextat agendum. Ieronimus ad Furiam: In Christianis non queruntur incia, sed finis: Paulus male incepit, sed bene finivit. Iude laudantur exordia, sed finis prodicione dampnatur. Hebre. III. dicit Glosa: Habemus partem cum Christo in hereditate ac condicione, si fidem eius usque ad finem vite teneamus. Thob. II.: Vitam daturus est hiis, qui fidem
- 10 su(am) nunquam muta(nt) ab eo. Animal sine cayda deforme est, ut simia, sic homo. Unde: Apocopat equus perdidit omne decus. Exemplum eciam multiplex est, quod nobis perswadet perseveranciam, scilicet exemplum Dei. Gen. II.: Conplevit Deus opus suum. Exemplum Christi. Io. 17.: Opus consummavi. Exemplum angeli sancti. Iu. V^o: Stelle manentes, id est angeli perseverantes
- 15 in ordine concursu suo. Exemplum viri iusti. Iob XVII.: Tenebit iustus viam suam. Exemplum creature totius mundi. (Ps.:) Ordinatione tua etc. Ps.: Statuit ea etc. Precep(tum) po(suit) etc. Boecius II^o Consol(acionum): Nichil antiqua lege solutum linquit proprie stacionis opus. Quia erat vir bonus. Bonitas viri iusti consistit in III^{or}, et hoc habes prosecutum in precedenti sermone. Plenus fide.
- 20 Est autem plenitudo nature, et hoc duplex, scilicet condicionis rerum. Gen. 1^o: Conplevit Deus opus suum, quod fecit. Et multiplicacionis rerum. Ps.: Domini est terra. Est eciam plenitudo glorie, et hoc duplex. Una inplecionis numeri salvandorum, de qua Apo. VI.: Sustinete, donec inpleatur. Mt. XIII^o: Quam cum inple(ta) esset. Sagena est ecclesia, impletur in fine mundi. Alia perfeccionis eternorum bonorum, de qua Eccli. 24.: In plenitudine sanctorum, id est in perfeccione eternorum bonorum. Est eciam plenitudo gracie, de qua dicitur in presenti verbo: plenus fide et Spiritu Sancto. Et hoc est iterum duplex, scilicet sufficiencie qualiscumque. Et hoc fuit ab inicio mundi. Eccli. 1^o: Timor Domini replens pacis et salutis fructum, quia timendo Deum habebant plenam pacem et salutem illi tempori convenientem. Et summe habundantie. Et hoc cepit esse in tempore gracie, de qua Gal. III.: Venit plenitudo temporis. Dicitur autem tempus incarnationis tempus plenitudinis propter multiplicem plenitudinem in ipso exhibitam. Primo, quo ad mundum. Et hoc tripliciter, scilicet ratione duracionis, quia iam est in tempore incarnationis etas mundi novissima, 1 Cor. X. Nos sumus, Gal. III. Glosa: Completum est tempus, quod prefiniverat Pater. Ratione restauracionis. || Ephe. I^o: Proposuit in dispensacione plenitudinis temporum in-
- 35 staurare omnia, que in celis et que in terra sunt. Ps.: Implebit rui(nas). Ratione consumacionis. Ordinatur enim incarnacio ad optimam universitatis consumacionem. Non est enim universitas perfecta, nisi claudantur extrema, sicut in ciclo

51a

2 prudencie: M prudencia
37 instaurare: M instaurate

21 rerum: M iter. et corr.

34 quia: M add. et del. q

36-

1 Cognitum est – quis et ubi? 5 Lucan. 2,657 5 Hier. epist. 54,6; PL 22,552–553 7 cf. Hebr. 3,14 9 Tob. 2,18 12 Gen. 2,2 13 Io. 17,4 14 Iud. 5,20 15 Iob 17,9 16 Ps. 118,91 16 Ps. 148,6 17 Boeth. cons. 2, metr. 5; PL 63,637A 19 in precedenti sermone: vide serm. 74. 21 Ps. 23,1 23 Apoc. – ubi? 23 Mt. 13,48 25 Eccli. 24,16 28 Eccli. 1,22 31 Gal. 4,4 34 1 Cor. – ubi? 35 Gal. 4,28 36 Eph. 1,10 37 Ps. 109,6

non est perfecta figura, nisi coniungantur principium et finis. Clauduntur autem extrema universitatis, cum primum coniungitur novissimo et summum infimo, id est Deus limo. Quod factum est in assumptione novi hominis. Io. 1^o: Verbum caro factum est. Et sicut primo in una natura sunt tres persone, sic tunc inceperunt esse tres nature in una persona. Secundo, quo ad legem. Et hoc etiam tripliciter, scilicet quo ad implecionem mandatorum per preceptum caritatis. Ro. XIII.: Qui diligit proximum. Et quo ad implecionem sacramentorum per sacramentum caritatis, scilicet ewkaristiam, in qua est effectus gracie et substantia gracie. Et quo ad implecionem promissorum per munus caritatis. Unde dicitur: 10 Promissio Patris munere etc. Et quia hec omnia Christus fecit, ideo dicit Mt. V^o: Non ve(ni) sol(vere). Tercio, fuit tempus plenitudinis quo ad hominem. Et hoc secundum triplicem gratiam, scilicet illuminantem, Is. 2.: Repleta est terra scientia Domini. Sanctificantem. Act. II^o: Repleti sunt. Deificantem, ut in Christo, in quo habitavit plenitudo Domini corporaliter, Efe. 1^o. Est etiam alio modo tempus plenitudinis quo ad hominem, quando incarnatione factum est dignificatio 15 et consumacio hominis secundum naturam, gratiam et gloriam. Secundum naturam, dum completur omnis mundus educendi hominem in esse. Quorum unus est, dicit Anselmus, sine viro et femina, ut Ade. Alius de viro, non de femina, ut Eve. Tercius de viro et femina, ut aliorum. Quartus de femina, non de viro, ut Christus. Secundum gratiam, dum per incarnationem fit, ut tota ecclesia fit sub uno capite unum corpus et gracia redundante a capite augeantur merita hominum. Io. 1.: De plenitudine. Secundum gloriam, dum per incarnationem totus homo in Deo beatificatur, ut morte Christi interveniente possit homo esse, quod Christus est. Gal. III.: Misit Deus, ut adopcionem <daret>. Ilarius De Tri(nitate): Homo noster in Deo permanet et infirmitatum nostrarum passiones 25 Deo socie sunt.

76. DE SANCTO IOHANNE BAPTISTA (Sermo primus)

Numquid producis Luciferum in tempore suo et vesperum super filios terre 30 consurgere facis? Iob 28. Post Solem et Lunam clarior stella Lucifer esse dicitur et apparet ex eo, quot umbram facit sicut nova Luna. Unde Stacius: Omnia clara nitent, | sed clarior omnia supra Esperos exercet radios. Ideo significat Iohannem, qui post Christum et virginem plura habet magna privilegia. De quo III^{or} dicuntur in verbis propositis, scilicet nativitatis eius singularitas, ipsius 35 nati dignitas, nascendi oportunitas, ex nato consequens utilitas. De singularitate nativitatis eius dicitur: Nunquid p(roducis)?, quasi d(iceret) Dominus: Non tu facis, sed ego. Quia Iohannes est natus magis Dei virtute, quam opere na-

51b

18 dicit: M *add. et del.* quorum 32 Esperos: M *Esperus* 35 consequens: M *corr. ex* sequens
37 natus magis: M *corr. ex* magis natus

3 Io. 1,1 6 Rom. 13,8 10 Promissio Patris – *quis et ubi?* 10 Mt. 5,17 12 *recte* Is. 11,9
13 Act. 2,4 14 *recte* Col. 2,9 18 Anselm. Cant. cur deus 2,8; PL 158,406C 22 Io. 1,16
24 Gal. 4,4–5 30 *recte* Iob 38,32 31 Stat. Theb. 6,580–581

- ture. Unde Dionisius III^o Angelice ierarchie: Divinissimus Gabriel Zachariam iera(r)cham docebat prophetam esse futurum ex ipso preter spem gracia divina gignendum puerum. Dicit enim Aristoteles X. De animalibus, quod mulier post L annos non parit. Huius autem mater processerat in diebus multis habens plus
 5 quam L annos. Produxit autem Dominus hunc Luciferum de latibulo ventris obtrusi in vallem miserie. Lu. I.: Elisabet inple(tum). De latibulo oribilis deserti in divulgacionem penitencie. De latibulo creaturis obscuri in requiem anime, secundum quod dictum est populo egredienti de Egypto, scilicet corporis: Requiem tibi dabo, Exo. 33. De latibulo infernalis claustris in splendorem patrie.
 10 Sap. X.: Descendit cum illo in foveam et de(dit) il(li) cla(ritatem) eternam. De dignitate ipsius nati dicitur: Nunquid pro(ducis) Luci(ferum)? Appellatur autem hec stella III^{or} nominibus. Dicitur autem Venus, ut ibi: O Veneris lacrimosa dies, quia degentes sub climate suo amantes facit secundum illud: Urit in affectu Venus anxia. Quandoque Vesperus, ut ibi: Invito processit Vesper Olimpo.
 15 Quandoque stella matutina, ut Eccli. L. Eadem enim stella quandoque apparet in mane et iniciat diem, quandoque in sero et iniciat noctem. Unde Stacius: Et alterno deprehenditur unus in ortu. Quandoque Lucifer propter copiam abundantis lucis, quasi lucem ferens, ut ibi: Nec fletibus unquam sit modus alternis, donec dimittat Eo Lucifer astra polo. In quibus nominibus innuitur duplex privilegium Sancti Iohannis, scilicet oris et mentis. Privilegium oris duplex fuit
 20 in eo, scilicet duplex modus predicandi, scilicet cum austeritate increpacionis et cum suavitate promissionis. Propter primum dicitur Vesperus, quasi inchoans noctem dampnacionis illius, quibus dicebat: Genimina viperarum etc., Lu. 3. Propter 2^m stella matutina, quasi incians diem eternitatis, quia dicitur Mt. XI.: A diebus Iohannis regnum cel(or)um vim patitur. Privilegium mentis eciam duplex fuit in eo, scilicet amor virtutis in affectu, ideo dicitur Venus. Et cognicio veritatis in intellectu, ideo dicitur Lucifer. || Unde Iohannes V^o: Ille erat
 25 lucer(na) ar(dens), scilicet amore, et lu(cens), scilicet cognitione. Dicitur ergo stella hiis nominibus appellata primo, ratione ortus, quia oritur ante solem secundum illud: Nascentis vexilla gerit solis in ortu Lucifer. Sic Iohannes natus est ante Christum sex mensibus. Et oriendo invitat ad laborem. Ovidius: Ammonitorque operum celo clarissimus alto lucifer ortus erat. Sic Iohannes invitavit homines ad laborem boni operis dicens: Parate viam Domini etc., Lu. III. Preterea oriente sole amittit splendorem secundum illud: Solisque sui palleret in
 30 ortu Lucifer. Sic Iohannes apparense Christo amisit famam, qua Christus credebatur. Io. 3.: Illum oportet etc. Unde: Christus natus est crescentibus et Christus exaltatus est in cruce, Iohannes diminutus decapitacione. Preterea post omnes stellas oritur. Ovidius: Diffugiunt stelle, quarum agmina cogit Lucifer, et celi stacione novissimus exit. Sic Iohannes natus est post omnes sanctos veteris

51c

17 deprehenditur: M corr. ex apprehenditur 19 Eo: M eos 38 quarum: M quorum

1 Ps. Dion. Areop. coel. hier. 4,4; Dionysiaca 815 3 Aristot. — ubi? 6 Lc. 1,57 9 Ex. 33,14 10 Sap. 10,13–14 12 O Veneris: Gaufr. Vinos. poetr. nova 375 13 Urit in: Walther 32268 14 Invito processit: Verg. ecl. 6,86 15 Eccli. 50,6 16 Stat. Theb. 6,241 18 Nec fletibus: Stat. Theb. 5,289–291 23 Lc. 3,7 24 Mt. 11,12 27 Io. 5,35 30 Nascentis vexilla — quis et ubi? 31 Ov. met. 4,663–664 33 Lc. 3,4 34 Solisque sui — quis et ubi? 36 Io. 3,30 36 Christus natus — quis et ubi? 38 Ov. met. 2,114–115

testamenti. Mt. XI.: Omnes prophete usque ad Iohannem. Preterea umbram erroris fecit in cordibus hereticorum propter habundanciam sui luminis. Quorum quidam dixerunt ipsum dampnatum, alii fuisse angelum, ut dicit Glosa Mal. III. Secundo, ratione situs. Collocatur autem super III^{or} elementa, Mercurium et
5 Lunam, immediate iuxta Solem, secundum Damascenum libro II^o. Sic Iohannes situatus fuit super terram cupiditalis. Io. 3.: Amicus sponsi stat, quasi erectus per desiderium. Super aquam gulositatis. Mt. 1^o: Locustas et mel silvestre edebat. Super aeram vane laudis. Io. 1^o: Confessus est, quia ego non sum Christus. Super ignem libidinis, quia nescivit labem nivei pudoris. Super Lunam mutabilitatis,
10 quia non fuit arundo vento agitata, Mt. X^o. Super Mercurium verbositatis, quia nec levi famine vitam maculavit. Mercurius enim dicitur dux verbi quasi medius currens inter os loquentis et aures audientis, de quo Ovidius: Sedit Atlantiades, et euntem multa loquendo detinuit sermone diem. Tercio, ratione cursus. Habet autem Lucifer cursum naturalem, qui est ab occidente in orientem
15 secundum cursum aliorum planetarum. Sic Iohannes cucurrit a lege ad Christum, de synagoga ad ecclesiam, de umbra ad veritatem. Habet etiam cursum violentum, qui est ab oriente in occidentem impetu firmamenti. Sic Iohannes impetu Herodis cucurrit de libertate ad carcerem, de vita ad mortem, de mundo ad limbum. Habet etiam cursum circula-rem girans semper circa Solem secundum illud: Famulatur eunti Lucifer. Sic Iohannes corde et animo fuit semper
20 circa Christum. Ps.: Ego semper tecum. Quarto, ratione effectus, quia confert | multiplicem utilitatem. Unde Albumasar in libro De signis astrorum VII.: Stelle singule in rebus subiectis iuxta nature sue proprietatem debitos exercent effectos. Dicit autem specialiter de Venere, quod possidet mulieres pulcros vestes et
25 omnes decore. Mulieres sunt virtutes. Is. III.: Apprehendent. Vestes sunt bone operationes, Mt. VI. Ieronimus: Vestes sunt bona opera, quibus foris lucemus, decore sunt boni mores. Eze. XVI.: Perfecta eras in decore meo. Hec tria facit Iohannes in nobis. Virtutes impetrat suffragiis, operationes perswadet doctrinis, mores decorat exemplis. Ier. 1^o: Dedi verba mea in ore tuo, ut dissipēs, scilicet
30 vicia per virtutes, edifies, scilicet operationes, et plantes, scilicet bonos mores. De oportunitate nascendi dicitur: in tempore suo, a Deo sibi statuto. Tempus autem producendi Luciferum est aurora, que est lux dubia tenebris amixta tenens convivium noctis et diei. Unde et crepusculum dicitur, id est dubium, et inde crepusculum. Qualem lucem describit Poeta dicens: Est, tempusque subibat, quod nec
35 tu tenebras, nec possis dicere lucem, sed cum luce tamen dubie confinia noctis. Sic Iohannes fuit productus in fine obscuritatis legis et in principio diei, id est veritatis ewangelii. De utilitate nascendi dicitur: et vespere super filios terre, id est super homines, qui sunt in terra, consurgere facit. Super quos surrexit Sanctus Iohannes multiplici commoditate, quia exhibuit eis suffragium oracionis,

51d

4 elementa: M corr. ex firmamenta 16 cursum: M cursus 25 sunt: M super 26 sunt: M super 27 eras: M etas 29 dissipēs: M corr. ex disswadet

1 Mt. 11,13 3 Mal. 3,1 5 Ioh. Damasc. – ubi? 6 Io. 3,29 7 recte Mt. 3,4 8 Io. 1,20 9 nescivit labem: AH 50,121 10 recte Mt. 11,7 11 nec levi: AH 50,120 12 Ov. met. 1,682–683 20 Famulatur eunti – quis et ubi? 21 Ps. 72,23 22 Albumasar – ubi? 25 Is. 4,1 26 Mt. 6 – ubi? 26 Hier. – ubi? 27 Ez. 16,14 29 Ier. 1,9–10 34 Est, tempusque: Ov. met. 4,399–401

exemplum conversacionis, verbum predicacionis, lavacrum ablucionis. Surrexit eciam super eos multiplici dignitate, quia annunciatu ab angelo, sanctificatus in utero, veneratus a populo, commendatus a Christo.

77. <DE SANCTO IOHANNE BAPTISTA>

<Sermo> secundus de eodem

Qui futurus est, iam vocatum est no(men) eius, et scitur, quod homo sit, Eccles. VII^o. Baptista Domini, Iohannes habuit privilegium prenunciacionis, quia concipitur angelico oraculo, nuncupacionis, quia appellatur gracioso vocabulo, condicionis, quia plasmatur opere divino. De hiis Lu. I^o: Apparuit Zacharie angelus Domini, ecce primum, vocabis nomen eius Iohannem, ecce 2^m, manus Domini erat cum illo, ecce 3^m. Ex prediccione fuit nasciturus, et quo ad hoc dicitur: Qui futurus est, scilicet nascendo in mundum. Futurus, inquam, Salvatoris precursor. Lu. I^o: Precedet ante illum. Baptismi assuefactor. Act. XIX.: Iohannes baptizavit populum, ut crederent in Iesum. Peccatoris redargutor. Mt. VI^o: Dicebat Iohannes Herodi: Non licet tibi. Plebis eruditor. Lu. I^o: Ad dandam scienciam, quando docuit ad penitendum de malis. Mt. III.: Penitenciam agi(te). Ad miserendum egenis. Lu. III.: Qui habet duas, et qui non habet escas etc. Ad parcendum subditis. Neminem concuciatis et conte(nti) esto(te). Ad credendum || divinis. Io. I^o: Fuit homo etc. Hic venit etc. Ex nuncupacione fuit nominatus, et quo ad hoc dicitur: Iam vocatum est nomen eius, scilicet ab angelo predicente, scilicet Iohannes, quod interpretatur: in quo est gracia. Quod iure conpetebat Iohanni, quia fuit in eo gracia ex parte carnis, ex parte mentis, ex parte coniuncti. Ex parte carnis fuit in eo gracia penitencie et mundicie, que notantur in illo verbo: Antra deserti etc., ecce penitencia. Ne levi saltem, etc., ecce mundicia. Ex parte mentis fuit in eo gracia illuminacionis in ratione, quia propheta, et plus quam propheta, Mt. XI. Et gracia dileccionis in voluntate, quia Spiritu Sancto reple(tus) ex utero, Lu. I^o. Ex parte coniuncti, sive persone fuit in eo gracia sanctificationis uterine. Lu. I^o: Erit puer Nazarenus Domini ab infancia sua. Ier. I.: Antequam exi(res). Et gracia predicacionis doctrine. Ier. I.: Ecce dedi verba mea. Ex condicione fuit manifestatus, et quo ad hoc dicitur: Et scitur, quod homo sit, scilicet purus, et non eciam Deus, sicut Christus, contra quorundam opinionem, qui existimabant ipsum esse Christum, Lu. III. Io. I^o: Non erat ille lux. Origenes super Io. I^o: Precursor Domini homo fuit, non Deus. Dominus autem, cuius precursor fuit, homo simul et Deus. Fuit autem homo spectabilis ex nobilitate, quia de tribu sacerdotali et regia, patris ex parte et matris. Homo perutilis ex veritate, quia convertit incredulos ad prudenciam iustorum dando scienciam salutis. Homo honorabilis ex dignitate, quia nullus eo

52a

7 recte Eccle. 6,10 9 Lc. 1,11 13 Lc. 1,17 13 Act. 19,4 14 recte Mc. 6,18 15 Lc. 1,77 16 Mt. 3,2 17 Lc. 3,10 18 Neminem concuciatis: Lc. 3,14 19 Io. 1,6-7
24 Antra deserti et Ne levi saltem: AH 50,120 26 Mt. 11,9 27 Lc. 1,15 28 recte Iud. 13,5 29 Ier. 1,5 29 Ier. 1,9 32 Lc. 3,15 32 Io. 1,8 33 Orig. - ubi?

maior. Damascenus III libro: Honoremus Iohannem prophetam ut apostolum et martirem, ut precursorem et baptistam, et primum preconem regium. Homo formidabilis ex auctoritate. Mt. V^o: Herodes metuebat Iohannem.

78. <DE SANCTO IOHANNE BAPTISTA>

<Sermo> tercius de eodem

5

Qui diligit cordis mundiciam, propter gratiam labiorum suorum habebit
ami(cum) re(gem), Prover. XXII. Huius sacri sermonis dictum in sancto pre-
cone Salvatoris fuit impletum, qui habuit affectum mundum, et quo ad hoc
dicitur: Qui diligit etc. Affectum graciosum, et quo ad hoc dicitur: habebit etc.
10 Dicitur autem in scripturis rex Deus trinitatis. Eccli. 1^o: Rex potens. Homo
assumptus. Mt. XXI.: Ecce rex tuus. Ffomes peccati. Secundo Sentenciarum,
di(stinccio) XXX.: Originale dicitur fomes sive tyrannus, qui est in membris
nostris, qui movet mala desideria. Princeps regni. Sap. IX.: Elegisti me regem
populo tuo. Primum regem et secundum habuit amicum. Unde Io. 3^o: Dicitur
15 esse amicus sponsi, id est Christi. Ber(nardus) super Cant.: Amat Deus, et quos
amat, amicos habet, non servos. Io. XV.: Iam non dicam. Tercium | et quar-
tum habuit exosum. Et fomitem exclusit de carne sua sanctificatio uterina. Ier.
I^o: Antequam exires. Herodem vero exclusit de corde suo pollucio adulterina.
Mc. V.: Dicebat Io(hannes) Hero(di): Non licet tibi etc. Moraliter autem quo
20 ad omnes dico, quod est amicus celestis et terrestris, scilicet Deus et homo. De
primo Lu. XV^o: Quis vestrum, Glosa: amicus iste Deus est, de cuius amicitia
nullus consistit status. Primo queritur, qualiter acquiratur, secundo, quid inve-
nientibus operetur. Ad primum dico, quod amicitiam Dei meremur timendo.
Eccli. VI.: Qui timet Dominum, habe(bit) ami(ciciam) bo(nam). Amicus fidelis
25 me(dicamentum) vi(ste) et qui metu(unt) Do(minum), inveni(ent) il(lum). Cre-
dendo. Ia. II.: Credidit Abraham Deo et ami(cus) Dei etc. Obediendo. Io. XV.:
Vos amici. Verbum predicando. Prover. XXII.: Propter gratiam labiorum suo-
rum, id est graciosam predicationem, que procedit de labiis, habebit etc. Ad 2^m
dico, quod amicitia Dei honestat. Ps.: Michi autem. Curat. Eccli. VI.: Amicus
30 fidelis protectio fortis. Illuminat. Io. XV.: Vos autem dixi, etc. Beatificat. Ec-
cli. XLVIII.: Beati, qui te viderunt et in amicitia etc. Lu. XIII.: Amice, ascende
etc. Amicus terrestris alius est personalis, alius spiritualis, alius socialis. Amicus
personalis est spiritus noster, quia inter carnem et spiritum quedam est consti-
tuens ex coniunctione duorum unam personam. De isto amico Lu. XI.: Amicus
35 meus venit, Glosa: amicus noster a nobis diffusus per temporalia revertitur cum
terrena contempnit et eterna concupiscit. Amicus spiritualis est confessor, de

52b

6 cordis: M corde 33 est: M add. et del. amicus

1 Ioh. Damasc. fid. orth. 4,15; cf. PG 94,1167A 3 recte Mc. 6,20 7 Prov. 22,11 10 Eccli.
1,8 11 Mt. 21,5 11 Petr. Lomb. sent. 2,30 13 Sap. 9,7 14 Io. 3,29 15 Bern. serm.
in cant. 59,1; PL 183,1062B 16 Io. 15,15 17 Ier. 1,5 19 recte Mc. 6,18 21 Lc. 15 –
ubi? 24 Eccli. 6,17 et 16 26 Iac. 2,23 26 Io. 15,14 27 Prov. 22,11 29 Ps. 72,28
29 Eccli. 6,14 30 Io. 15,15 31 Eccli. 48,11 31 recte Lc. 14,10 34 Lc. 11,6

quo Prover. XVIII.: Venit amicus eius et investigavit eum. Et quia non cuilibet est confitendum, dicitur Eccli. VI.: Multi pacifici, etc. Amicus socialis est quilibet proximus. Et istius amici alius est falsus, alius verus. De falso Eccli. XXXVII.: Est amicus solo nomine amicus. Et iste est deceptor. Prover. XXVI.:
 5 Sicut noxius etc., ita vir, qui frau(dulenter) etc. Ps.: Qui locuntur pacem etc. Ier. IX.: In ore suo pa(cem) cum proximo suo etc. Devorator. Eccli. VI^o: Est amicus socius mense. Eccli. XIII.: Si habes, convivet tecum, donec exinaniat te. Corruptor. Prover. XXII.: Noli esse amicus homini iracundo, nec ambula cum viro fu(rioso), ne for(te) dis(cas) semi(tas) eius et su(mas) scan(dalum) anime
 10 tue. Adulator. Prover. XXI.: Vir iniquus lactat amicum suum et ducit eum etc. Tullius De amicitia: Nulla pestis maior est in amicitia, quam adulatio levium hominum atque fallacium ad voluntatem loquencium omnia, nichil ad veritatem. Et licet hec blandicia perviciosa sit, nocere tamen non potest, nisi ei, qui
 15 eam recipit atque ea delectatur, || quot facit, qui sibi ipse assentatur et seipso delectatur, quoniam semper auget adulator id, quod is, cuius ad voluntatem dicitur, vult esse magnus. Prover. XXIX.: Homo, qui fictis blandisque. De vero dicitur Eccli. XXVI.: Beatus, qui invenit amicum verum. Et circa amicitiam istam primo dicendum est de commendacionibus eius, ad quod facit, quod sine amicitia nullus consistit status nec humanus nec elemental. Tullius De amicitia:
 20 Quaecumque in toto mundo stant, quaecumque moventur, ea contrahit amicitia, dissolvit discordia. Que enim domus tam stabilis, que tam firma civitas, que non dissidiis possit everti? Lu. XI.: Omne regnum. Preterea amicitia valet etiam in rebus contrariis, scilicet prosperis et adversis. Tullius: Amicitia res plurimas continet, nam et secundas res splend(di)ores facit et adversas parciens communicansque leviores. Quis enim fructus est in prosperis, nisi alii inde gauderent?
 25 Adversas vero ferre difficilis est sine amico. Primo, amicitiam aprobat omnis ratio magnorum et parvorum. Tullius: Serpit per omnium vitas amicitia, nec ullam etatis rationem degende patitur expertem sui. Preterea amicitia propinquitate carnis prestancior est et eligibilior, quia ex propinquitate benivolencia tolli potest, ex amicitia non potest. Sublata enim benivolencia amicitia tollitur, propinquitas manet. Prover. XXVII.: Melior est vicinus iuxta. Secundo, de hiis, que debent esse in vera amicitia. Et hec sunt fidelitas, quia dicitur Eccli. VI.: Amico fideli nulla est comparacio. Stabilitas. Prover. XVII.: Omni tempore diligit. Tullius: Vere amicitie sempiternae amicorum enim non debet esse sacietas, id
 35 est fastidium. Communitas. Tullius: Inter amicos omnium rerum, consiliorum, voluntatum sine ulla excepcone debet esse communitas, ut si aliquam prestanciam virtutis vel fortune consecuti sunt, inperciant ea suis communicentque cum proximis, ut si propinquos habeant inbecilliores animo vel fortuna, eorum augeant opes eisque honori sint et dignitati. Equalitas. Ber(nardus) super Cant.

52c

10 Vir: M *add. et del.* amicus 25 gauderent: M gauderant 26 Primo: M Prima 27 ratio: M *add. et del.* magistrorum 28 etatis degende: M etatem ... degentem

1 Prov. 18,17 2 Eccli. 6,6 3 Eccli. 37,1 4 Prov. 26,18–19 5 Ps. 27,3 5 Ier. 9,8
 6 Eccli. 6,10 7 Eccli. 13,6 8 Prov. 22,24–25 10 *recte* Prov. 16,29 11 Cic. Lael. 91
 16 Prov. 29,5 17 *recte* Eccli. 25,12 19 Cic. Lael. 24 22 Lc. 11,17 23 Cic. Lael. 22
 27 Cic. Lael. 87 *et* 19 31 Prov. 27,10 32 Eccli. 6,15 33 Prov. 17,17 34 Cic. Lael. 67
 35 Cic. Lael. 61 39 Bern. serm. in cant. 59,2; PL 183,1062C

Neminem despicit amor. Omnes ex equo intuentur, qui se perfecte amant et in seipso (celsos) humilesque contemperat. Tullius: Maximum est in amicitia superiorem parem esse inferiori, qualis fuit amicitia Scipionis in grege nostro, qui nunquam se anteposuit inferioris ordinis amicis. Tercio, dicendum est de hiis, qui dissolvunt amicitiam. Et hec sunt inpositio conviciorum. Eccli. XXII.: Qui conviciatur amico, dissolvit amicitiam. Revelacio secretorum. Eccli. XXVII.: Est regressus ad amicum excepto convi(cio) et in proprio et mis(terii) revelacione. Dissimilitudo morum. Tullius: Dispar mos disparia | studia efficit, quorum 52d dissimilitudo dissolvit amicitias. Sublimacio unius amicorum. Tullius: Qui antea commodis fuerint moribus, imperio, potestate, prosperis rebus inmutantur et spernunt veteres amicitias. Quia Fortuna ceca est et cecos efficit et amicitias operibus excludit. Quamobrem sicut inferiores non debent dolere se a suis aut ingenio aut fortuna aut dignitate superari, sic qui superiores sunt submittere se debent in amicitia et se cum suis inferioribus exequare etc.

15 79. DE SANCTO LADISLAO REGE UNGARIE
(Sermo primus)

Orietur in diebus eius iusticia et habundancia pacis, donec auferatur luna (Ps. LXXI.). Beatus Ladizlaus pietate rex serenus, graciarius donis plenus fuit, ut dicitur in legenda sua. Cui concordans hec sacra auctoritas ostendit ipsum fuisse iustissimum gubernatorem suorum, potentissimum expugnatorem inimicorum, perseverantissimum operatorem bonorum. Primo ergo, commendatur a iusta suorum gubernacione cum dicitur: Orietur etc. Nam ut dicit Philosophus in libro Moral(ium) dogma: Temperancia regit homo seipsum, iusticia familiam, civitatem et regnum. Iusticia autem, prout ea reges utuntur, in duo divi(di)tur, scilicet in severitatem et in liberalitatem. Nam ut dicit Philosophus in predicto libro: Hominem, qui convertibilitate nature et in libertate licencie infirmus et contumax est sicut pie gubernare egenum opis oportet, ita iuste corripere inmoderatum libertatis necesse est. Inmoderatum itaque libertatis iusticia coercescet severitate. Nam severitas est virtus debito supplicio coercescens iniuriam. Egenum vero opis iusticia adiuvat liberalitate. Nam liberalitas est virtus beneficiorum erogatrix, quam eandem pro affectu benignitatem, pro effectu beneficienciam dicimus. Duo autem sunt genera largicionum. Quarum alia dissipatores facit, quando aliquis pecunias profundit histrionibus et lenonibus. Sicut dicit Dominus Lu. XV.: Dissipavit substanciam. Et Aristoteles in Ethi(cis): Ei, qui habet mores honestos, non dant quicquid. Peccuniam vero multum dant adulatoribus aut per alium mo-

2 seipso: M seipsos 2 contemperat: M contemperant 17 et habundancia pacis, donec auferatur luna: M al. man.

2 Cic. Lael. 69 5 Eccli. 22,25 6 recte Eccli. 22,26-27 8 Cic. Lael. 74 9 Cic. Lael. 54 et 71-72 17 Ps. 71,7 18 pietate rex: SRH 2,517,10 22 Mor. dogm. 50; PL 171,1041C 24 Iusticia autem: cf. Mor. dogm. 12; PL 171,1014C 25 Mor. dogm. - ubi? 29 severitas est: Mor. dogm. 12; PL 171,1014C 30 liberalitas est: cf. Mor. dogm. 13; PL 171,1015B 31-32 Duo autem: cf. Mor. dogm. 16; PL 171,1020A 33 Lc. 15,13 34 Aristot. eth. Nic. 4,3

- dum delectantem eos gerentibus eas ab ipsis. Alia vero liberales facit, quando aliquis suis facultatibus aut captos redimicavit aut amicos in filiorum collocacione iuvat aut pauperes sustentat. De qualibus fuit ille, qui dixit: Ego et fratres mei commodavimus multis pecuniam, Nee. V^o. Orta est ergo in diebus eius iusticia
- 5 correccionis peccatorum quantum ad severitatem, et iusticia distribucionis beneficiorum quantum ad liberalitatem. In virtute severitatis hec sunt observanda. Primo, ut iudiciaria potestas indigno et degeneri non committatur, quia dicitur Iude. XI.: Constituit || Zebul servum suum princi(pem). Cur igitur servi(a)mus ei? Claudianus: Asperius nichil est humili, cum surgit in altum, cuncta ferit dum
- 10 cuncta timet; desevit in omnes, ut se posse putent, nec bellua tetrrior ulla est, quam servi rabies in libera terga furentis. Secundo, ut corrector immunis a culpa habeatur, quia dicit Dominus Lu. VI.: Quomodo potes dicere fratri tuo etc. Eice primum etc. Tullius: Nullam habet auctoritatem sententia, ubi qui dampnandus est, dampnat. Tercio, ut pene pro qualitate culparum infligantur et non secundum
- 15 voluntatem iudicis. Deuter. XXV.: In mensura peccati erit. Oracius in sermonibus: Non vincet ratio hoc, tantundem peccet idemque, qui teneras caules alieni fregerit orti et qui nocturnus sacra divum legerit. Assit regula, peccatis que penas irroget equas, ne scutica dignum horribili sectere flagello. Quarto, ut modestia verbi et animi servetur in iudicando exemplo creatoris. Sap. XII.: Tu, dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas omnia et cum magna reverencia disponis nos. Philosophus in Morali(bus): Obiurgaciones fiunt necessario, in quibus utendum est verborum gravitate, ut eam non videamur irati facere. Que enim cum aliqua perturbacione fiunt, nec constanter fieri possunt, nec ab hiis probari, qui
- 20 assunt. Idem: Cavendum est in puniendo, cum qua nemo mediocritatem tenet inter parum et nimium. Claudianus: Pro telo geritur, quicquid suggesserit ira. Iustinianus in Digestis: In cognoscendo excandescere non oportet adversus malos, nec precibus calamitosorum illacrimari. Non est enim constantis iudicis, ut animi motum vultus detegat, sed ita ius reddendum est, ut dignitatem ingenio suo augeat. In execucionem liberalitatis hec sunt observanda. Primo, ut detur cum bona voluntate, quia ilarem datorem etc., II Cor. IX. 1^o Paral. ultimo: Letus obtuli universa hec. Augustinus super Psalmum XLII.: Qui dat, ut careat tedio interpellantis, non ut reficiat viscera indigentis, et rem perdit et meritum. Ideo dixit quidam Sapiens: De facie leta. Sine leticia faciei si dederis, perdes rem meritumque rei. Secundo, ut detur absque dilacione. Prover. III.: Ne dicas, cras dabo.
- 35 Seneca: Tantum gracie demis, quantum more adicis. Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hesit. Quia non tulit gratis, qui cum rogaret, accipit. Nulla enim res carius constat, quam que precibus empta est. Cum in rogante suffunditur rubor. Qui hanc remittit, multiplicat munus | suum. Tercio vero detur

10 posse: M post se 10 tetrrior: M cecior 11 terga: M colla 11 immunis: M imminens
 16 teneras: M teneros 17 nocturnus: M noturnus 17 divum: M divinum 23 nec:
 M ut 23 probari: M aprobari 24 assunt: M asserunt 24 Cavendum: M Cavenda
 27 calamitosorum: M calomitosorum

1 Alia vero: cf. Mor. dogm. 16; PL 171,1020A 4 2 Esdr. 5,10 8 recte Iud. 9,28 9 Claud.
 18,181-184 12 Lc. 6,42 13 Cic. - ubi? 15 Deut. 25,2 15 Hor. sat. 1,3,115-
 119 19 Sap. 12,18 21 Mor. dogm. 17; PL 171,1020D 24 Cavendum est: Cic. off. 1,25
 25 Claud. 18,181-184 25 Iustin. - ubi? 30 2 Cor. 9,7 30 1 Par. 29,17 31 Aug. in
 psalm. 42,8; cf. PL 36,482 33 De facie: Walther 4832 34 Prov. 3,28 35 Sen. benef. 2,5,2;
 2,1,1; 2,1,4

de proprio labore. Prover. III.: Honora Dominum, Glosa: non de rapinis, quas vi vel fraude rapueris. Eph. III.: Laboret operando, ut habeat etc. Philosophus in Morali(bus): Sunt multi cupidi glorie, qui eripiunt aliis, quod aliis largiantur. Sed illud contrarium est officio, id est virtuti. Proinde ea utamur liberalitate, que nemini noceat et prosit amicis. Quidam eciam patrimonia effundunt inconsulte largiendo. Sed in tali liberalitate, quando beneficium maius est facultate, inest cupiditas rapiendi, ut ad largiendum suppetant copie. Largiendo cum eis odia ceperint egere, aliena rapiunt, assecuntur, quibus ademerint. Quarto, ut detur de melioribus substance. Numeri XVIII.: Cuncta, que offertis, optima erunt nec peccabitis pigwia vobis reserva(nte)s. Prover. III.: De primiciis fru(gum) tu(arum), id est de melioribus, da pauperibus. Oracius in epistolis: Stultus et insipiens donat, que spernit et odit. Seneca: Quod aput te non vis morari, honus iudicas, non munus. Secundo et tercio, a potenti inimicorum expugnacione, cum dicitur: et habundancia pacis, scilicet orta est in diebus eius. Quam pacem bello acquisivit per victoriam. Fructus enim iusti belli est acquisicio pacis. Philosophus in Morali(bus): Ea intencione debemus bella suscipere, ut sine iniuria in pace vivamus. Stacius: Sevis pax queritur armis. Augustinus XV. De ci(vitate) Dei: Pacem requirunt laboriosa bella, hanc adipiscitur que putatur gloriosa victoria. Est autem multiplex pax, scilicet Dei, mundi, diaboli et celi. De pace Dei dicitur Phil. III.: Pax Dei, que exsuper(at). Hec est laudabilis, quia ordinata et ordinem diligit, vera, quia neminem fallit, munda, quia inquinamenta fugit, pudica, quia litigare erubescit, eterna, quia finem non habet. Hic acquiritur verbo oracionis. Ps.: Rogate. Dono Creatoris. Is. XXVI.: Domine dabis nobis pacem. Io. XIII.: Pacem meam. Inhabitatione Salvatoris. Ps.: In pace. Contemptu rei temporalis. Augustinus: Proice pecuniam et eme tibi pacem et cor tranquillum. Unde cum Diogeni fur a capite saculum cum nummis nocte subtrahere conaretur et ille sentiret, ait: Tolle, infelix, ut sinas utrosque quiescere. De pace mundi, id est eorum, qui sunt in mundo, dicitur Lu. II.: In terra pax hominibus. Et hec est hominis in anima et in corpore et in utroque et familie et civitatis sive regni. Et quid sit unaqueque Augustinus dicit De ci(vitate) Dei: Pax corporis est ordinata temperancia parcium. Pax anime est ordinata accionis || cogitacionis-que consensio. Pax anime et corporis est ordinata vita et salus animantis. Pax domus est ordinata concordia imperandi et obediendi. Pax civitatis est ordinata concordia civium. De pace diaboli dicitur Lu. XI.: In pace sunt omnia, quando scilicet nullus peccatorum resilit ab eo. Et hec est detestabilis, quia inordinata superborum, ut fuit Ade ad Evam, qui plus favit uxori, quam Deo. Simulata proditorum, ut Iude ad Christum, Mt. XXVI., et Ioab ad Amasam, II Reg. XX. Ier. IX.: In ore suo pacem cum ami(co) loquitur et occulte. Inquinata luxuriosorum. Prover. VII.: Aprehensum iuvenem deosculatur. Venenata hereticorum, quorum

53c

6 beneficium: M corr. ex benebi 34 sunt: M super

1 Prov. 3,9 2 Eph. 4,28 2 Mor. dogm. 13; PL 171,1016A 9 Num. 18,28 et 32 10 Prov. 3,9 11 Hor. epist. 1,7,20 12 Sen. – ubi? vide Mor. dogm. 14; PL 171,1019A 16 Mor. dogm. 33; PL 171,1032A 17 Stat. Theb. 7,554 17 Aug. civ. 15,4; PL 41,440 20 recte Phil. 4,7 23 Ps. 121,6 23 Is. 26,12 24 recte Io. 14,17 24 Ps. 4,9 25 Aug. – ubi? 27 Tolle infelix – quis et ubi? 28 Lc. 2,14 30 Aug. civ. 19,13; PL 41,640 34 Lc. 11,21 37 Mt. 26,49 37 2 Reg. 20,9 37 Ier. 9,8 39 Prov. 7,13

- intencio est, quis eorum blandissime fallat ad scindendam ecclesiam, sicut Ieroboam scidit regnum Israel, III Reg. XII. De pace celi Ps.: Qui posuit. Et hec est vera. Augustinus XXI. De ci(vitate) Dei: Vera pax est, ubi nichil adversi, nec a seipso nec ab alio quisque pacietur. Firma. Augustinus libro LXXXIII
 5 questionum: Nichil erit in homine, quod resistat spiritui, sed omnia sibimet concorditer iuncta unum aliquid firma pace custodiunt. Queta. Ps. XXXII.: Sedebit populus. Affectuosa. Ps.: Delectabuntur. Augustinus: Pax celestis civitatis est concordissima societas fruendi Deo et invicem in Deo. Tercio, commen(da)tur a finali amborum tencione, cum dicitur: donec auferatur lu(na), id est mortalitas
 10 carnis. Quasi diceret: predicta bona tenuit usque ad mortem, secundum illud dictum Sapientis: Cepta tene, queso, nec in equore desere navem. Et quia fuit fidelis perseverando usque ad mortem, ideo dedit ei Deus coronam vite etc.

80. <DE SANCTO LADISLAO REGE>

Secundus sermo de eodem

- 15 Lux orta est iusto et rectis corde leticia <Ps. XCVI.>. Quemadmodum Salvator noster semetipsum manifestavit, cum in mundum venit, scilicet per stellam fulgentem, Mt II., sic sanctitatem magni regis Ladizlai declaravit per stellam fulgentem. Nam cum in die primi festi sui fideles ad ipsius tumbam convenissent, viderunt clara die tempore misse stellam splendidam supra templum stare
 20 tribus horis directe contra locum, ubi erat interius sepulchrum sancti viri. Et videntes gavisī <sunt> gaudio magno valde intelligentes in celis eum esse, cui celestia serviebant. Cui facto concordans proposita sancta auctoritas dicit: Lux, scilicet stelle | fulgentis, orta est iusto, id est Sancto Ladizlao, et rectis corde, id est fidelibus ibidem congregatis, et hoc videntibus, orta est leticia magna in
 25 populo. Iustus ergo hic dicitur sanctus rex Ladizlaus. Qui fuit iustus primo, penitendo, quia ieiuniis et oracionibus vigil insistebat, peccata populi plangebat, et in ara cordis semetipsum Deo hostiam vivam offerebat, et vigiliis prolixioribus fatigatus in exedris ecclesiarum paululum pausabat. Sic accipitur iusticia pro penitencia Tob. XIII.: Convertimi(ni), peccatores, et facite iusticiam, id est punitionem peccatorum. Sed de non penitentibus dicitur Is. XXXIII.: Iusticiam non fecimus in terra, id est penitenciam in carne, ideo non ceci(derunt) habi(tatores) eius, id est motus carnis. Ieronimus Ier. IIII.: Sevissimam bestiam, id est fomitem, sine penitencia vincere non possumus. Secundo, miserendo, quia erat magnus et munificus. Omnes ecclesie et monasteria elemosinis eius sunt locupletata, propter quod mutato nomine ab omni gente sua Pius rex vocabatur. Sic
 35

2 Ieroboam: M Ierobona 4 LXXXIII: M LXXIII 11 equore: M equo 18 fulgentem: M add. et del. Mt. II 34 munificus: M vivificus

2 Ps. 147,14 3 Aug. civ. 19,20; PL 41,648 4 Aug. divers. quaest. 66,3; PL 40,62–63 6 Ps. 32 – ubi? 7 Ps. 36,11 7 Aug. civ. 19,13; PL 41,640 11 Cepta tene: Ov. Pont. 2,7,83 15 Ps. 96,11 18 in die: cf. SRH 2,526,7–19 20–21 Et videntes: cf. Mt. 2,10 26 ieiuniis et: SRH 2,519,14–19 29 Tob. 13,8 30 recte Is. 26,18 32 Hier. in Ier. 1,4; PL 24,735A 33–34 erat magnus: SRH 2,519,13 et 8–10 et 4–6

accipitur iusticia pro misericordia in dicto Psalmi: Dispersit, dedit etc. Gregorius in Pasto(rali): Cum quolibet necessaria indigentibus ministramus, sua illis reddimus, non nostra largimur, iusticie potius debitum solvimus, quam misericordie opera implemus. Quia iustum est, ut quod a communi Domino tribuitur, quicunque hoc accipiunt, eo communiter utantur. Ps.: Iustus miseretur et tribuet. Tercio, iudicando, quia iudicabat iudicandus cum tali scilicet timore, ac si ipse staret coram summo iudice. Proinde conpetit sibi dicere de se verbum Psalmiste: Feci iudicium et iusticiam, id est iudicium cum iusticia. Apo. XIX.: Vocabatur fidelis et verax, et cum iusticia iudicat. Quarto, obediendo. Licet enim esset rex, tamen et ipse erat homo sub potestate, scilicet divina, constitutus, Mt. VIII. Qui et obediebat, ut Domino, quia dicitur I Mach. IX.: Iustum est esse subditum Deo. E converso est autem valde iniquum velle sibi obtemperari a minoribus et nolle obtemperare maioribus, secundum Augustinum. I Cor. XI. Et quia obediuit suo superiori, obediuit sibi suum inferius, scilicet grex ferarum. Nam cum vice quadam captivos adduxissent de eius imperio, venit cum exercitu in solitudine persequens eos, nec habebant, quid manducarent, oravit Dominum, qui manna pavit populum in deserto. Et ecce grex cervorum et bubalorum deposita feritate venit in castra et inde miraculose vixerunt. Huic iusto orta est a Deo || quadruplex lux, scilicet rationis in creacione, operacionis in conversacione, iustificacionis in gracia, clarificacionis in gloria. De prima luce Ps.: Signatum est. Augustinus De baptismo: Racio insita sive inseminata lumen anime dicitur. De secunda Io. V.: Ille erat lucer(na) ar(dens), scilicet in affectione lucens, scilicet in operacione. Mt. V^o: Sic luceat. De III^a Is. IX.: Habitantibus etc., id est in peccatis, lux, scilicet gratie iustificantis, orta est eis. Eccli. XXXVI.: Ostende nobis lucem miserationum tuarum, id est gratiam tuam, per quam misericorditer iustificas. De III^a Damascenus 4^o libro: Deus est vita et lux, et qui in manu Dei sunt, in vita et luce existunt. Augustinus super Psalmum: Ubi Deus est, ibi lux invenitur. Dani. II.: Lux cum eo est. Ex consideracione autem orte lucis sancto viro orta est leticia fidelibus suis de suo bono gaudentibus, sicut nunc dicitur: et rectis corde leticia. Dicit autem Isaac, quod leticia est motus naturalis caliditatis ad recipiendum illud, quo gaudet anima et delectatur. Et secundum quod multipliciter movetur delectabile, sic multiplex erit leticia, sicut dicitur Prover. 2.: Letantur cum male(fecerint). Si vero ordinate movetur, ordinata erit leticia, sicut dicitur I Paral. II.: Sancti tui letantur in bonis. Tripliciter autem movetur anima inordinate, scilicet respectu potencie in superbia vite. Eze. XXV.: Plausisti manu et gavis es ex toto affectu super ter(ram) Israel. Respectu opulencie, ut in concupiscencia oculorum. Oracius in sermonibus: At michi plaudo ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca. Quo contra Iob 31.: Si letatus sum super multis divitiis. Respectu deliciarum, ut in concupiscencia carnis. Is. XXII.:

54a

10 potestate: M potente 23 III^a: M III^o 35 scilicet: M sicut 35 superbia: M substantia
37 Oracius: M Oramus 38 simul ac: M postquam

1 Ps. 111,9 1 Greg. M. past. 3,21; PL 77,87B 5 Ps. 36,21 6 iudicabat iudicandus: cf. SRH 2,518,25-27 7 Ps. 118,121 8 Apoc. 19,11 10 Mt. 8,9 11 recte 2 Mach. 9,12
13 Aug. - ubi? 14 Nam cum: cf. SRH 2,520,5-14 20 Ps. 4,7 21 Aug. - ubi? 22 Io. 5,35 23 Mt. 5,16 23 Is. 9,2 24 Eccli. 36,1 26 Ioh. Damasc. - ubi? 27 Aug. - ubi?
28 Dan. 2,22 30 Isaac - quis et ubi? 32 Prov. 2,14 34 recte 2 Par. 6,41 35 Ez. 25,6
37 Hor. sat. 1,1,66-67 38 Iob 31,25 39 Is. 22,13

Gaudium et leticia, comedere carnes, bi(bere) vi(num). Iudi. XVI.: Letabantur Philistiim pro convivia sumptis epulis. Omnibus talibus dicitur Osee IX.: Noli letari Israel, sicut populi, quia fornicatus es a Deo tuo. Leticia ordinata similiter triplex est, scilicet temporalis, spiritualis et eternalis. Leticia temporalis in duobus consistit: in tranquillitate temporis et in fertilitate fructificationis. De leticia tranquillitatis dicitur I Paral. VII.: Letati sunt super bono, quod fecit Dominus Salamoni et populo suo. De leticia saturitatis Act. XIII.: Dedit tempora fructi(fera) implens ci(bo). I Paral. XXIX.: Comederunt et biberunt coram Deo cum grandi leticia. Leticia spiritualis consistit in duobus, scilicet in remissione gracie et in illuminatione sciencie. De leticia | remissionis Ps.: Dedisti leticiam, Glosa: 54b spiritualement. Ps.: Letabor in misericordia tua. De leticia illuminationis Prover. XV.: Lux oculorum. Ps.: Precep(tum) domini luci(dum). Leticia eternalis consistit in duobus, scilicet in visione Dei. Ps.: Letificabo eum. Ps.: Ibi letabimur. Is. IX.: Letabuntur coram te. De leticia evasionis mundi Is. 35.: Gaudium et leticiam optinebunt et fu(giet) etc. Ad hanc leticiam sancti vadunt cum leticia. Ps.: Afferentur tibi. Is. LV.: In leticia egrediemini, scilicet de corpore, et in pace deducemini, scilicet ad celum, mo(ntes) et col(les), id est angeli et sancti, cantabunt etc. Pro hac leticia sancti serviunt cum leticia. Ps.: In te Domine. I Paral. XXIX.: Letatus est populus, cum vota offerret. In spe huius leticie debemus et 20 nos letari. Ps.: Letatus sum etc.

81. DE SANCTO PETRO ET PAULO

Oculi eius sicut flamma ignis, Apo. I. Ps.: Oculi omnium in te sperant, Do(mine). Oculi anime sunt intellectus et affectus, esca eorum veritas et caritas, quam dat Deus in tempore oportuno, scilicet quando verbum Dei predica- 25 tur in populo. Ideo ipse rogandus est. Oculi eius. Ecclesia est unum corpus et membra habet multa et pro diversitate membrorum sunt divisiones officiorum. Pedes huius corporis sunt pauperes terram calcantes, manus milites ecclesiam defendentes, caput est ipse Christus, in quo capite sunt oculi apostoli, de quibus nunc dicitur: Oculi eius sicut flamma. Ex quibus verbis ostenditur fuisse fulgor 30 in apostolis vere cognitionis et fervor sancte affectionis. Et propter lucem cognitionis comparantur oculis, propter ardorem amoris comparantur flamme ignis. Congruè autem apostoli comparantur oculis. Primo, quia sunt ceteris membris luculentiores. Oculus enim ex eo dictus est, quod occultum habeat lumen, id est secretum et intus positum. Alio modo dicuntur lumina pro eo, quod ex eis lumen 35 manat. Habent enim duplicem lucem, scilicet innatam et extrinsecam, per quam perficitur actus videndi. Unde dicit Ber(nardus) Silvestris: Intima lux animeque

15 optinebunt: M optime 17 id est: M corr. ex et 27 huius: M hoc 32 sunt: M super
36 Silvestris: M Silver

1 Iud. 16,25 2 Os. 9,1 6 recte 2 Par. 7,10 7 Act. 14,17 8 1 Par. 29,22 10 Ps. 4,8
11 Ps. – ubi? 11 Prov. 15,30 12 Ps. 18,9 13 Ps. 20,7 13 Ps. 65,6 14 Is. 9,3
14 Is. 35,10 16 Ps. 44,15 16 Is. 55,12 18 Ps. 30,2 18 1 Par. 29,9 20 Ps. 121,1
22 Apoc. 1,14 22 Ps. 144,15 36 Bern. Silv. mund. 2,14,15–18

dies concurrat ad ignis solaris radios ethereumque iubar, de quo concursu vis et natura videndi essendi causam materiamque trahit. Sic sancti apostoli habuerunt lumen in se gracie et sciencie, ut oculi, et illuminaverunt alios, ut lumina. Sic-
5 lumen splen(descere), illuxit in cordibus nostris, ecce quomodo sunt oculi, || 54c
ad illuminacionem sciencie, id est ut illuminemus alios sciencia, ecce quomodo sunt lumina. Damascenus I libro: Discipuli Domini Spiritu Sancto illuminati ad lumen divine cognicionis homines reduxerunt. Secundo, quia sunt ceteris sensibus alciiores. Creavit enim Deus animalibus caput in superiore parte corporis
10 propter oculos, quemadmodum dicit Philosophus anathomicus, ut oculi in illa parte sui essent adinstar speculatoris. Augustinus X. Confess(ionum): Oculi sunt ad noscendum in sensibus princeps. Plato in Thimeo: E quibus primi luciferi oculorum orbis emicant. Eodem modo apostoli fuerunt ceteris sanctis eminenciores. Unde I Cor. XII.: Posuit Deus in ecclesia primum apostolos, non tempore,
15 sed dignitate. Ieronimus in Prologo: Cunctis illis apostolos prefero, quos ante prophetas positos lego, precipue tamen eciam inter ipsos apostolos Petrus et Paulus preeminere videntur. Ut testatur Leo in sermone: Cum omnes apostoli parem graciā aput Deum sanctitatis obtineant, Petrus tamen et Paulus videntur ceteris peculiari quadam in Salvatore fidei virtute precellere. 3^o, quia sunt
20 numero plures, id est duo. Ideo autem duo, ut uno paciente incommodum alter vicem suam possit explere, uno clauso vel excecato spiritus visibilis ad alterum oculum se transfert et ibi perfeccius accionem videndi conplet. Ideo sagittarii uno oculo clauso signum melius percipiunt. Unde dicit Ber(nardus) Silvestris: Non nichil est hos esse duos, si langweat alter vice participis suppleat alter opus.
25 Sic et ipsi fuerunt gemini propter geminam populi divisionem. Alter ordinatus in prepucium, alter in circumcisionem, ut legitur Gal. I^o: Qui operatus est etc. Et quod Sol et Luna in celo, et oculi hominis in capite, hoc fuerunt apostoli in ecclesia, qui designantur per duo magna luminaria, Gen. I^o. Luminare maius, id est Sol, allegorice designat Petrum, quia est princeps apostolorum, sicut Sol
30 luminarium. De quo dicit psalmista: In sole posuit taber(naculum) suum, quia Petro commisit ecclesiam suam. Luminare minus, id est Luna, Paulus, qui est ultimus apostolorum, sicut Luna planetarum. I Cor. XV.: Ego sum mi(nimus). Primusque fuit diei, id est Iudeis Deum cognoscentibus, secundus nocti, id est gentibus Deum ignorantibus. Iudei namque signa petunt, Greci sapienciam volunt, I Cor. I. Ideo Petrus, qui precellebat in potencia signorum, factus fuit
35 apostolus Iudeorum, Paulus, qui in sapiencia | scienciarum, Grecorum. Quarto, 54d
quia sunt mentis indices. Isidorus: Oculi inter omnes sensus viciniore anime existunt, ideo in oculis omne mentis indicium est. Nam et animi perturbacio vel ilaritas, amor vel odium in oculis apparet. Plinius: Animus in oculis ha-

1 ignis: M ignes 1 radios: M radii 12 noscendum: M dinoscendum 23 Silvestris: M Silver 24 si: M scilicet 24 vice: M vite 27 quod: M add. et del. super 37 viciniore: M in marg. corr. ex iniiores

4 2 Cor. 4,6 7 Ioh. Damasc. fid. orth. 1,3; cf. PG 94,794C 10 Philosophus anathomicus – quis et ubi? (Aristot. de part. anim. ?) 11 Aug. conf. 10,35,54; PL 32,802 12 Plato Tim. 45 14 1 Cor. 12,28 15 Hier. – ubi? 17 recte Max. Taur. hom. 72; PL 57,402C 23 Bern. Silv. mund. 2,14,37–38 26 recte Gal. 2,8 28 Gen. 1,16 30 Ps. 18,5 32 1 Cor. 15,9 35 1 Cor. 1,22 37 Isid. orig. 11,1,36; PL 82,401C 39 Plin. nat. 11,54,4

bitat, habent enim oculi signa moderacionis, clemencie, odii, nunc amoris et tristicie. Ieronimus ad Furiam: Speculum mentis est facies et taciti oculi cordis fatentur archana. Sic et isti fuerunt indices voluntatis Dei. Per istorum enim os nobis Christus sonat, ut dicit Ieronimus. Unde Petrus intimans nobis Dei voluntatem dicit I Pe. II.: Hec est voluntas Dei, ut benefa(cientes) obmu(tescere) fa(ciat) inpru(dencium) ho(minum) igno(ranciam). Et Paulus I^o Tes. IIII.: Hec est voluntas Dei, sancti(ficacio) vestra. Quinto, quia sunt lucis dociles. Nichil enim noverunt apprehendere nec quod didicerint mediante luce. Ila(rius) II. De Tri(nitate): Oculis nisi lumen, sic nullus ministerii erit usus. Ut autem bene lumen recipiant, puritatem suam optime conservant. Et ob hoc divine potestates salubre oculis tegumen(tum) palpebrarum machinate sunt, ut dicit Plato in Timео. Ber(nardus) Silvestris: silva supercilii casu premunit ab omni, quem sibi res mollis et male firma timet. Sic et isti docti fuerunt a Christo, luce animarum, et docti fuerunt lucem, id est virtuosam vitam, et ideo effuderunt lucem, id est sanctam doctrinam, quoniam unusquisque hoc profert in medium, quod didicit a magistro suo, secundum Ber(nardum) super Cant. Et custodierunt puritatem sui luminis in affectione et intencione, ne quererent mundum et gloriam mundi. Sexto, quia sunt cordis duces, scilicet dirigentes corpus in suis motibus. Palpebre enim precedunt gressus hominis, ut dicitur Prover. IIII. Ambrosius in Examer(o): Ffortitudo corporis oculo duce utitur ad prelium. Sic apostoli fuerunt duces fidelium dirigentes eos in via salutis eterne, secundum quod dicit Psalmus: Principes Iuda duces eorum, Glosa: apostoli sunt duces eorum, qui in ecclesia laudant Deum. Congruе eciаm comparantur flamme ignis, quia per hoc ostenditur primo, maxima eorum deformitas in assimilacione ad Christum. Quia sicut Christus lux est, Io. XII.: Ego sum lux mundi, sic et apostoli, quibus dicit Mt. V^o: Vos estis lux mundi. Et hoc notatur in natura ignis, qui inter corporales creaturas, secundum Dionisium, magis est deiformis et plures habet deiformes proprietates, id est Deo convenientes, quia et || ipse Deus ignis dicitur Deuter. IIII. Et angeli, qui sunt maxime Deo similes, describuntur sub forma ignea et dicuntur currus igneus, rota ignea, tronus igneus, Dan. VII. Secundo, maxima eorum luminositas in verbo et exemplo, quoniam flamma rutilat et radios suos circumquaque diffundit, loca tenebrosa illuminat et abdita prodit, viam ambulantibus in tenebris ostendit, a longe apparet, et ab omni parte rei accense lucet et circulariter funditur in corpore. Sic apostoli mundum illuminaverunt teste psalmo: Illuminans tu mirabiliter, Glosa: per apostolos. Tercio, maxima eorum puritas in carne et mente, quia flamma est species ignis in materia aeris, sicut carbo in materia substantie terrestris, et lux in propria spera ignis, ut dicit Aristoteles: Aer enim propter sui subtilitatem et immediatam vicinitatem cum igne de facili ignitur et in naturam flamme convertitur, et secundum quod substantia aerea est purior, ita substantia flamme est purior et lucidior et nature

55a

5 Hec: M Hic 12 Silvestris: M Silver 27 deiformis: M deiformes

2 Hier. epist. 54,13; PL 22,556 4 Hier. – ubi? 5 1 Pt. 2,15 6 1 Thess. 4,3 8 Hil. – ubi? 11 Plato Tim. 45 12 Bern. Silv. mund. 2,14,35–36 16 Bern. – ubi? 19 Prov. 4,25
19 Ambr. hex. 6,9,55; PL 14,281A 22 Ps. 67,28 25 recte Io. 8,12 26 Mt. 5,14 27 cf.
Ps. Dion. Areop. coel. hier. 15,2; Dionysiaca 1000 29 Deut. 4,24 30 Dan. 7,5 35 Ps. 75,5
38 Aristot. – ubi?

lucis similior. Sic apostoli purissimi fuerunt. Et hoc patet ex eo, quod conversacio eorum dicitur fuisse in celis, Phil. III^o. Dicit autem Glosa Mt. VI., quia si cor est in celo, mundum est, quia celestia munda sunt. Quarto, maxima eorum caliditas in dilectione Dei, quos neque mors, neque vita potuerunt separare a caritate Dei, Ro. VIII. Ignis enim calidissimus est, et in sui summo maxime calet, et ideo formam habet acutam, et rem sibi obiectam forcius urit in summitatu, quam in latere. Quinto, maxima eorum agilitas in motu operis boni, sicut ignis propter sui levitatem continue movetur et nunquam quiescit et motu suo veloci sonitum generat. Movetur autem sursum et non deorsum, quia ubi est motus 10 tocius ignis, ibi est et scintille unius, secundum Aristotelem De ce(lo) et mundo. Sic apostoli nocte et die operantur, ne panem gratis manducarent, I Tes. II., quoniam ociositas est viciositas et viciositas est vilitas. Sexto, maxima eorum virtuositas in atractione hominum, qui(a) sicut ignis materiam, in quam agit, ad sui similitudinem trahit, id est ignitione, secundum Dionisium, sic apostoli homines 15 attrahebant et sibi similes efficiebant iuxta illud I Cor. VII.: Volo omnes esse sicut meipsum. Et sicut ignis in infinitum excrescit, et quantum materia subiecta sufficit, ipse nunquam deficit, ut dicitur Prover. XXX.: Ignis nunquam dicit: sufficit, sed potius eo magis esurit ignis, quo plures tabulata cibos alimentaue prebet, sic apostoli voluissent, quod plures convertissent dicente | Salomone Ec- 20 cles. VI.: Omnis labor hominis, scilicet predicatoris, in ore eius, id est in officio predicandi, et anima eius non implebitur bonis, quia adhuc vellet, quod plures converteret presente Domino Iesu Christo, qui cum P(atre) et S(piritu) S(ancto).

82. DE SANCTO PAULO APOSTOLO (Sermo primus)

25 Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terre, Is. XLIX. Iuste dictus est Paulus gloriosum lumen omnium ecclesiarum, quia prefulgens doctrine radiis totum mundum illuminavit, sicut nunc voce divina dicitur: Dedi te in lucem gentium. Sed antequam illum illuminatorem aliorum constitueret, prius ipsum illuminavit. Paulus enim, cum esset parvus, in parvis scholis 30 Iudeorum legem didicit ad pedes Gamalielis, Act. XXII., sed cum factus esset magnus, translatus est ad magnas scholas angelorum, ubi audivit archana verba Dei, II Cor. XII., et didicit evangelium per revelationem Iesu Christi, Gal. I^o. Et sic illuminatus datus est in lucem gentibus, ut dicitur in presenti verbo: Dedi te etc. Unde ipse est fons parvus existens in statu synagoge, qui crevit 35 in fluvium magnum in conversione, in aquas plurimas redundavit in habundanti predicatione, et in lucem solemque conversus est in tocius mundi illuminatione, Hester X^o. Habuit autem lux ista tres radios, quibus illuminavit gentes. Primus

16 excrescit: M excressit 18 esurit: M esuriit 22 presente: M prerante 22 Domino: M Deo 25 in lucem: M *suprascr.* id est radium 25 salus: M *suprascr.* id est nuncius

2 *recte* Phil. 3,20 2 Mt. 6,21 5 Rom. 8,35 10 Aristot. – ubi? 11 *recte* 2 Thess. 3,8 14 *cf.* Ps. Dion. Areop. coel. hier. 15,2; Dionysiaca 996 15 1 Cor. 7,7 17 Prov. 30,16 19 Eccle. 6,7 25 Is. 49,6 30 Act. 22,3 32 2 Cor. 12,4 32 Gal. 1,12 37 Esther 10,6

terdum magis mortui, quam viventes, Eccles. III., quia non viderunt mala, que
 || sub sole fiunt, Glosa: quia non sentiunt has miserias. Melius (est) enim non
 esse, quam male vivere, ut ait Ieronimus in Glosa Ier. XX. Vergilius: Vivite felices, quibus est fortuna peracta iam sua, nos alia ex aliis in fata vocamur, id est
 5 de periculis ad pericula ducimur. Tercio, magna ad Deum fiducia sui, quia sive
 inquam vivimus, Domino vivimus, sive morimur, Domino morimur, Ro. XIII.
 In simili fiducia legitur dixisse Sanctus Ambrosius: Non sic vixi, ut pudeat me
 vobiscum vivere, sed nec mori timeo, quia bonum Dominum habemus. Vitam
 virtuosam tria constituebant in eo, scilicet conflictus altercationis cum adversa-
 10 rio, cursus predicacionis in mundo, perseverancia finalis in bono. De hiis dicit
 per ordinem: Bonum certamen certavi. Et dicitur certamen fidei bonum a fine,
 quia coronat certantem. II Reg. II.: Cum dimicasset, tulit diadema et impositum
 est super caput eius. Cursum consu(mmavi), scilicet predicacionis, quia ab Ierusalem
 15 per circuitum usque ad Iliricum replevit terram ewangelio Christi, Ro.
 XV. Fidem servavi, scilicet finaliter, pro qua et in qua mortuus est. Remunera-
 cionem sibi collatam tria probant esse gloriosam, scilicet loci securitas, in quo
 reponitur, temporis oportunitas, quando redditur, conferentis dignitas, a quo da-
 tur. De hiis dicit per ordinem: In reliquo, id est in futuro, reposita est michi,
 20 scilicet in secretis Dei, ubi quicquid est in tuto, quia Deus potens est servare
 depositum nostrum, II Tim. I. Corona iusticie, id est merces pro operibus ius-
 tis. Prover. XI.: Seminanti iusticiam merces fidelis. Et quia tutus locus est in
 celo aput Deum, ideo monemur a Domino thesaurizare in celo, Mt. VI., ubi ne-
 que erugo, neque tineas demolitur, nec fures furantur. Arator: Gazasque reconde,
 25 quo nequeant adversa pati, nec deterit ullus perpetuas ibi casus opes, sine fi-
 ne tenebis, quod dominum debere facis. Quam reddet michi in illa die, scilicet
 mortis et iudicii, quando quicquid datur, graciosius accipitur, quoniam in necessi-
 tate datur, quando homo sibi soli relinquitur. Reddet michi iustus iudex, scilicet
 Christus. Et quod datur a digniori, reputatur pro gloriosiori, ut patet ex dicto
 Domini Io. X.: Pater quod dedit michi, maius omnibus est. Hac de causa ani-
 30 mas ipse Deus beatificat in- | mediate. Quod et nobis conferat Pauli precibus 56b
 Iesus Christus, qui vivit et regnat in secula solus etc.

84. DE SANCTA MARGARETA (Sermo primus)

35 Ab aquilone aurum venit, Iob 37. Auri nomine sancta virgo Margareta signi-
 ficatur, et propter pulchritudinem faciei et propter claritatem fidei. Aurum enim
 in metallis principatum optinet fulgoris et claritatis, unde et aurum dicitur, quod
 aura percussum plus fulgeat. Sic et ipsa perflata austro Spiritus Sancti ad mo-

1 que: M *iter.* 2 miserias: M *miseras* 18 In reliquo: M *Derelinquo* 20 est: M *iter. in marg.* 24 ibi: M *ubi* 25 quod: M *quas*

1 Eccle. 4,2-3 3 Hier. in Ier. 4,20; PL 24,838 3 Verg. Aen. 3,493-494 6 Rom. 14,8
 7 Ambr. - *ubi?* 12 *recte* 2 Reg. 12,29-30 14 Rom. 15,19 20 2 Tim. 1,12 21 Prov.
 11,18 22 Mt. 6,19-20 23 Arator act. 1,400-403; PL 68,130A 29 Io. 10,29 34 Iob
 37,22

dum auri pulchra fuit facie, sed pulchrior fide. De primo dicitur, quod Olibrius virginis huius venustatem speciositate nativa depictam contemplatus est. De secundo dicitur, quod virgo erat non solum corpore, sed et mente, quod nullo doli ambitu sincerum adulteraverat affectum. Istud aurum primo, fuit separatum a
5 vicinia sue masse. Secundo, fuit probatum igne passionis acerbe. Tercio, fuit fabricatum in opus fulgide corone. De separacione eius a massa prodicionis dicitur hic: Ab aquilone, id est a gentili patre et gentilitatis errore, aurum venit, id est virgo nascitur et convertitur. Fuit enim Aedesii, idolorum principis filia, que auditis Christiane milicie pugnīs et victoriis relicto gentilitatis ritu credi-
10 dit Deo, et inpleta est scriptura, que dicit: Ab aquilone au(rum) ve(nit). Aquilo est plaga frigida et tenebrosa et gelicidii generata. Eccli. XLIII.: Frigidus ventus aquilo flavit, et gelavit cristallus ab aqua. Et significat gentilitatem carentem luce cognicionis et calore dileccionis, in qua habitant homines constricti obsti-
15 natione sume infidelitatis, in quibus posuerat sedem suam princeps tenebrarum, qui dicit Is. XIII.: Sedebo in lateribus aquilonis. Sed veniente auro ab aquilone, id est conversa hac virgine de gentilitate, latera aquilonis, id est gentes, que ad-
herebant diabolo, ut latera homini, facte sunt civitas regis, id est Dei. Quoniam in ipsius passione baptizati sunt V^e milia, quos capite plecti censuit ira prefec-
20 ti, quibus est addicta Christi testis invicta. De probacione ipsius igne passionis legitur Iob XXIII.: Probavit me quasi aurum, quod per ignem transit. Dicitur enim in legenda sua, quod cum nollet sacrificare, exuitur et appositis ad late-
ra facibus acerrime concrematur. Et sicut aurum in igne non deficit, sed potius nitescit, || sic in tormento ignis non defecit, sed mira spiritus alacritate viguit,
25 quia in omnibus tam gravibus nec ingemuit, nec tristem vultum contraxit, sed magis composito moderat gaudia vultu. Gaudet quippe paciencia duris, lecius est, quociens magno sibi constat, honestum, ut dicit Lucanus. De fabricacione eius in opus Salvatoris dicitur Zache. VII.: Sumes aurum, id est conversam animam ad Deum, et facies coronam, id est materiam laudis, et pones in capite Iesu sacerdotis magni, id est Salvatoris Christi, qui glorificatur in sanctis suis, sic-
30 ut rex in corona sua. Moralter quo ad nos dico, quot aquilo dicitur diabolus. Iob XXVI.: Extendit aquilonem, id est diabolus, super vacuum, id est super illos, qui non habent gratiam. Infernus. Ier. I.: Convocabo omnes cognaciones regnorum aquilonis, id est demones de inferno. Homo perversus. Is. XLIII.: Dicam aquiloni: Da, Glosa: homini gentili. De primo aquilone, id est diabolo, venit aurum, id est premium coronacionis, quia temptat sanctos et succumbit eis et
35 exinde sancti coronantur ut victores. Est enim, secundum Ber(nardum) super Cant., iocundum Dei iudicium, ut superbus ille humilium malleator eisdem ipsis fabricet coronas perpetuas nesciens impugnando omnes et omnibus succumbendo. De secundo aquilone, id est inferno, venit aurum, id est donum timoris, dum
40 considerantes penas inferni timemus et timore convertimur et purgamur secundum dictum Sancti Iob XLI.: Timebunt et terrii purgabuntur. Sicut enim lupus

56c

2 venustatem: M vetustatem 8 Aedesii: M Theodosii 17 ut: M add. a 20 aurum: M iter. et corr. 23 nitescit: M corr. ex intescit et falso add. sic in tormento ignis non deficit, sed potius nitescit 25 lecius: M leciior

11 Eccli. 43,22 15 Is. 14,13 16 latera aquilonis: Ps. 47,3 18 baptizati sunt: AH 28,19 20 Iob 23,10 26 Lucan. 9,403-404 27 recte Zach. 6,11 31 Iob 26,7 32 Ier. 1,15 33 Is. 43,6 36 Bern. serm. in cant. 17,6; PL 183,858A 41 Iob 41,16

- metuit foveam et milvus hamum et ursus pedicam et declinat, sic peccator metuit infernum. De tercio aquilone, id est homine perverso, venit aurum, id est donum contricionis, dum peccator convertitur in erumpnam consciencie sue, et config(ura)tur spina contricionis, et inde laudatur Deus, qui convertit petram in
- 5 stagna aquarum, id est durum peccatorem in fluvium lacrimarum. Quod et nobis facit sponsus virginum, Iesus Christus.

85. (DE SANCTA MARGARITA)

Secundus sermo de eadem

- Ecce Rebecca egrediebatur, puella decora nimis virgoque pulcherrima et incognita viro, habens ydriam in scapula, Gen. XXIII. Rebecca interpretatur paciencia sive multum accepta, et significat sanctam virginem Margaretam, que fuit paciens in suo martirio, quemadmodum cantatur de ipsa: Celestis | premi- 56d
mii spe gaudens in tribulacione erat paciens. Multum vero accepit a Deo in donorum distribucionem, scilicet humilitatem, que omnes virtutes acquirit per modum attraccionis vacui et custodit. In signum autem sue humilitatis et simplicitatis pascebat oves nutricis sue, quia gentilis eiecerat eam de domo sua ob Christianitatem. Hec proponitur nobis in exemplum imitationis, cum dicitur: Ecce Rebecca etc. Est autem imitanda a nobis primo, in deposicione vite veteris, quoniam ipsa egrediebatur, scilicet a cultu idolatrie et statu perfidie, quia fuerat filia principis idolorum facta Christiana. Unde requisita, si esset libera, an ancilla, sed Christiana. Et inpletum est in ea dictum cuiusdam Sapientis: Vetus ille repatriet error et preter erroris gentilis nutriat illum, quem genuit. Et ad exemplum huius sancte virginis debet quilibet egredi primo, a carnis voluptate, sicut avis fugit de nido serpentibus pleno. Is. XV.: Pulli de nido avolantes, 25
Glosa: ne a serpentibus devorentur. Secundo, a terrenorum amore, sicut captivus fugit de cavernis terre. Ier. 38.: Extraxerunt Ieremiam funibus de lacu. Lacus est locus obscurus, significat temporalia, que obtenebrant. Augustinus (in) libro Conf(essionum): Defluxi ad ista temporalia et obscuratus sum. De quibus extrahitur peccator funibus preceptorum, quia precipit Deus temporalia contempnere. 30
Tercio, a malorum societate, sicut fugit aliquis de medio inimicorum suorum. Seneca in epistolis: Non solum corporibus, sed etiam animabus salubrem locum queramus, quemadmodum a coniunctu enim inter tortores vivere nolim, sic nec inter malos, quia mores a coniunctu fornicantur. Secundo, in assumptione vite melioris. Debet autem vita nostra reformari primo, quantum ad effectum per operationem. De quo modo reformationis dicitur: habens ydriam in scapula, 35
Glosa: curam temporalem in exercicio operum. Homo enim nascitur ad laborem operationis, Iob VII., non ad vanitatem occiositatis, que multa mala docet, Eccli. 33. Lucanus: Variam semper dant ocia mentem. Et quia multa tempora prete-

1 metuit: M metile

4 Deus, qui: Ps. 113,8 10 Gen. 24,15-16 12 Celestis premii: AH 28,19 21-22 Vetus ille: Gaufr. Vinos. poetr. nova 353-355 24 recte Is. 16,2 26 Ier. 38,13 27 Aug. conf. 12,10,10; PL 32,830 31 Sen. epist. 51,4 37 recte Iob 5,7 37 Eccli. 33,29 38 Lucan. 4,704

- rita male expendimus, debemus facere, quod dicit Seneca in libro Naturalium
questionum: Dampna etatis male expense sarciat labor, nox ad diem accedat, fa-
ciamus, quod in itinere fieri solet, qui tardius exiverunt, velocitate reconpensant
moram. Secundo, quantum ad affectum per mundacionem. Qui modus renova-
5 cionis || notatur in eo, quod dicitur fuisse puella decora et virgo pulcherrima. 57a
Ut decor, referatur ad habitudinem mentis, quia decor dicitur quasi decus cor-
dis, pulchritudo ad bonam habitudinem corporis, quia pulchritudo dicitur quasi
pellis species. Unde in ea gracia et natura conveniunt ad perfectam pulchritudi-
nem faciendam, quia dicit Sapiens: Sanccior est pulchritudo veniens e corpore
10 virtus. Sciendum est autem, quod ¶nature puelle est conforme nomini pupille¶,
et unum inponitur ab alio, quoniam puella debet esse ut pupilla. Est enim pu-
pilla pars corporis purissima, quia constat et componitur ex humore cristallino,
qui est purus, albus, lucidus, clarus, parvus et diafanus. Et oritur a partibus ce-
rebri superioribus, parvis et lucidioribus, et hic humor proprie est pupilla. Est
15 eciam pars corporis parvissima. Cassiodorus in Psalmo XVI.: Pupilla perexi-
gua est. Est enim medius punctus oculi, in quo est vis videndi, ubi quia parve
imagines apparent, ideo pupilla appellatur, secundum Isi(dorum): Ut parvulos
appellamus pupillos. Est eciam pars corporis custoditissima. Omne enim ani-
mal claudit oculum ex natura, secundum Aristotelem, ut non cadat super eum
20 aliquod extrinsecum et palpebre sunt create, ut claudant oculum, et quasi sepes
oculi nichil fedum intrare permittant. Cilia sunt oculorum tegimina, a celando
sic dicta, quia oculos celant et tegunt tuta custodia, et motu suo continuo aerem
intercidunt et a lesione aeris oculos custodiunt. Sic puella ut debet esse, scilicet
purissima per castitatem. Unde et alio nomine virgo appellatur ab incorruptione,
25 quasi virago, quia nescit adhuc femineam passionem, ut solvetur in ea dictum
apostoli I Cor. VII.: Virgo cogitat, que Domini sunt, ut sit sancta corpore et spi-
ritu. Debet eciam esse parvissima. Eccli. XI.: Brevis in volatilibus apibus, id est
virgo in sanctis. Debet eciam esse tutissima per occultacionem. Unde vox est
competens virgini in Psalmo, ut dicat Deo: Custodi me ut pupillam oculi. Et cu-
30 stodibus, id est puel- | larum precipitur Eccli. VII.: Filie tibi sunt? Serva corpus 57b
illarum. Tercio, quantum ad aspectum per cognicionem, de quo modo renovaci-
onis dicitur: et incognita viro, Glosa: nulli heresi consenciens. Unde hec virgo
habuit integritatem corporis per virginitatem et mentis per veram fidem. Ideo ex
toto sanctissima fuit dicente Augustino De virginitate: Cum ecclesia universa sit
35 sancta corpore et spiritu, nec tamen universa sit virgo corpore et spiritu, multo
sanccior est in hiis membris suis, ubi virgo est et corpore et spiritu.

14 parvis: M parvis 14 pupilla: M *corr. ex pupillas* 16 medius: M melius 22 oculos:
M oculus 25 solvetur: M salvetur 32 hec: M hic

1 Sen. – ubi? 9 Sanccior est – quis et ubi? 15 Cassiod. Ps. ? 17 Isid. orig. 11,1,37; PL
82,402A 19 Aristot. – ubi? 26 1 Cor. 7,34 27 Eccli. 11,3 29 Ps. 16,8 30 Eccli.
7,26 34 Aug. virg. 2,2; PL 40,397

86. DE SANCTA MARIA MAGDALENA
(Sermo primus)

Dissipatum est vas, quod ipse faciebat de luto manibus suis, et conversus fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis eius, ut faceret. Ier. XVIII. In hiis
 5 verbis describitur triplex status Sancte Marie Magdalene, scilicet status creacionis, prolapsionis et reparacionis. Per creacionem accepit esse nature. Et hoc notatur, cum dicitur: Dissipatum est, quod faciebat, vas de luto manibus suis. Per prolapsionem accepit esse culpe. Et hoc notatur, cum dicitur: Dissipatum est
 10 vas, quod ipse fa(ciebat). Per reparacionem sumpsit esse gracie. Et hoc notatur, cum dicitur: conversus fecit illud vas alterum. Est ergo sensus dicti: Figulus est Deus, creator omnium, qui finxit sigillatim corda hominum. Vas autem figuli est homo creatus a Deo. Vas dissipatur, cum homo in culpam labitur, sed in aliud vas transformatur, cum per gratiam reparatur, ut de vase contumelie fiat vas honoris et gracie. Ex parte creacionis habet homo aliquid dignitatis et
 15 aliquid fragilitatis, ut ex uno gratias agat, ex alio se despiciat. Dignitatem quippe habet ex parte opificis sive principii effectivi, qui faciebat vas manibus suis, scilicet Deus, testante propheta: Manus tue, Domine, fecerunt me. Augustinus super (Psalmum) „Beati immacu(lati)”: Preciosum opus Dei est homo et grandis in prerogativa hominis monstratur, cum dicitur: manus tue etc. De aliis namque
 20 operibus legitur: Dixit et facta sunt. Hominem vero propriis manibus figuravit, quasi studiosius operans in hominis creacione. Ffragilitatem autem habet ex parte materie, sive principii materialis, quia faciebat vas de luto iuxta illud Gen. II.: Formavit Deus hominem de li(mo) terre. Augustinus: Vilentem terra monstrat, preciosum virtus facit. Ex parte prolapsionis habet homo || dissipari, sicut nunc
 25 dicitur: Dissipatum est vas etc. In exemplo est Beata Maria Magdalena, que cum esset in statu culpe, fuit vas dissipatum per lesionem naturalium bonorum, in qua verificatur dictum prophete Is. XXX.: Comminuetur sicut lagena figuli contricione pervalida. Fuit etiam vas inquinatum per commissionem peccatorum multorum, quoniam vas, quod non habuit ligaturam desuper, id est custodiam
 30 a Deo et a seipso, immundum erit, Numeri XIX. Fuit vas inversum per effusionem gratuitorum donorum, sicut demon eiectus de obsessio subvertit vas et effundit aquam, sicut legitur in historiis. Sic facit diabolus, peccatorem evertit a Deo, et evacuat omni bono, et erit cor fatui quasi vas confractum non tenens ullam gratiam, Eccli. XXI. Et gracie fatuorum effundentur, Eccli. XX. Sed figulus luti, Dominus Iesus, conversus, scilicet ab ira ad misericordiam, fecit illud,
 35 scilicet Mariam, vas alterum, non substancialiter, sed formaliter, seu qualitatem, quia de peccatrice fecit penitentem, et sic post fluxe carnis scandala fit ex lebe-te fiala, in vas translata glorie de vase contumelie. Fecit ergo vas alterum, id est alteratum, quia de vase fracto fecit vas integrum, ut contineat Christum in amo-re. De inquinato vas mundum, ut prebeat exemplum de sanctitate. De inverso
 40

57c

10 fecit: M *iter. et corr.*13 reparatur: M *corr. ex reformatur*17 propheta: M *propria*27 prophete: M *proprie*27-28 contricione: M *contraccione*34 effundentur: M *effundetur*

4 Ier. 18,4

17 Ps. 118,73

17 Aug. - *ubi?*

20 Dixit et: Gen. 1,14

22 Gen. 2,7

23 Aug. - *ubi?*

27 Is. 30,14

30 Num. 19,15

32 in historiis - *quis et ubi?*

34 Eccli.

21,17

34 Eccli. 20,13

37 post fluxe: AH 52,251

vas erectum, ut aspiciat celum et celi numina in contemplacionem. Modus autem reformationis eius describitur in illo dicto alicuius sancti: Flavit auster etc. Ubi ostenditur, quod in reformatione huius vasis aliquid fuit ex parte spiritus, scilicet repulsio adverse potestatis, quia: Flavit auster, id est Spiritus Sanctus, et fugavit aquilonem, id est diabolus, quando lavit cor Marie penitentis imbris Sancti Spiritus. Aliquid fuit ex parte verbi, scilicet ardor amoris excoquentis, quia: Liquefecit et refecit resolutam in lamentis verbum missum celitus. Hec est mulier, que sedebat super flumina Babilonis et flebat fundendo lacrimas compuncionis, in qua verificatum fuit dictum Sancti Iob XIII.: Caro eius, dum vivit, dolebit, et anima eius super semetipso lugebit. Vas istud est commendabile primo, ex parte notabili sui nominis, quia dicitur vas eleccionis per eternam predestinacionem. Act. IX.: Vas eleccionis est mihi in terra. Vas miseracionis per presentem iustificacionem. Ro. IX.: Ostendit divicias glorie sue in vasa misericordie. Vas honoris per futuram glorificacionem. II Tim. II.: Si quis emundaverit se, erit vas sanctificatum in honorem. Secundo, ex parte materie, quia fuit aureum per caritatem preciosam. Eccli. L.: Cum vas auri solide orna(tum) omni lapi(de) precioso. Argenteum per fidem lucidam et sonoram. Prover. XXV^o: Aufer rubigi(nem), scilicet culpe, de argento, id est homine fideli, et egredietur vas purif(icatum). Ereum per spem longanmem et solidam, qualia dicitur fecisse Salamon in templo, III Reg. VIII. Quia Christus constituit homines in ecclesia constantes per fidem et spem. Tercio, ex parte contenti, quia fuit vas plenum oleo pietatis in mente. Mt. XXV.: Ace(perunt) ole(um) in va(sis) su(is). Simila puritatis in carne. Numeri VII.: In oblacione Naason fuit fiala plena simila. Sale discrecionis in sermone. III Reg. II.: Afferte mihi vas novum et mittite in illud sal, quod dulcorat aquas amaras. Sic discrecio condit mores et operaciones, quoniam virtutes discrecionem querunt. Augustinus XII De Trini(tate): Sine sciencia nec virtutes ipse, quibus recte vivitur, possunt haberi. Faciebat vas de luto, cum homo secundum carnem sit compositus ex IIII^{or} elementis. Dubitatur, quare dicitur factus specialiter de terra. Quod enim commune est omnibus, non debet uni attribui. Et est dicendum, quod IIII^{or} sunt rationes, quare homo dicitur factus de terra. Prima est Philosophi, qui dicit, quod in commixtione mixti plus est de terra, quia minus habet de spera et plus de materia. Ideo compositum descendit, quia motus sequitur naturam predominantis secundum quantitatem, et quia denominacio erat danda secundum rationem predominantis, dicitur factus de terra. Sicut ex demonio colore dicitur aliquis colericus, quamvis sint in ipso etiam alii humores. Secunda Augustini, qui dicit, quod duo sunt elementa habilia ad paciendum, scilicet humor et humus, duo ad agendum, scilicet ignis et aer. Et quia fieri ex hoc dicit rationem passibilis, et terra inter alia passibilior est, ideo dicitur potius fieri de terra. Tercia est Basilii, qui dicit, quod in terra reperiuntur alia elementa. Nam ignis elicitur ex ferro et lapide, que nascuntur

57d

12 in terra: M iste 19 Ereum: M Eneum 32 spera: M specie 35 demonio: M divino

2 Flavit auster: AH 52,252 4 Flavit auster: AH 52,252 7 Liquefecit et: AH 52,252 9 Iob 14,22 12 Act. 9,15 13 Rom. 9,23 14 2 Tim. 2,21 16 Eccli. 50,10 17 Prov. 25,4
20 recte 3 Reg. 10,25 22 Mt. 25,4 23 Num. 7,12 24 4 Reg. 2,20 et 22 26 Aug. trin. 12,14,21; PL 42,1009 31 Aristot. ? – ubi? 36 Aug. – ubi? 39 Basil. M. hex. 1,7; cf. PG 29,19B

in tellure. Aquam quoque inesse terris probant putei et fontes. Aer eciam inest
 terris, quia tepefacta terra calore solis emittit vapores. Iste tres rationes sunt na-
 turales. Quarta est Bernhardi, et est moralis, qui dicit, quod terra est vilissimum
 5 elementum. Ideo ad humiliacionem elacionis dicitur factus de terra limosa, que
 est vilissima. Unde dicit ad Eugenium: || Cogitas te summum pontificem, cogita 58a
 te vilissimum pulverem. Idem super Cant.: Tibi unde gloria, putride pulvis?

87. DE MARIA MAGDALENA

Sermo secundus

Mulierem fortem quis inveniet? Prover. ultimo. In Maria Magdalena conve-
 10 nerunt quasi duo contraria, scilicet mollis natura et virtus animosa. Fuit enim
 mulier et ideo mollis, quia mulier dicitur a mollicie quasi mollior. Et quamvis
 esset mulier sexu, fuit tamen fortis facto. Unde huic questioni: Mulierem for-
 tem, id est in bonis constantem, quis inveniet? — quasi rarus vel nullus —,
 15 (respondere) possumus, quod Dominus Iesus invenit unam in domo pharisei,
 tunc quidem infirmam, sed per ipsum fortem factam, sicut ignis consolidat tes-
 tam. Ideo ad laudem ipsius possumus dicere et debemus, quod ipsa fuit mulier
 munda ex parte concupiscencie. De quali muliere scriptum est Eccli. XL.: Edifi-
 cacio civitatis confirmabit nomen et super hec mulier immaculata computabitur.
 Discreta ex parte racionabili. De quali dicitur Prover. XIII.: Sapiens mulier edi-
 20 ficat domum suam. Virtuosa ex parte irascibili. De quali dicitur Ruth III.: Scit
 omnis populus mulierem te esse virtutis. Sed est alia triplex proprietas mulieris
 mala contraria predictae triplici proprietati bone, que invenitur in malis mulieri-
 bus, scilicet stul(t)icia contra sapienciam. De quali dicitur Iob II.: Quasi una de
 stul(tis) muli(eribus) locu(ta) es. Prover. VII.: Mulier stulta et clamosa. Macula-
 25 ta contra mundiciam. De quali Ier. II.: Mulier dimittens virum su(um) pol(luta)
 erit. (Eccli.) IX.: Mulier fornicaria quasi stercus in via. Invalida contra con-
 stanciam. De quali Deuter. 24.: Tenera mulier et delicata non valet pedem figere
 super terram. Lu. XIII.: Mulier habebat spiritum infirmitatis. Sed domina nostra,
 de qua nunc loquimur, fuit mulier fortis. Et hoc in duobus, scilicet in aggres-
 30 sione arduorum et in perpeessione molestorum. Aggressa est autem quadruplex
 arduum, scilicet continencie in affectu, perseverancie in profectu, operacionis in
 effectu, contemplacionis in aspectu. De quibus habetur in epistola: Accinxit for-
 titudine, id est forti proposito castitatis, lumbos su(os), id est naturales affectus
 generacionis, in quibus est virtus sementina ad diffusionem speciei dicti sic ob
 35 lasciviam libidinis, et roboravit brachium suum. Per brachium intelliguntur ope-
 ra | pietatis, que roborantur consideracione ultimi finis, quod scilicet seminanti 58b

18 hec: M hanc 18 mulier: M *corr. ex mulierem* 19 racionabili: M racionabilis 31-
 32 in effectum: M *corr. ex affectu* 34 sementina: M semertina

3 Bern. consid. 2,9,18; PL 182,753C 6 Bern. serm. in cant. 13,7; PL 183,837D 9 Prov.
 31,10 11 mulier dicitur: Isid. orig. 11,2,18; PL 82,417A 17 Eccli. 40,19 19 Prov. 14,1
 20 recte Ruth 3,11 23 Iob 2,10 24 recte Prov. 9,13 25 recte Ier. 3,1 26 Eccli. 9,10
 27 recte Deut. 28,56 28 Lc. 13,11 32 in epistola: Prov. 31,17

iusticiam est merces fidelis, Prover. XI. Et secundum Augustinum in canonicam Io(hannis): Memoria promisse mercedis perseverantem facit in opere. Ideo boni operarii monentur II Paral. XV^o: Confortamini et non dissolventur manus vestre, erit enim merces operi vestro. Gustavit et vidit, id est affectu, et intellectu expertus est, quod bona est negociacio eius, scilicet vite immarcescibilis. In qua negociacione emitur paupertate regnum, labore requies, tristitia gaudium. Non exti(gwitur) in nocte lucerna. Lucerna est lumen boni exempli, de quo dicitur Lu. XII.: Lucerne ardentes sint in manibus vestris, que non debent extingwi in nocte huius seculi, ut semper faciamus bona, ut sit lucerna nostra similis illi lucerne, de qua loquitur Isi(dorus) in libro Ethim(ologiarum), quod in Archadia invenitur quidam lapis, qui dicitur asbestos, qui semel accensus nunquam extingwitur, de quo lapide in fano quodam Veneris fuit candelabrum et in eo lucerna, que nulla tempestate extingwebatur sub clivo. Similiter pertulit quadruplex molestum, scilicet ruboris, doloris, ardoris et despeccionis. Signum ruboris fuit in ea, quod stetit retro, scilicet propter reverenciam non audens venire contra faciem tanti Domini. Cui simile legitur fecisse Moyses Exo. III.: Abscondit faciem suam, non enim audebat respicere contra Dominum. Peccator enim debet esse verecundus coram Deo, ut publicanus, qui nolebat nec oculos ad celum levare, Lu. XVIII. Ber(nardus) super Cant. XVI.: Qua fronte attollo oculos ad vultum patris tam boni tam malus filius? Pudet indigno gessisse genitore meo. Exitus aquarum deducunt oculi mei, operiat confusio vultum meum. Erubuit autem et propter sexum, quia mulier, et propter luxum, quia peccatrix, et propter convivancium cetum, cum quibus Dominus tunc accumbebat. Signum doloris fuit in ea, quod lacrimata est. Nam lacrimae dicuntur a laceracione mentis. Et flevit humiliter, quia ad pedes, et largiter, quia ad sufficienciam rigacionis, et utiliter, quia per hoc meruit expulsionem demonis, id est culpe, secundum illud dictum Sedulii: Scameus aguis inperiosa sacri fugiens miracula verbi corde tuo depulsus abit. Ad commendacionem ardoris eius dicit Dominus de ea: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Invenitur autem triplex signum amoris in ea, scilicet extersio capillorum, adibicio osculorum, inunccio odoramentorum, ubi tot fecit holocausta || de se in bonis, quod habuit oblectamenta in malis. Ad expressionem despeccionis eius dixit phariseus de ea: Hic, si esset propheta etc. Despexit autem personam, cum ait: que, et fortunam, cum ait: qualis. Et impropertavit preteritam culpam, cum ait: peccatrix est. Sed falsum dixit, quia cum plorabat, iam peccatrix non erat. Unde Gregorius: Incendit plene peccati rubiginem, quia ardet valde per amoris ignem.

58c

5 immarcescibilis: M immarcessibilis 9 nocte: M add. ut 11 asbestos: M abeston
17 Peccator: M Peccatorem 20 genitore: M genere

1 Prov. 11,18 1 Aug. in epist. Ioh. 3,11; PL 35,2003 3 2 Par. 15,7 8 Lc. 12,35 10 Isid. orig. 16,4,4; PL 82,565A 16 Ex. 3,6 19 Lc. 18,13 19 Bern. serm. in cant. 16,4; PL 183,850D 24 lacrimae dicuntur: Isid. orig. 11,1,41; PL 82,402B 27 Sedul. carm. pasch. 4,145-147; PL 19,685A 28 Lc. 7,47 31 tot fecit: Greg. M. in evang. 33,2; PL 76,1240B 32 Hic, si: Lc. 7,39 35 Greg. M. in evang. 33,4; PL 76,1241C

88. <DE SANCTA MARIA MAGDALENA>
<Sermo tercius>

Date sunt mulieri due ale aquile magne, ut volaret in desertum, Apok. XII. Ffestum Beate Magdalene est nobis exemplum, ut penitenciam assumamus, sicut ipsa fecit, quia secundum Gregorium: Saxeum pectus habet, quem huius peccatricis lacrimae ad exemplum penitendi non emolliunt. Est etiam nobis in gaudium propter veniam, quam per penitenciam promeruit, quia dimissa sunt ei peccata multa, Lu. VII. De tali ergo festo locuturis gracia est imploranda Salvatoris. Date sunt etc. Mulier ista est Beata Maria, quam duo commendant in hiis verbis, scilicet pietas officiosa et largitas divina. Pietas sua insinuat sub nomine mulieris, quoniam natura muliebris primo quidem, est propncior ad miserendum. Aristoteles VI. Animalium: Mulier est maioris pietatis, quam vir, et cicius eicit lacrimas. 2º, est ardencior ad amandum. Isi<dorus> Li<ber> Ethim<ologiarum>: Femina dicta est in Greco ab ignea vi phos, quod est ignis, quia vehementer concupiscit. Amaciores enim femine sunt tam in hominibus quam in animalibus. Unde nimius amor femineus vocatur apud antiquos. Tercio, est debilius ad sustinendum. Isi<dorus>: Apud antiquos dicitur a mollicie quasi mollior. Uterque enim sexus fortitudine et imbecillitate corporum discernitur. Aristoteles: Universaliter femine sunt debiliores masculis preter ursam et leopardam. Quarto, est levior ad discurrendum. Aristoteles: Modus feminarum est, quod sunt leviores ad discurrendum. Quinto, est diligencior circa fetum. Aristoteles: In omnibus generibus femine sunt magis sollicite circa nutrimentum filiorum. Unde et mater nomen assumpsit a mamma, secundum Isi<dorum>, eo quod femi<na> nutriendo mammam porrigit. Sollicita est enim mulier naturaliter circa nutrimentum filiorum. Sexto, est aprior ad corporis cultum. Oracius: Quid tibi vis, mulier nigris dignissima barris. Has commendabiles condiciones nature muliebris habuit domina | nostra Magdalena, quia fuit prompta ad miserendum proximo indigenti. Unde in epistola: Manum suam aperuit inopi. Fuit ardens amator summi boni. Unde os suum, scilicet intrinsecum, aperuit sapientie, scilicet amande. Ipsa enim plus laudatur inter mulieres de dilectione Iesu Christi, cuius dilectionis signa fuerunt in ipsa muliere lacrimae et ad viventem Dominum, quando lacrimis rigavit pedes eius, Lu. VII., et ad mortuum, quando stabat ad monumentum for<is> plorans, Io. XXI. Fuit debilis ad sustinendum pondus peccati, quia statim, ut conspexit Dominum gracie largitorem et criminum indultorem in domum venisse Simonis, penitenciam sibi assumpsit convenientem, et sic ingressa est ad fontem pietatis, et que venerat immunda, recessit iustificata. Fuit levis ad discurrendum post vestigia predicantis Christi. Legitur enim Lu. VIII., quod Iesus iter faciebat per civitates et cum illo Maria, que vocatur Magdalena. Fuit diligens circa fetum operis boni, que nunquam comedit pa-

58d

3 Date: M Nate 16 nimius: M in marg. 19 masculis: M masculos 19 ursam: M usuram
23 mamma: M manna 24 enim: M iter. 34 conspexit: M conperit 35 convenientem: M comitem

3 Apoc. 12,14 5 Greg. M. in evang. 33,1; PL 76,1239C 8 Lc. 7,47 12 Aristot. – ubi?
13 Isid. orig. 11,2,24; PL 82,417C 17 Isid. orig. 11,2,18; PL 82,417A 19 Aristot. – ubi?
20 Aristot. – ubi? 21 Aristot. – ubi? 23 Isid. – ubi? 25 Hor. epod. 12,1 28 Prov. 31,20 32 Lc. 7,38 33 recte Io. 20,11 38 Lc. 8,2

nem ociosa, et suscipiebat Christum hospicio et exhibebat sibi et suis necessaria cum sorore sua Martha, ut legitur Lu. XI. Ffuit aptissima ad cultum mentis per habitum virtutis, quia bissus castitatis et purpura caritatis fuit indumentum eius. Largitas divina commendatur in ea ex hoc, quod date sunt ei due ale. Que date
5 sunt ei pleniter, quia due. Nam una ala non sufficit ad volandum. Et sublimiter, quia ale aquile, que sublimius volat aliis avibus. Et utiliter, quia: ut volaret in desertum. Et sic patet, quia in hac dacione fuit plenitudo muneris, altitudo originis et magnitudo utilitatis. Sunt autem in ipsa due ale, fides et dileccio, que sunt magne, quia magni meritorie, quoniam dileccio meruit in ipsa remissionem
10 culpe secundum dictum Domini: Dimissa sunt ei peccata multa etc. Fides salvationem anime, sicut statim sequitur in dicto Domini: Fides tua te salvam fecit. Et fuerunt iste ale aquile, id est Christi tamquam conferentis. Unde Isa. XL. Assument pennas sicut aquile, scilicet a Christo conferente. Dicitur autem aquila
15 Christus primo, propter excessum elevationis, pre ceteris enim avibus alcius volat. Ideo vocatur a Dionisio XV. Angelice ierarchie: Avis regalis alte ambulans et velociter volans. Iob 39.: Elevabitur aquila et in ar(duis) po(nit) ni(dum) su(um). Sic Christus excedit omnia altitudine dignitatis sue. Cui iure perhempni || arcibus etereis una est cum Patre potestas, par splendor, communis apex, socia-
20 le cacumen, maiestas similis, secundum Sedulium. Secundo, propter aspectum contemplacionis. Dicitur enim ab acumine oculorum. Tanti enim et tam limpidi dicitur esse visus, ut cum super maria immobili feratur penna nec humanis pateat obtutibus, de tanta sublimitate pisciculum natare videat in fluctibus, ac adinstar lapidis ad centrum tendentis descendens unguibus raptam predam ad litus pertrahit. Hugo super Angelicam ierarchiam: Alimentum suum acute per-
25 spicit, sobrie appetit, potenter rapit, irreverberatis oculis aciem solis inspicit. Sic Christus acuto intellectu cognoscit divinitatem, quia nemo novit Patrem nisi Filius, Mt. XI. Chrisostomus: Trinitas sibi soli nota est et homini assumpto. Tercio, propter effectum renovacionis. Quia sicut aquila reparat senectutem suam, sic Christus vetustatem nostram. Unde super illo verbo: „Renovabitur ut aquile iu(ventus) tua” dicit Glosa: Aquila senio gravatur et rostro curvato cibum non capit et inde langwescit, sed ad petram collidit et frangit et cibum sumens ad iu-
30 ventutem redit. Sic Christus tollit a nobis in resurrectione vetustatem senectutis et reddit nobis etatem et vigorem iuventutis, quia resurgemus in etate sua iuvenili, Ephe. IIII. Phile. III.: Salvatorem exspec(tamus), qui refo(r)mabit) corpus humili(tatis) nostre. Quarto, propter affectum miseracionis, quoniam aquila dicitur habere hoc proprium, quod tempore hiemali aviculam modicam rapit, quam inter pedes de nocte tenens propter calefactionem stringendo non perimit, sed orto sole illesam abire permittit. Sic Christus peccatorem, qui est modici valoris, tenens in pede sue potencie non perimit, sed ad conversionem inducit et
40 orto sole gracie in eo abire permittit, quemadmodum legitur fecisse Mt. XVIII.: Misertus dominus servi illius dimisit eum et debitum dimisit illi. Quinto, prop-

59a

1 sibi et: M in marg. 13 sicut: M vere ? 14 ceteris: M cetis 17 altitudine: M altitudinem 22 in: M an 32 reddit: M reddit 34 IIII.: M add. II.

2 recte Lc. 10,39-40 12 Is. 40,31 15 Ps. Dion. Areop. coel. hier. 15,8; Dionysiaca 1026 16 Iob 39,27 19 Sedul. carm. pasch. 1,30-35; PL 19,555A 24 Hugo S. Vict. - ubi? 27 Mt. 11,27 27 Ioh. Chrys. - ubi? 34 Eph. 2,5-6 ? 34 Phil. 3,31 40 Mt. 18,33

ter prudenciam eleccionis, quoniam sicut aquila pullos suos ungwe suspensos radiis obicit solis, et quos viderit immobilem tenere aciem, ut dignos genere conservat, si quos inflectere quasi degeneres abicit, sic Christus eterna contuentes sibi sociat, terrenis adherentes abicit, ut verum sit dictum suum Mt. XXIII.:

- 5 Unus assumetur, alter relinquitur. | Sexto, propter munificenciam largicionis. Est enim avis liberalis, et predam, quam rapit, omnibus sequentibus participat, et nisi magna fame urgeatur, sola predam captam non manducat. Et propter sui liberalitatem rex avium appellatur, quoniam regibus liberalitas convenit secundum illud: Spargit opes citus et munera cogit abire. Sic Christus suis sequacibus temporalia donat et eterna, ut dicit Psalmus: Graciam et gloriam dabit Dominus. Ps.: Aperis tu ma(num) tuam. Intencio autem dantis has alas fuit, ut volaret in desertum. Est autem desertum uno modo humilis penitencia. Exo. XIII.: Ibimus viam trium dierum in soli(tudinem). Alio modo celestis patria. Lu. XV.: Dimittit LXXXIX in deserto, id est angelos in celo. Hec dicuntur deserta, quia deseruntur ab omnibus perversis. Sed domina nostra in desertum penitencie volavit, cum in domum Simonis cum lacrimis introivit, et polluta domum modicum purgata recessit per gemitum propique lavans in gurgite fletus munda suis lacrimis reddit et detera capillis. In desertum patrie volavit, quando celum cum gaudio introivit, quasi aquila expandens alas suas ad austrum, id est ad paradisi introitum, Iob 39. Auster enim est pars mundi luminosa, quia inde girat sol. Quo et nos precibus ipsius perducatur Dominus Iesus Christus.

89. DE SANCTO IACOBO (Sermo primus)

- Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedei cum filiis suis adorans et petens aliquid ab eo, Mt. XX. Quid oremus, sicut oportet, nescimus, Ro. VIII. Quoniam multis sua utilitas est ignota, ideo Spiritus postulat pro sanctis, id est docet postulare sanctos. Et hoc facit in presenti ewangelio sancte mulieris exemplo. Primo ponitur peticio mulieris, secundo responsio Salvatoris. Et peticio quidem informat nos ad orandum, cum dicitur: Accessit ad Iesum etc., responsio vero ad sperandum, quod petimus, cum dicitur: Potestis bibere etc. Ad orandum dupliciter informatur, scilicet quantum ad formam orandi, cum dicitur: Accessit etc., et quantum ad existenciam petiti, cum dicitur: petens aliquid. Fforma vero orandi debet esse talis, ut primo, accedatur ad Deum corpore et mente cum spe accipiendi, quod petitur, ut dicitur Iacobi I^o: Postulet in fi(de) nichil esi(tans), qui dat omnibus. Poeta: Nec tarda sequitur mens divina preces. 2^o, ut accedatur cum studio alios applicandi, sicut ista mater accessit cum filiis suis. Quoniam impossibile est preces multorum non exaudiri. Mt. XVIII.: Si duo ex vobis consenserint de omni re, quam pecierint, fiet illis, Glosa: unitatis merito omnia petenda impetrantur. || Tercio, ut habeatur humilis modus intercedendi,

28 quidem: M quidam

4 Mt. 24,40 10 Ps. 83,12 11 Ps. 144,16 12 recte Ex. 5,3 13 Lc. 15,4 20 Iob 39,26
25 Mt. 20,20 25 Rom. 8,26 34 Iac. 1,6 35 Nec tarda – quis et ubi? 37 Mt. 18,19

quia hec mulier adoravit, antequam peteret sciens, quod oratio humiliantis se
nubes penetrat, Eccli. XXXV. Be(mardus) super Lu. XVIII.: Qui non habent hu-
militatem, cum orant, non exaudiuntur. Petítum vero debet esse aliquid eternum,
non terrenum, quod est transitorium et pene nihil. Io. XVI.: Si quid pecieritis,
5 Glosa: quod sit aliquid non nichil comparacione rei permanentis. Ponuntur au-
tem in scripturis tria genera petendorum, scilicet sapiencia. Ia. 1º: Si quis indiget
sapiencia, postulet a Deo. Vita. Ps.: Vitam peciit a te. Regni excellencia, ut hic:
Dic ut sedeant hii duo fi(l)ii mei in regno tuo. Mt. VI.: Adveniat regnum tu-
um. Quia ergo sumus ignorantes, debemus petere sapienciam illuminantem, quia
10 mortales, vitam indeficientem, quia pauperes, regnum et honorem. Et ponuntur
hic multe condiciones bone illius regni, propter quas debet peti. Et prima lauda-
bilis condicio illius regni est, quod ibi invenitur quies sine labore. Et hoc innuitur
in sessione, cum dicitur: Dic, ut sedeant in regno tuo, id est <ut> quiescant. Sicut
enim ambulare laborantis est, stare adiuvantis, sic sedere est quiescentis. Un-
15 de Dominus Iesus post laborem passionis sedens describitur in celis, Mt. XVI.:
Assumptus est etc., ubi in sanctis impletur dictum Iohannis, Apok. XIII.: Amo-
do iam dicit spiritus, ut re<quiescant> a la<boribus> suis, id est pro laboribus, ut
prepositio causalis, quia dicit Philosophus, quod quies de eo predicatur, de quo
et motus. Nam lapis proprie non dicitur quiescere, quia non habet voluntarium
20 motum nec fatigacionem. Secunda est, quod ibi habetur fruicio cum delectacio-
ne, quod notatur in dextera Christi et sinistra. Sedeant, inquit, unus ad dexteram
tuam etc. In cuius dextera est longitudo dierum et <in> sinistra divicie et gloria,
Prover. IIIº. Est ergo dextera Christi fruicio in divinitate, sinistra in humanitate.
Duo enim sunt sensus in homine secundum Augustinum De spiritu et a(n)ima):
25 Interior reficitur in contemplacione divinitatis, exterior in contemplacione huma-
nitatis, ut egrediens pascua inveniat foris in carne Salvatoris, ingrediens pascua
inveniat intus in divinitate creatoris. Tercia, quod ibi possidetur communiter vi-
ta eterna sine alterius emulacione, ubi de alterius excellencia nullus movetur
invidia. Ideo secundum Gregorium: Qui vult invidie carere facibus, illam here-
30 ditatem desideret, quam coheredum numerus non angustat. | Et hoc notatur in
eo, quod duobus filiis petivit regnum et non uni. Cuius contrarium est in regno
terreno, ubi secundum Lucanum: Nulla fides regni sociis omnisque potestas im-
paciens consortis erit. Et secundum Stacium: Summo dulcius unum stare loco
sociisque comes discordia regis. Sicut patuit in Remo et Romulo conditoribus
35 Rome, de quibus dicit Lucanus: Fraterno primi maduerunt sagwine muri, non
cepit fortuna duos. Patuit eciam in Polynice et Eteocle regibus Thebanis, qui se
mutuo occiderunt pro regno. De quibus dicit Stacius: Ite truces anime funestaque
tartara leto polluite. In responsione Domini ostenditur, que sint illa, que faciunt
nos debite sperare petitam a Deo beatitudinem. Et sunt duo ad presens, que hic

59d

3 aliquid: M *add.* id est 12 condicio illius: M *corr.* ex illius condicio 13 tuo, id est ut:
M id est tuo 16 ubi: M *iter.* 21 ad dexteram: M a dextris 35 sagwine: M sagwinem
36 Polynice: M Polmere 36 Eteocle: M Etheode 38 polluite: M pollute

2 Eccli. 35,21 2 Bernardus – ubi? 4 recte Io. 14,14 6 Iac. 1,5 7 Ps. 20,4 8 Mt.
6,10 15 Mt. 16,22 ? 16 Apoc. 14,13 18 Aristot. ? – ubi? 23 Prov. 3,16 24 Ps.
Aug. spir. et an. 9; PL 40,785 29 cf. Greg. M. moral. 5,46,86; PL 75,729A 32 Lucan.
1,92–93 33 Stat. Theb. 1,129–130 35 Lucan. 1,95 37 Stat. Theb. 11,574–575

tanguntur, scilicet conformitas ad Christum in humilitate. Ideo primo, proponitur imitanda passio, quando dicitur: Potestis bibere calicem, id est sustinere passionem? Nemo enim potest cum Christo regnare, nisi passionem ante sit imitatus. II Tim. I^o: Si sustinebimus, et conregnabimus. Dicunt ei: possumus. Different
 5 ter tamen biberunt calicem Domini, quia alter opere, quando decollatus est, Act. XII.: Occidit Iacobum fratrem Io(hannis) gla(dio). Alter voluntate, quando misus est in dolium ferven(tis) olei. Et tunc in ipso non stetit, quando martir fieret, et ideo meritum martirii habet. Unde Augustinus in li(bro) De bo(no) coniugali: Non est impar meritum paciencie in Petro, qui passus est, et in Iohanne, qui
 10 passus non est. Secundo, exigitur a nobis humilitas animi, quando dicitur: Sedere mecum non est meum dare vobis, Glosa: superbis, sed quibus paratum est a Patre meo, Glosa: humilibus. Sed humiliamini, dicit Beda, qui vultis exaltari et est paratum vobis regnum. Ex hoc daret(ur) et bonum humilitatis, quia exaltat ad regnum, et malum superbie, quia excludit a regno. Unde Prudencius in Si-
 15 chomachia: Pervulgata viget nostra sententia Christi scandere celsa humiles, et ad ima redire feroces. Ideo Christum humilem rogemus, ut det nobis humilitatem, cuius merito consequimur exaltacionem animi. Dic, ut sedeant hii duo filii mei. Est sessio bona et ex opposito mala. Prima est quadruplex, scilicet penitencie, doctrine, perseverancie, experiencie. Sedes penitencie est asperitas. Ion.
 20 III.: Rex Ninive indu(tus) est ci(licio) et se(dit) in cinere. Iob II.: Testa saniem rade(bat) se(dens) in sterquilinio. Sedes doctrine est veritas. Ps.: Sedes super cherubin, id est plenitudinem || sciencie. Mt. XXIII.: Super cathedram Moysi, id est auctoritatem docendi, sede(nt) scri(he), qui fuerunt docti, sicut Esdras, qui fuit scriba velox in le(ge) Do(mini), 1^e Esdr. VII. Sessio perseverancie est equitas. Psalmus secundum aliam litteram: Sedes super tronum et iudicas equitatem.
 25 Et ideo dicitur iudicibus: si lis inciderit te iudice dirige libram iudicii. Sessio experiencie est suavitas. Io. IIII.: Sedebat super fontem, id est delectabatur in gustu summi boni, de quo dicit Psalmus: Aput te est fons vite. Eccli. XXXI.: Super mensam magnam sedisti. Secunda similiter est quadruplex, scilicet avaricie, superbie, gule et luxurie. Sessio avaricie est cupiditas, de qua Mt. IX.: Vidit ho(minem) se(dentem) in theloneo, Glosa: lucris iniantem. Superbie est vanitas, quia vir vanus in superbiam erigitur, Iob XI. Qualis fuit, qui dixit Ps. XIII.: Sedebo in monte. Gule voracitas, de qua Exo. XVI.: Sedebamus super ol(las) ca(r)num. Exo. XXXII.: Sedit populus. Luxurie est voluptas. Gen. XXXVIII.:
 35 Thamar sedit in bivio volens cohire cum Iuda. Potestis bibere calicem? Est calix eucharistie, de quo I Cor. X.: De uno calice participamus, Glosa: de sagwine Christi. Est calix doctrine, de quo Ier. XXV.: Accepi calicem de ma(nu) Domini et propi(navi) cunctis gentibus. Quod fit, quando officium docendi accipitur, ideo et predicatur omnibus. Paciencie, de quo dicitur hic: Potestis bibere? Ad
 40 potum calicis eucharistie bibendum reddit aptum mundicia. I Cor. XI.: Probet

60a

4 conregnabimus: M congregabimus 5 Domini: M iter. 24 perseverancie: M presidencie
 30 qua: M quo

4 recte 2 Tim. 2,12 5 Act. 12,2 8 Aug. bon. coniug. 21,26; PL 40,391 12 Beda Ven.
 – ubi? 14 Prud. psych. 289–290; PL 60,44A 19 Ion. 3,6 20 Iob 2,8 21 Ps. 79,2
 22 Mt. 23,2 24 1 Esdr. 7,6 25 Ps. – ubi? 26 si lis: Walther 28575 27 Io. 4,6
 28 Ps. 35,10 28 Eccli. 31,12 30 Mt. 9,9 32 Iob 11,12 32 Ps. 14,1 33 Ex. 16,3
 34 Ex. 32,6 34 Gen. 38,14 36 1 Cor. 10,17 37 Ier. 25,17 40 1 Cor. 11,28

seipsum homo, Glosa: Purget, et sic de ca(lice) il(lo) bi(bat). Ad potum calicis doctrine bibendum facit aptum obediencia, quia secundum dictum Aristotelis: Oportet discentem credere et humiliter audire. Ideo dicit Psalmus: Inclina aurem tuam, Glosa: Humiliter audias, aliter parvum est audire, nam contradicens magistro non proficit. I Tim. VI.: Superbus est nichil sciens. Ad potum calicis paciencie bibendum reddit aptum fortitudo tollerantie, quia dicitur: Nobile vincendi genus est paciencia. Vincit, qui patitur. Si vis vincere, discere pati. Hebre. X.: Paciencia vobis necessaria est.

90. DE SANCTO IACOBO (Sermo secundus)

10

Primus angelus tuba cecinit, et facta est grando et ignis mixta in sagwinem, et missum est in terram, Apo. VIII. Inprimis dicendum est cum beato Dionisio in libro De divino no(mine): Michi det Deus, ut decet Deum laudare, et non auferat de ore meo verbum veritatis. | Primus angelus etc. Sermo omnipotentis de celis a regalibus sedibus veniens de terra fecit celum, quia qui primo habebat angelos in celis spiritus immortales, cepit habere angelos et in terris, sanctos predicatorum, de quibus nunc dicitur: Primus angelus etc. In quibus verbis tria notantur, scilicet apostolorum ministerium. Primus angelus, Iudeorum flagitium: facta est grando, et Sancti Iacobi martirium: et missum est in terram. Exprimens ergo apostolicum ministerium hec sacra auctoritas dicit: Primus angelus tuba cecinit. Nomen angeli pluribus attribuitur in scripturis. Primo, Domino Christo. Iob 33.: Si fuerit angelus loquens pro eo, Glosa: Christus. Secundo, precursor(i) Christi. Mt. XI.: Hic est, de quo scriptum: Ecce ego mitto angelum meum. Tercio, predicator(i) verbi. I Tim. III.: Pietatis sacramentum apparuit angelis, id est predicatoribus, sicut exponit Gregorius Iob XLI. Quarto, prelato populi. Apo. II.: Episcopi septem ecclesiarum vocantur VII angeli. Tercio et quarto accipitur hic angelus pro predatore et prelato. Unde primus angelus, id est primus ordo predicatorum et prelatorum, scilicet apostoli, qui fuerunt primi ordine dignitatis, quia maiores aliis, ut testatur Paulus I Cor. XII.: Posuit Deus in ecclesia primum apostolos. Apparet autem prioritas dignitatis eorum primo, quia fuerunt in dilectione familiares, quibus dictum est Io. XV^o: Vos amici mei estis. Secundo, quia fuerunt in auctoritate singulares, quibus dictum est Io. XX.: Quorum remiseritis etc., et quorum reti(nueritis) etc. Tercio, quia fuerunt in regimine universales tamquam principes constituti a Deo super omnem terram, quorum quilibet dicere poterat: Ego constitutus sum rex ab eo etc. Quarto, quia fuerunt in cognitione perspicaces, quibus Christus omnia revelavit, quecumque a Patre audivit, Io. XV. Si enim, secundum Dionisium ad Demofilum, luculentiora sunt

60b

24 apparuit: M aperuit

2 Aristot. – ubi? 3 Ps. 16,6 5 1 Tim. 6,4 6–7 Nobile vincendi: Walther 16974 7 Hebr. 10,36 12 Apoc. 8,7 12 Ps. Dion. Areop. div. nom. 1,8; Dionysiaca 56 22 Iob 33,23 23 Mt. 11,10 24 1 Tim. 3,16 25 Greg. M. moral. 34,7; PL 76,725A 29 1 Cor. 12,28 31 Io. 15,15 32 Io. 20,23 35 Ego constitutus: Ps. 2,6 37 Io. 15,15 37 Ps. Dion. Areop. epist. 8,2; Dionysiaca 1532

et magis illuminata magis vero lumini propinqua, tunc apostoli maxime fuerunt illuminati, quia erant socii peregrinationis Christi. Isti fuerunt angeli et tibicines secundum quod dicitur: Primus angelus tuba cecinit. Angeli fuerunt per vitam. Quatuor autem attribuuntur angelis in scripturis. Primo, volatus. Is. VI.: Volavit
 5 ad me unus de seraphin. Secundo, ascensus. Iudic. XI.: Angelus || Dei in flamma ascendit. Tercio, conflictus. Apo. XII.: Angeli preliabantur cum dracone. Quarto, triumphus. Apo. XII.: Vicerunt ipsum propter sagwinem agni. Hec etiam fuerunt in apostolis, in quibus volatus refertur ad discursum in predicacione. Is. LX.: Qui sunt isti? etc. Mc. XVI.: Profecti predicaverunt ubique. Ascensus
 10 ad elevacionem in con(tem)pl(a)cionem. Phi. III.: Nostra conversacio. Dan. II.: Quorum conversacio non est cum hominibus. Conflictus ad altercacionem cum demonibus et malis hominibus, quorum unus ad bestias pugnavit Ellesi, id est ad gentiliter viventes, I Cor. XV. Triumphus ad consecucionem corone in celestibus, quia bonum certamen certantibus reposita est corona iusticie, II Tim. III.
 15 Tibicines fuerunt per doctrinam, quia ipsis dictum est Osee VIII.: In gutture tuo, id est in officio oris, sit tuba, id est predicacio. In tuba vero ista sunt ad presens notanda. Primo, quod per manum ori applicatur, quia in predatore verba debent esse cum opere, ut sit potens in opere et sermone, Lu. XXIII. Ambrosius super I^a Tim.: Idonei magistri est ea, que verbis docet, operibus explere. Nam et
 20 firma appareant, que dicuntur, tamen, si negligantur a magistro, non facile proficient videntibus, magis opera enim swadent, quam verba. Secundo, quod ab ea parte, qua ori applicatur, stricior est, quia arcus debet vivere, quam aliis imponat. Oracius in poetria: Si vis me flere, dolendum est primum ipsi tibi. Salustius in Iugurtino: Neque illos arte colam, id est stricte nutriam, me autem opulenter, id est deliciose. Nam cum tu per molliciem te agas, exercitum autem suplicio cogas, hoc est esse dominum, non imperatorem. Tercio, quod materialiter debet fieri de argento. Numeri X.: Fac tibi duas tu(bas) argenteas. Sic predicacio debet produci in divino eloquio, quod per argentum signatur in Psalmo, ubi dicitur: Argentum igne examinatum. Cassiodorus: Inter metalla dulcius tinnit argentum et inter eloquia sermo divinus dulcius insonat mente. Quarto, quod
 30 finaliter debet fieri ad convocandum, movendum, bellandum, convivandum. In hiis enim quatuor fuit usus tubarum, Numeri X. Sic in predicacione debet populus convocari ad audiendum, moveri ad proficiendum, excitari ad bellandum cum viciis et concupiscenciis, invitari ad convivandum cum spiritibus angelicis.
 35 Sed ad vocem huius tube Iudei sunt excecati et stimulante invidia surrexerunt in sanctorum necem, et tunc grando, id est exterior persecucio, et ignis, id est interior emulacio, mixta sunt sagwini, id est ipsi occisioni, ut testatur Stephanus Actuum VII.: | Occiderunt eos, qui prenunciabant de adventu iusti huius. Et missum impersonaliter, id est missa sunt, scilicet grando verborum et verberum, et ignis, emulacio cordium, et sagvis, occisio corporum, in terram, id est
 40

2 tibicines: M tibicini 5 Iudic.: M Iude 15 Tibicines: M Tibicini 21 magis: M add. et del. est 23 Oracius: M Oramus 23 poetria: M poeta 24 illos: M alii

4 Is. 6,6 5 recte Iud. 13,20 6 Apoc. 12,7 7 Apoc. 12,11 9 Is. 60,8 9 Mc. 16,20 10 Phil. 3,20 10 Dan. 2,11 13 I Cor. 15,32 14 2 Tim. 4,8 15 Os. 8,1 18 Lc. 24,19 18 Ambrosiast. in 2 Thess. 3,10; PL 17,485B 23 Hor. ars 102-103 23 Sall. Iug. 85,34-35 27 Num. 10,2 28 Ps. 11,7 29 Cassiod. - ubi? Comm. in Ps.? 32 Num. 10,3-10 38 Act. 7,52

super Sanctum Iacobum, hominem humilem et temporaliter abiectum. Et ideo, quia Sanctus Iacobus plus ceteris fervencior videbatur in predicatione, ut fertur in legenda sua, circuibant enim totam Iudeam et Samariam, idcirco persecucionem primo in ipso perfecerunt, atque ita primatum, quem non habuit ex tempore
5 vocationis, consecutus est ex ordine passionis, quia primus eorum martirio est laureatus, faciente Iesu Christo, qui est in secula Deus benedictus.

91. VINCULA SANCTI PETRI

Misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de ecclesia, Act. XII. Dictum est quoddam Domini Eze. XIII.: Dimittam animas, quas capitis ad volandum,
10 verificatur in hodierno festo, quia Petrum apostolum, quem Herodes apprehendit et incarceravit, Salvator solvit et dimisit. Et licet hoc factum fuerit in diebus azimorum, id est circa Pasca, tamen modo recolitur in ecclesia propter miraculum, quod accidit fieri per vincula Sancti Petri in curacione filie ducis Quirini, Balbine gutturose. Primo ergo, exsequitur actor historie Herodis impietatem di-
15 cens: Misit Herodes etc. Secundo, Salvatoris pietatem dicens: Angelus Domini astitit etc. Sciendum autem, quod licet Petrus fuerit vir iustus in se, tamen in statu illo figuram gessit peccatoris, in cuius perdicione sic proceditur moraliter, sicut in Petri afflictione processum est naturaliter. Herodes enim diabolus est, qui primo, affligit animam in temptatione et consensu iniquitatis. Et quo ad
20 hoc dicitur: Misit etc., ut affli(geret) etc. Ipse est enim, de quo dicit Stephanus Act. VII.: Hic circumveniens, scilicet astute temptando, genus nostrum, scilicet humanum, afflixit patres nostros, id est homines precedentes, ut exponerent infantes suos, id est affectus et cogitationes spargerent ad illicita, ne vivificarentur, scilicet illo spiritu, quo filii Dei aguntur, Ro. VIII. Secundo, occidit in
25 perpetracione et consuetudine operacionis. Et quo ad hoc dicitur: Occidit Iacobum gladio, quod significatum est IIII Reg. VIII., ubi dicitur voce prophete ad eum, qui tipum tenet diaboli: Facturus es filiis Israel mala. Et exequitur illa mala per partes dicens: civitates eorum, scilicet corda et corpora, igne, scilicet libidinis, succendes et iuvenes, id est fortes ad facienda mala, interficies
30 gladio, scilicet peccati, et parvulos, id est insipientes, Dominum non intelligentes, elides ad petram, ut duri efficiantur, et pregnantes, scilicet multitudinem iniquitatis, || divides, scilicet a Deo. Tercio, apprehendit et incarcerat evadendi
impossibilitate, infliccione pene infernalis, quod significatur Iud. XVII.: Philistii, id est demones, apprehenderunt Sampsonem, id est peccatorem, et eruerunt oculos eius, privando Dei visione, et vinxerunt kathenis, id est insolubilibus culpis,
35 et clausum in carcere, scilicet inferni, molere fecerunt, id est girare in eternitate pene. Sed quos diabolus apprehendit, multociens Christus solvit et liberatum abire permittit. Sicut factum est in Petro, de cuius liberacione prosequens actor huius istorie primo ponit, cuius merito sit liberatus, quia ecclesia, que oracionem faciebat sine intermissione ad Deum pro eo. Secundo, cuius ministerio,

61a

14 gutturose: M gutumose 26 est: M add. fuit 34 eruerunt: M erurerunt

8 Act. 12,1 9 Ez. 13,20 21 Act. 7,19 24 Rom. 8,14 26 4 Reg. 8,12 33 recte Iud. 16,21

quia angeli, qui et lumen refulsit et Petrum eduxit. Tercio, quid liberationem consecutum est, quia graci³arum accio Petri exultantis atque dicentis: Nunc scio vere, quia misit etc. Origenes Exo. XV. <dicit>, quod mors sanctorum est, ubi adversarius vincitur, quia sciunt non sua virtute, sed Dei gracia victoriam factam, ymnum Deo gratulacionis offerre. Ministerium angeli primo, de carcere eduxit, quia egressus sequebatur eum. Secundo, facienda indixit dicens: Surge velo(citer) et cal(cea) ca(ligas) tuas. Tercio, in civitatem introduxit, quia venerunt ad portam ferream, que ducit ad civitatem, qua aperta processerunt vicum unum in civitate. Ex hiis apparet, quod angelicum ministerium assistit nobis in statu culpe liberando a malo, quod ostenditur in educcionem de carcere. In statu gracie promovendo ad bonum, quod ostenditur in faciendorum iniunctione. In statu glorie perducendo ad celum, quod ostenditur in introduccione in civitatem. A malo liberat tripliciter. Primo, impediendo malum futurum, ne fiat. Numeri XXII.: Angelus stetit contra Balaam, ne iret ad maledicendum populo. Secundo, increpando preteritum, ut quod fecit, deserat. Iud. II.: Venit angelus et increpavit filios Israel de idolatria dicens: Quare hoc fecistis? At illi fleverunt. Tercio, educendo de presenti, ne statim aliquis pereat, ut nunc dicitur: Misit Dominus an(gelum) su(um) et eripuit me. Gen. XIX.: Angeli eduxerunt Loth, ne periret in scelere civitatis. In statu gracie promovet tripliciter. Primo, clarificando intellectum per illuminationem, ut dicitur hic: Angelus, lumen reful(sit) in habitaculo, id est in corde, ubi est habitacio anime. Apo. XVIII.: Terra illuminata est a gloria angeli. Secundo, confortando affectum per dileccionem. Unde unus | ordo angelorum seraphin appellatur eo, quot istius ordinis proprium est pre aliis in dileccione ardere et alios ad incendium divine dileccionis promovere et ideo, secundum Isi(dorum), seraphin ardentes vel incendentes dicuntur. Tercio, expediendo effectum per exhortacionem, nam hortamur, ne in malo torpeamus, sicut fecit Petro percuciendo et excitando, ut surgat velociter, et ut eciam proficiamus in bono, sicut fecit Helie. III Reg. XIX.: Surge, co(mode), gran(dis) enim tibi re(stat) via. In statu glorie perducit ad summum tripliciter. Primo, suscipiendo in exitu, ut dicitur voce divina sancto angelo, Archangele Michael, constitui te super omnes animas suscipiendas. Secundo, deducendo in ascensu. Exo. XXIII.: Mitto angelum meum, qui prece(det) te et custo(diat) in via. Tercio, introducendo in perventu. Exo. XXIII.: Angelus meus introducet te in locum, quem paravi. Quo et nos introducat apostoli precibus angelorum Dominus, Iesus Christus.

61b

35

92. DE SANCTO DOMINICO (Sermo primus)

Os suum aperuit sapientie et lex clemencie in ligwa eius, Prover. XXXI. Sap. X.: Sapientia aperuit os mutorum. Muti sunt, qui non habent potenciam loquendi, quibus accidit passio ligve vel in substancia ipsius vel in nervis ad eam venientibus, quibus datur motus loquele et tunc generatur gravitas loquendi vel ex toto aufertur possibilitas loquendi. Cui similes sumus nos, qui non

³ Orig. – ubi? 13 Num. 22,22 15 Iud. 2,2 18 Gen. 19,15 21 Apoc. 18,1 25 Isid. orig. 7,5,24; PL 82,273D 28 3 Reg. 19,7 31 Ex. 23,23 37 Prov. 31,26 38 Sap. 10,26

possumus loqui spiritualiter de Deo nisi dante ipso. Ideo roganda est sapiencia,
que est Dominus Iesus, ut apperiat os mutorum ad suam laudem et nostram. Os
su(um) apperuit Beatus Dominicus. Sicut fuit summus pater omnium predica-
torum, sic tenuit summum modum in predicationis officio, quia primo acquisi-
vit sapienciam et postea profudit doctrinam sciens scriptum esse Eccli. XXIII.:
Antequam loquaris, disce. Celestinus in Decretis dis(tinctio) LIX.: Qui litteris
operam non dedit, preceptor esse non potest litterarum. Debet ergo ante esse
discipulus, quisquis doctor esse desiderat, ut possit docere, quod didicit. Inno-
cencius dis(tinctio) LXI.: Miserum est eum fieri magistrum, qui nunquam fuit
discipulus. Primo ergo, apperuit os cordis ad hauriendum. Et quo ad hoc dici-
tur: Os suum intrinsecum, id est cordis introitum. Gre(gorius) in Mora(libus):
Si os in corde non esset, Psalmista non diceret: In corde et corde locuti sunt.
Apperuit sapiencie, scilicet degustande. Est autem duplex || sapiencia, scilicet
creata, de qua dicitur I Cor. II.: Sapienciam, id est altam doctrinam, loquimur in-
ter perfectos. Et increata, de qua dicitur Eccli. I^o: Sapienciam Dei precedentem
omnia quis inves(tigabit)? Primam gustavit in studio scolastico, ubi documentis
arcium satis decenter fuit eruditus. Secundam in ocio monastico, quia illic non
est strepitus oris, sed sapor cordis, ut dicit Ber(nardus). Per hanc duplicem sa-
pienciam Sanctus Dominicus multa commoda consecutus fuit. Et primo, vitavit
peccatum. Prover. II.: Si sapiencia intraverit cor tuum, consilium custodiet te,
ut eruaris a via mala, Glosa: a pravis operibus. Secundo, arguit perversum. Pro-
ver. I.: Sapiencia foris predicat dicens: Usquequo parvuli diligitis infanciam, id
est stulticiam. Tercio, docuit populum. Prover. XIII.: In corde prudentis requie-
scit sapiencia et indoctos quosque erudiet. Quarto, salvavit semetipsum. Sap.
VI^o: Sapiencia deducit ad regnum perpetuum. Ffuit autem os Sancti Dominici
os mundum in honesta locutione, de cuius ore nunquam processit sermo malus,
sed semper bonus dans gratiam audientibus, Eph. IIII. Quia semper edificato-
riis affluebat sermonibus, habundabat exemplis. Sed multis potest dici: Quare
assumis testamentum me(um) per os tu(um), Glosa: pollutum. 2, fuit eciam os
doctum ex divina inspiracione. Exo. IIII.: Ego ero in ore tuo, doceboque te, quid
loquaris. 3, fuit eciam os cautum in verborum suorum modulacione. Os enim ad
litteram multis est circumseptum custodiis, scilicet dentibus et labiis, ut exeunti-
bus tot obstaculis anima primo discernat, quod per os proferre desiderat, et prius
veniat verbum ad limina, quam ad ligwam, sitque prius in pectore, quam in ore,
quod petens Psalmista dicit: Pone Domine custodiam ori meo. Ffuit eciam os uti-
le et necessarium in sancte doctrine proposicione. Os enim est nunciis anime,
quia illud ore exprimimus, quod mente concipimus. Et ideo dicitur, quod voces
sunt signa mencium, secundum Philosophum. Sic ipse nuncius fuit voluntatis
Dei mundum vocans ad agni nupcias, sicut scriptum est de eo. Secundo, appe-
ruit os corporis ad effundendum, et quo ad hoc dicitur: Lex clemencie in li(gua)

61c

12 Psalmista: M Psalmus 31 modulacione: M modalicionem 35 Psalmista: M Psalmus

5 recte Eccli. 18,19 6 Decr. p. 1. d. 59. c.4 9 Decr. p.1. d. 61. c.4 11 Greg. M. moral.
20,1; PL 76,137C 14 I Cor. 2,6 15 Eccli. 1,3 16-17 documentis arcium: AH 25,239
18 Bern. - ubi? 20 Prov. 2,10-12 22 Prov. 1,20-22 23 Prov. 14,33 24 Sap. 6,21
27 Eph. 4,29 28-29 Quare assumis: Ps. 49,16 30 Ex. 4,12 35 Ps. 140,3 38 Aristot. ?
-ubi? 39 mundum vocans: AH 25,239 40 Lex clemencie: Ps. 31,26

eius, scilicet ad proponendum in predicatione. Postquam sufficienter edoctus est artibus, ad theologiam se transtulit et de thesauro eius hausit avide, quod postea effudit habunde. Invenitur autem multiplex lex in scripturis et una est lex culpe, de qua dicit apostolus Ro. VII.: Video aliam legem, scilicet fomitem, repugnantem legis mentis mee, id est rationi. Alia est nature, de qua dicit idem apostolus | Ro. II.: Gentes, que legem non habent, scilicet scriptam, naturaliter ea, que
 5 legis sunt, faci(unt), id est naturali ratione discernunt facienda et vitanda. Tercia est lex discipline. Quarta gracie, de qua nunc dicitur: lex clemencie, id est gracia ewangelica, in ligwa eius, id est in officio predicationis. Dicitur autem
 10 ewangelica doctrina lex clemencie. Primo, quia clemenciam exhibuit reparacionis. Nam ibi agitur de Christi incarnatione, passione et predicatione, per que reparata est nostra natura. Hanc clemenciam tangit Zacharias Lu. I^o: Locutus est per os sanctorum ad faciendam misericordiam, id est ut faciant misericordiam, cum patribus nostris. Secundo, quia clemenciam docuit miseracionis. Lu.
 15 VI.: Estote misericordes. Tercio, quia misericordiam amavit compassionis. Mt. IX.: Misericordiam volo, id est compassionem peccatorum, et non sacrificium, sine compassione delinquentium. Quarto, quia misericordiam spondit remunerationis. Mt. V^o: Beati misericordes. Sciendum est autem preter ista, quod os corporis ordinatum est naturaliter primo, ad nutrimenti recepcionem. Nullus
 20 enim cibus nutrit aliter, nisi prius in os eius recipiatur et masticando transmittatur. Unde et os dictum est eo, quod per ipsum quasi per hostium immittatur cibus et oris intrinsecum est humidum, ut cibi siccitas eius humiditate facilius mollescat et transglutibilis fiat. Secundo, ad spiramenti adtraccionem. Aer enim per os attrahitur, et per gulam et canales pulmonis ad refrigeracionem cordis transmittitur. Sine quo refrigerio cor pre nimio caloris incendio exureretur.
 25 Tercio, ad vocis informacionem. Vox enim est aeris remis(is)simus ut plectro ligve formatus, et ut plectrum ligve facilius moveretur, et ad vocem formandam expedite elevaretur et deprimeretur, os intrinsecus concavum est. Quarto, ad superfluitatis eieccionem, ut grossas superfluitates per os quasi per hostium natura eiciat, ut virtus vitalis in corde et animalis in capite suas acciones expedicius compleat. Sic et os nostrum gratuito modo debet ordinari ad alimenti recepcionem in communione, quia placuit Spiritui Sancto, dicit Augustinus, ut in os Christiani dominicum corpus intraret. Ad spiramenti attraccionem in devocione. Ps.: Os meum apperui et attraxi sp(iritum) etc. Et est dictum ad simili(tudinem)
 30 illius, qui in estu captat auram. Ad vocis formacionem in oracione et predicatione. Eze. XXIII.: Aperietur os tuum et loqueris et non sibilabis amplius. Ad || superfluitatis eieccionem in confessione et acusacione, ut ex ore suo iudicetur
 35 servus nequam, Lu. XIX. 61d 62a

1 sufficienter: M insufficienter 25 incendio: M incendio 26 plectro: M plecto 27 ut: M add. us 27 plectrum: M plectum 33 Ad: M add. et del. traccionem

4 Rom. 7,23 6 Rom. 2,14 12 Lc. 1,70 et 72 14 Lc. 6,36 15 Mt. 9,13 18 Mt. 5,7
 32 Aug. – ubi? 34 Ps. 118,131 36 Ez. 24,27 38 Lc. 19,22

93. (DE SANCTO DOMINICO)
(Sermo secundus)

Vos estis sal terre. Vos estis lux mundi, Mt. V^o. Potestas traducitur a potestate, tamquam simile a suo simili, quia dicit Plato in Thimeo: Nichil est in mundo, cuius ortum non precedat legitima causa. Unde potestas, que est in Deo, tradita est homini Christo, qui dicit Mt. ultimo: Data est mihi omnis potestas. Deinde derivata ad apostolos, quibus dedit potestatem laxandi crimina. Io. XX.: Quorum remiseritis etc. Exinde ad episcopos et inferiores predicatorum. Ps.: Pro patribus tuis, id est apostolis, nati sunt tibi filii, Glosa: episcopi et alii, qui in sede patrum collocantur. Sed consimilis potestas consimilem requirit idoneitatem, ut quales illi fuerunt in sua potestate, scilicet sal terre et lux mundi, tales et nos simus in contracta ab ipsis potestate, ut et de nobis veraciter dici possit, quod sumus sal terre et lux mundi. In quibus verbis primo, commendatur eminencia dignitatis predicatorum in eo, quod dicuntur sal terre et lux mundi. Secundo, reprobat defectus a dignitate, quia interdum sal evanescit et lux obtenebrescit, digno animadversione percellitur defectus dignitatis, quia et sal infatuatum conculcatur, ut dicitur hic: Ad nichilum valet etc., et lumen obtenebratum vilificatur, ut dicitur Iob XLI.: Sub ipso, id est diabolo, erunt radii solis, id est fulgentes clerici, et sternet sibi aurum, id est preciosis indutum, quasi lutum. Eminencia dignitatis predicatorum consistit in sciencia et mundicia. Racione mundicie dicuntur sal, racione sciencie dicuntur lux. Utrumque autem fuit in Sancto Dominico, scilicet donum continencie, quoniam florem pudicie servans illi(batum) atti(git) exi(mie) vi(te) celibatum. Dictus est autem celebs quasi celestium vitam ducens, ut dicit Priscianus. Et lumen sciencie, quia documentis arcium eru(ditus) satis trans(iit) ad studium summe veritatis. Congruè autem ista duo coniunguntur, scilicet mundicia et sciencia. Primo, in potenciis et viribus animarum nostrarum. Nam anima creatur imperfecta, sicut tabula rasa, perfectibilis autem sciencia quantum ad rationem, et virtute quantum ad voluntatem, ut dicit Philosophus in libro De anima. Secundo, in profectibus scolarium et studentium, quia mundi pueri bene discunt et scientes efficiuntur. Quoniam virtutes morales proficiunt ad sciencias, et maxime virtus castitatis, ut dicit Commentator super (librum) Phisicorum. Et hoc videtur eciam tradere Salomon Prover. XX.: Ex studiis suis in- | telligitur puer, si munda sunt opera eius, id est si bene proficit in studio, signum est, quod sunt munda opera eius. Tercio, in perfectionibus prelatorum et predicatorum, in quibus mundicia valet ad exemplum. I^a Tim. III.: Exemplum esto fidelium in castitate. Sciencia ad documentum. Eccli. XXXVII.: Vir sapiens plebem suam erudit. Preterea sacerdos habet duos actus. Unum principalem super corpus Christi verum. Et quo ad hoc exigitur ab eis mundicia. Alium secundarium supra corpus Christi mysticum. Et sic requiritur ab eis sciencia. Dicit ergo de primo: Vos estis sal terre, id est conditores vestri et

62b

11 ut: M nec 21 Utrumque: M utroque 25 summe: M sive 40 id est: M *suprascr.*

3 Mt. 5,13-14 4 Plato Tim. 28 6 Mt. 28,18 8 Io. 20,23 9 Ps. 44,17 18 Iob 41,21
22 florem pudicie: AH 25,239 24 Prisc. - ubi? 24-25 documentis arcium: AH 25,239
29 Aristot. - ubi? 32 Averroes? - ubi? 32 Prov. 20,11 36 1 Tim. 4,12 36 Eccli. 37,26

aliorum sale continencie, quia si sal evanuerit, id est clericus immundus fuerit, in quo salietur?, id est quis alios ad continenciam ortabitur? Ad nichilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, eiciendo de ordine clericali et honore ecclesiastico, et conculcetur, per contemptum. Per hoc autem, quod Dominus continenciam clericalem comparat sali, ostendit primo in nobis efficaciam continencie. Sal enim habet virtutem conservativam per desiccacionem et constriccione[m]. Unde dicit Isi(dorus): Corpora sal astringit, siccatur et alligat. Sic donum continencie conservat hominem a putredine luxurie et fetore infamie et verme male consciencie, ne dicatur de nobis: Computruerunt iu(menta) in ster(core) s(uo), Iohelis II. Secundo, docet per hoc modum continendi. Sal enim dictus est secundum Isi(dorum) ex eo, quod exiliatur de igne. Fugit enim ignem, dum non sit igneum, sed naturam sequitur, quia ignis et aqua semper inimica sunt inter se. Sal enim est aqua desiccata. Sic volens servare suam mundiciam debet exilire de mala societate, in qua possit igniri. Ieronimus ad Oceanum: Stipula, cum proximat, incendit ignem. Sic femina flammigero igne percutit conscienciam pariter habitantis. Tercio, per hoc ostendit necessitatem continendi, quia sicut salis natura necessaria est ad omnem escam secundum Isi(dorum), quia pulmentis saporem dat et appetitum in omnibus cibis facit, sic castitas necessaria est in omni tempore bono. Gregorius: Bonum opus nichil est sine castitate. Hinc precipitur Levi. I^o, quod in omni sacrificio offeramus sal. De secundo dicit: Vos estis lux mundi, id est illuminatis mundum per scienciam et vitam. Phil. II.: Inter quos lucetis, id est lucere debetis, sicut luminaria fixa in celo lucent mundo. Verbum vite continentes, quoniam estis vasa evangelii. Sicut illa dicuntur continere rationem vite animalis, perficiunt enim et movent ad generacionem sensibilium, sic et vos move-
 25 vete ad generacionem spiritualium dicentes cum apostolo: Per ewangelium ego || vos genui, I Cor. IIII. Per hoc autem, quod Dominus ministros suos luci comparat, ostendit primo, quoniam sint eminentes in Deo. Quia sicut semetipsum lucem esse dixit in presenti verbo: Vos estis lux mundi, per quod tantum laudis et honoris eis tribuit, quantum sibi, et quodam modo eos sibi conformavit et
 30 equiparavit, ut sicut ipse est lux mundi, sic et ministri sui sint lux mundi. Que commendacio non superbiam, sed profectum debet in nobis generare, ut laudata virtus crescat, non arescat. Secundo, ostendit per hoc, quoniam sint utiles in populo. Quia sicut lux ostendit diferencias rerum, cum omnis color in luce videatur, secundum Philosophum in libro De anima, sic ipsi docent eligere inter
 35 bonum et malum, ut homines sciant eligere bonum et reprobare malum, Is. VII. (Ad) Titum II.: Erudiens nos, ut abnegantes etc., quantum ad fugam mali, sobrie et iuste etc., quantum ad eligenciam boni. Tercio, ostendit per hoc, quoniam perfecti debent esse in semetipsis, quoniam in luce eciam minima videntur, ut athomi in radio solis, in tenebris autem maxima latent. Sic in nobis laici notant
 40 parvos defectus, in seipsis dissimulantes magna peccata, ut verum sit in eis dictum Domini, Mt. XXIII., quod colant culicem, parvi peccati in aliis, camelum

62c

7 Corpora: M conpora 8 putredine: M prutredine 9 Computruerunt: M comprutruerunt

7 Isid. orig. 16,2,6; PL 82,561B 9 recte Ioel 1,17 10 Isid. orig. 16,2,3; PL 82,560C 14 Ps. Hier. epist. 42,3; PL 30,298B 17 Isid. orig. 16,2,6; PL 82,561B 19 Greg. M. in evang. 13,1; PL 76,1124A 19 Lev. 2,13 21 Phil. 2,15 26 1 Cor. 4,15 31–32 laudata virtus: cf. Ov. Pont. 4,2,35–36 34 Aristot. – ubi? 35 Is. 7,15 36 Tit. 2,12 41 Mt. 23,24

autem, magni peccati in semetipsis, gluciuntur. Ideo coram ipsis irreprehensibiliter est vivendum secundum apostoli dictum, File. II.: Sitis sine reprehensione in medio nationis prave, ne habeant occasionem maledicendi vobis et corrumpantur exemplo vestro. Et ad hoc facit illa admonicio moralis Philosophi in libro
5 Mora(lium) dogmatum, ut in fidibus aut in tibiis quamvis paululum discrepet vel etiam multo magis, in quantum melior est accionum, quam sonorum contentus. Cicero in eodem: Si gramaticum professus se quispiam barbare loquatur aut si absurde canat is, qui se haberi velit musicum, hoc turpior est, quod in ipso peccat, cuius profitetur scienciam, sic philosophus in vite ratione peccans
10 hoc turpior est, quot in officio, cuius magister esse vult, labitur artemque vite professus delinquit in vita. Rogemus Christum, Dominum lucis, ut per Beatum Dominicum lux perpetua luceat nobis etc. |

62d

94. DE SANCTO LAURENCIO (Sermo primus)

15 Auro locus est, in quo conflatur, Iob XXVIII. Aurum est dignissimum metallorum, unde naturales dixerunt ipsum esse dominum et regem corporum et lapidum, quia corruptio non potest ei dominari, nec enim ab aere nec ab aqua vel humo corrumpitur nec igne minuitur. Et significat in scripturis perfeccionem sanctorum, que triplex est, scilicet paciencie in sustinendo, diligencie in presidendo et sapiencie in contemplando. Prima perfeccio est martirum, qui passi
20 sunt pro Domino et perfecti inventi sunt, in quibus probacio fidei pacienciam operata est, que opus perfectum habet, ut dicitur Ia. I^o. Et sicut aurum igne examinatum non deficit, sed melioratur, sic ipsi propter passionem mortis non defecerunt, sed perseveraverunt, et ideo coronam meruerunt. Secunda perfeccio est prelatorum, qui presunt congregacioni sanctorum et debent esse perfecti
25 plus quam sui subditi, quia dicitur III Reg. X.: Eligite meliorem et ponite eum super solium. Hormisda papa dis(tinctio) LXI.: Emendacionem esse convenit pape, quem necesse est orare pro populo et exemplum religiose conversacionis de se prestare aliis, quam sumere. Ideo et isti significantur in auro, quia sapientes aurum exaltaverunt et inter corpora melius esse constituerunt dicentes, quot
30 sicut sol excellit inter sidera, sic aurum inter metalla. Dicit autem Philosophus, quod usture melius fiunt cum aureo instrumento, quam alio. Sic correctio melius fit a bono prelato, qui est ut aurum, quam a malo, qui est ut ferrum. Tercia perfeccio est solitariorum, quibus liberum est vacare et videre in contemplacione, quam dulcis est Dominus. Et iste status perfeccior est, quam activorum,
35 quia contemplacio est finis active. Finis autem melior est hiis, que sunt ad finem, ut dicit Philosophus. Gre(gorius): Qui ad arcem contemplacionis ascendere desiderat, prius necesse est, ut in campo accionis se exerceat. Ideo etiam isti si-

3 vobis: M nobis 4 vestro: M nostro 28 pape: M papo 31 Dicit: M dicitur 32 usture: M ustrue

2 Phil. 2,15 5 Mor. dogm. 70; PL 171,1054C 7 Cic. Tusc. 2,12 15 Iob 28,1 22 Iac. 1,4 26 4 Reg. 10,3 27 Decr. p. 1. d. 61. c. 3 31 Aristot. ? – ubi? 37 Aristot. ? – ubi?
37 Greg. M. moral. 6,37,59; PL 75,763C

- gnificantur in auro, quoniam aurum natura calidum est et humidum, et designat incontemplantis desiderium et ploratum. Boecius De consola(cione): Desiderio tui lacrimis madet et contra diem frigescit et sic cognoscunt habentes aurum in digitis accessum diei. Sic accedente lumine contemplacionis fomes frigescit.
- 5 Dan. IX.: Vidi visionem et emarcui. De primo auro, quod est paciencia martirum, dicitur in presenti verbo: Auro locus est || etc. Dico autem, quod sancti 63a
martires habent locum conflacionis, presentem ecclesiam, et locum glorificacionis, celestem patriam. De loco conflacionis dicitur: Auro, id est martiri sancto, locus est, scilicet sancta ecclesia, in qua conflatur, id est tormentatur. Nam extra ecclesiam punicio esse potest, sed non meritoria. Gre(gorius) in Mora(libus):
- 10 Extra locum conflacionis ignis tormento cruciat, mundacione non purgat, quia nisi in katholica ecclesia veri martires non fiunt. Tale aurum fuit Sanctus Laurencius, qui conflatus est pro fide Christi inter craticula Decii, sicut ipse dicit: In craticula te Domine non negavi etc. Ideo competit sibi dicere de se illud Iob
- 15 XXIII.: Probavit me quasi aurum, quod per ignem transit. Et sicut aurum verum non crepat in igne, sic nec ipse fractus fuit in tormentis. Ideo dicit de se: Igne me examinasti. Talis conflacio privative tollit sordes viciorum. Male. III.: Colabit eos quasi aurum. In colatorio quod impurum est separatur a puro, ut patet in aqua et in vino. Sic sancti in tormentis purgantur a peccatis. Eze.
- 20 XXIII.: Conflatur in medio eius inquinamentum eius et consummatur rubigo eius. Gre(gorius) in Mora(libus): Vera fidelium sapiencia a sordibus peccatorum persecucionis igne purgatur. Positive vero adiungit decore virtutum. Dan. XI.: De eruditis ruent, ut conflentur et dealbentur. Gre(gorius) in Mora(libus): Non clarescit anima fulgore eterne pulchritudinis, nisi hic arserit in officina caritatis. De loco clarificacionis sanctorum dicitur I Esdre VI.: Vasa auri referantur in Ierusalem in locum suum. Numeri XXXII.: Aurum intulerunt in tabernaculum Domini. Istud est aurum Evilat, quod interpretatur dolens, Gen. II. Significat martirizatum, qui dicit in Psalmo: Tribulacionem et dolorem inveni, cuius terre aurum est perfectio paciencie et dicitur esse optimum, quoniam, ut dicit Augustinus in li(bro) De Chathechizandis rudibus: Perfectorum in hac vita nullus est ea caritate, ad quam sancti martires perveniunt, qui contra peccatum usque ad sanguinem certaverunt. De secundo auro, quod est diligencia presidencium, scriptum est Hebre. IX.: Tabernaculum est ecclesia, arca in ea sunt prelati, in quibus debet esse virga correccionis et manna consolacionis, tabula discrecionis et debent esse ex omni parte tecti auro diligencie et solli- | citudinis, qua plus 63b
debet habundare, qui pluribus debet providere, quemadmodum sancta animalia dicuntur plena fuisse oculis, Apo. IIII. Ipsi enim precipitur Prover. XXII.: Diligenter agnosce vultum peccoris tui tuosque greges considera. De tercio auro, quod est sapiencia contemplantium, habetur III Reg. X.: Salomon festivit tronus suum auro fulvo. Tronus Salomonis est mens contemplantis, in qua sedet

2 con-: M iter. 30 Chathechizandis: M chatezandis

2 Boeth. cons. 2, prosa 4; PL 63,679A 5 recte Dan. 10,8 10 Greg. M. moral. 18,26,42; PL 76,59C 14 In craticula – quis et ubi? 14 Iob 23,10 17 Igne me: Ps. 16,3 17 Mal. 3,3 19 Ez. 24,11 21 Greg. M. moral. 18,26,40; PL 76,58C 22 Dan. 11,35 23 Greg. M. moral. 18,26,42; PL 76,60A 25 1 Esdr. 6,5 26 recte Num. 31,52 27 Gen. 2,11 28 Ps. 114,3 30 Aug. – ubi? 33 Hebr. 9,3–4 37 Apoc. 4,8 37 recte Prov. 27,23 39 3 Reg. 10,18

Deus per gratiam. Aurum fulvum est fulgor sapientie. Nam sapientia est donum regum vite contemplative. Quod nobis conferat sedens super tronum Iesus Christus.

95. (DE SANCTO LAURENCIO)
(Sermo) secundus

5

Holocausta medulata offer(am) tibi (Ps. LXV.). Possunt esse verba Beati Laurentii suam oblacionem, id est seipsum, quem Deo obtulit sacrificium in odorem suavitatis, commendantis a debitis circumstantiis et condicionibus. Quarum quedam requiruntur ex parte oblati, quedam ex parte offerentis, quia non solum
10 oblata necesse est esse bona, sed etiam ipse offerens debet esse bonus, quoniam respexit Dominus ad Abel et ad munera eius, quia bonus fuit, ad Cain non, quia malus erat, Gen. III. Est enim differentia, secundum Aristotelem in Ethicis, inter opus artificis et virtutis, quia bonitas rerum accidencium ab arte existit in seipsis, et propter hoc sufficit artifici ad bonitatem artificii sui, si res, quam efficit, fuerit bona. Rebus autem fientibus secundum viam virtutis non sufficit, ut
15 in se sint bona tantum, sed ut facientes sint se aliququaliter habentes, ut iusta aut casta facientes sint iusti et casti. Ex parte ergo oblati commendatur oblacio sancti martiris in duobus, scilicet integritate perfeccionis et pluralitate multitudinis. Integritas perfeccionis in hac oblacione notatur in eo, quod oblacionem suam
20 vocat holocaustum, quod erat sacrificium totum Deo incensum, ab olon, quod est totum, et cauma, quod est incendium, in quo offerens non habebat partem. Sic et nos totaliter debemus nos offerre Deo in corpore et in anima nichil nostri nobis reservantes, ut dicit Dionisius VII. De di(vino) no(mine): Totos nos ipsos extra totos nos ipsos statuamus et toti Dei fiamus. Melius est enim esse
25 (Dei), quam nostri ipsorum, ita enim erunt divina data cum Deo factis. Hii sunt edi optimi, scilicet corpus et anima Deo servientes, quibus libenter vescitur Isaac, id est Christus, Gen. XXVII. Pluralitas multitudinis in hac oblacione notatur in eo, quod pluraliter || dicit holocausta, non singulariter holocaustum. Obtulit autem tria holocausta et ita multa, quia prima multitudo consistit in ternario,
30 scilicet holocaustum peccunie ecclesie pauperibus secundum illud: Thezauros ecclesie dedit pauperibus. Proprie persone Decii ignibus, ubi strinxerunt corporis membra posita in craticula. Predicate familie celi civibus ut Ipolitum cum sociis suis. Ex parte offerentis continencie. Etiam hec oblacio a duobus, scilicet a rectitudine intencionis et dulcedine voluntatis. Quo ad primum dicit: Offeram
35 tibi, id est ad honorem tuum. Non enim obtulit se mundo vel diabolo, quia non est passus pro pecunia vel pro culpa, sciens scriptum esse I Petri III.: Nemo vestrum paciatur quasi homicida aut fur, si autem ut Christianus, non erubescat. Melius est enim benefacientes, si velit voluntas Dei pati quam malefacientes. Sed obtulit soli Deo iuxta illud III Reg. V.: Non faciet servus tuus holocaustum

63c

2 regium: M regitm 7 id est: M *suprascr.* 26 edi: *lege haedi* 33 continencie: M continetur

6 Ps. 65,15 12 Gen. 4,4-5 12 Aristot. eth. Nic. 2,3 23 Ps. Dion. Areop. div. nom. 7,1;
Dionysiaca 386 27 Gen. 27,9 31 Thezauros ecclesie - *quis et ubi?* 36 1 Pt. 4,15 39 4
Reg. 5,17

nisi Deo soli. Cui soli offerendum est, quia ipse est bonorum nostrorum fidelis conservator. II Tim. I.: Scio cui credidi et certus sum etc. Largus remunerator. Thobie XII.: Bonis operibus per eum re(pleti) sumus. Immortalis vite possessor. Numeri XIII.: Vivo ego, dicit Dominus. Nam mors dominorum defraudat remunerationes servorum. Quo ad secundum dicit: Offeram tibi holo(causta) medul(lata), Glosa: Offeram meipsum cum medulla intimi amoris. Dico autem, quot de tribus rebus predicatur medulla, scilicet arbustis, Eze. XVII.: Tulit medullam cedri de granis. Deuter. XXXIII.: Ircos cum medul(la) tritici. De ossibus animalis. Aristoteles: Medulla est in ossibus sicut in vasis. Iob XXI.: Medullis ossa illius irrigantur. Per ista tria intelliguntur tria genera salvandorum, in quibus debet contineri medulla caritatis. Per arbores activi propter flores virtutum et fructum operum. Ps.: Erit tamquam lignum etc. Exemplum de Iob et Thobia. Gre(gorius) in Mora(libus): Antiqui patres fructiferis arboribus similes non solum pulchri sunt per speciem, sed etiam utiles per ubertatem. Per granum contemplativi, quia sunt modici per humilitatem, fissi per genuinam dilectionem, interius albi cordis puritate, exterius rubicundi discipline austeritate, de quibus dicitur Gen. | XLI.: Omnis habundancia frumenti, id est multitudo contemplativorum, in singulis urbibus, id est in diversis sanctorum beatitudinibus, condita est, per directionem illuc affectionis eorum. Per ossa prelati, qui sustentant mollem carnem, id est infirmum populum, sicut dicitur Numeri XI.: Sustentent tecum honus populi. Aristoteles XII. Animalium: Ossa fuerunt creata propter salutem corporis mollis, quoniam natura eorum est valde dura. Sicut faciunt illi, qui fingunt ali(quod) de luto facientes sub illo aliud corpus durum, deinde componunt super ipsum lutum, ita fecit natura per ossa. E converso autem in ossibus trium animalium non invenitur medulla secundum Aristotelem, scilicet leonis. Animal enim habens spissa ossa et forcia, ut leo, non habent multam medullam vel nullam propter nimiam siccitatem consumentem calorem et quoniam cibus transit in ossa. In ossibus etiam porci nulla vel modica est medulla. Et hoc propter nimiam humiditatem et frigus non coagulans. In ossibus etiam piscis non invenitur propter ossium soliditatem, cum medulla sit in ossibus concavitatem habentibus. Per ista designantur tria genera peccatorum caritate carencium. Leo est superbus, porcus immundus, piscis avarus. Et superbia excludit caritatem. Similiter et luxuria et avaricia. Holocausta medula(ta) offe(ram) tibi. Offerencium Deo multiplex est diversitas, quia quidam offerunt Deo tantum corpus, ut fice conversi, qui mutant habitum et non animum et sic vadunt ad pugnam milicie spiritualis, III Reg. ultimo, apud quos non est virtutes colere, sed vicia colorare quodam quasi minio virtutum, secundum Ber(nardum) super Cant. LXVI. De quibus dicit Dominus Mt. VII.: Veniunt ad vos in vesti(mento). Quidam tantum animam, ut tarde conversi viribus in peccato consumptis, quorum multiplicantur infirmitates et sic accelerant. Tulli(us) De senectute: Libidinosa iuventus effectum corpus tradit senectuti. Quidam neutrum, ut finaliter mali, de quibus dicitur

63d

14–15 contemplativi: M contemplanti 16 cordis: M corde 16 rubicundi: M rubicunde

2 2 Tim. 1,12 3 Tob. 12,3 4 Num. 14,21 7 Ez. 17,3 8 Deuter. 32,14 9 Aristot. – ubi? 9 Iob 21,24 12 Ps. 1,3 13 Greg. M. moral. 23,1,2; PL 76,251A 17 Gen. 41,48
20 Num. 11,17 21 Aristot. – ubi? 25 Aristot. – ubi? 36 3 Reg. 22,30 37 Bern. serm. in cant. 66,1; PL 183,1094A 38 Mt. 7,15 40 Cic. Cato 29

5 Numeri XVI.: Deglutivit eos terra cum tabernaculis suis, id est animas cum corporibus, et perierunt de medio multitudinis. Quidam utrumque, ut Laurencius et imitatores sui, de qualibus habetur II Macha. XV.: Corpus et animam tradere contentus pro perseverancia. Quod et nobis concedat meritis beati martiris gracia Salvatoris etc. ||

64a

96. <DE SANCTO LAURENCIO>
<Sermo> tercius

Obtulit Deo sacrificium in igne, Levi. XXIII. Hoc dictum potest intelligi de Beato Laurencio, quoniam sic factum est in ipso. Nam obtulit se sacrificium
10 Deo in odorem suavitatis. Obtulit autem in igne. Sed est duplex ignis, scilicet materialis et spiritalis. In igne materiali optulit Deo corpus suum secundum illud Eccli. 38.: Vapor ignis urit carnes eius et in calore fornacis concertatur, scilicet cum Decio, qui volebat, ut negaret Christum. Quod quia non fecit, in igne assatus fuit. In igne vero spiritali, scilicet in ardore dileccionis Dei optulit
15 animam suam, secundum quod dicit vox sibi competens in Psalmo: Holocausta medul(lata) of(feram) tibi, Glosa: totam animam igne caritatis inflammata. Nam sine caritate punicio non prodest ad vitam, sed tantum ad penam. Unde apostolus I Cor. XIII.: Si tradidero corpus etc., Glosa: ut Laurencius, cari(tatem) autem non ha(buero), nihil mihi prodest. Generalius autem loquen-
20 do de sacrificiis dicendum est primo de differentiis sacrificiorum, secundo de personis sacrificancium. Differentia sacrificiorum duplex, quia est sacrificium signans et sacrificium signatum. Sacrificium signans est sacrificium Iudeorum, de quo mandat Dominus Exo. XX.: Altare de terra facietis mihi, et offeretis in eo holocausta vestra. Que fuerunt instituta a Domino ad 4^{or} utilitates. Primo, ad
25 honorificenciam divine maiestatis. Prover. III.: Honora Dominum de tua substantia. Omnis enim cultus, quo Deus sibi vult serviri, est sibi honorificus. Talibus autem muneribus delectabatur Deus non ipsorum preciositate, nec sui necessitate, qui bonorum nostrorum non indiget, sed divina institucione et offerencium obediencia et devocione. Secundo, ad significacionem future veritatis. Fiebant
30 enim in signum veri sacrificii Christi et Christiani. Unde dicit Isi(dorus) Levi. I., quod omnis diversitas hostiarum Christi hostiam preferebat, et Ambrosius Ester V.: Non propter se ille hostie dicebantur offerri Deo in odorem suavitatis, sed quia illum significabant, qui vere est in odorem suavitatis. Tercio, ad impressionem amoris, timoris, severitatis. Occisio enim animalium fuit in (iis)
35 divine iusticie fortis impressio, quoniam eo ipso, quod animalia occidebant, semetipsos dignos ostendebant, quod magis ipsi essent occidendi, qui peccabant. Quoniam animalia innoxia secundum illud: Quid meruere boves, animal sine fraude dolisque. Unde et de mandatis sacrificiorum potest accipi illud Eccli. II.:

5 etc.: M add. idem 13 volebat: M volebat 24 a: M corr. ex ad

1 Num. 16,30 3 2 Mach. 15,30 8 Lev. 23,8 12 Eccli. 38,29 15 Ps. 65,15 18 1
Cor. 13,3 23 Ex. 20,24 25 Prov. 3,9 30 Isid. in lev. 1,1; PL 83,321B 31 Ambr. – ubi?
37 Quid meruere – quis et ubi? 38 Eccli. 2,21–22

Qui timent Dominum, custodient mandata illius, et subdit | causam custodicio-
 nis, timorem mortis, dicens: Si penitentiam non egerimus, incidemus in manus
 Domini. Quarto, ad introduccionem amoris, bonitatis. Oblatio namque munerum
 et participatio sacre mense familiaritatem eis et fiduciam faciebant ad Deum,
 5 quoniam commensalitas est summa communio preter communionem causarum
 essendi, que sunt pater et mater et maxime efficiencia consociali(t)atis. Prop-
 ter quod cum Deus non posset offerentibus versa vice edendo communicare,
 mittebat ignem interdum de celo, qui partem sacrificiorum sibi oblatam con-
 sumebat et vice ipsius comedebat, ut factum est tempore Moysi, Levi. IX., et
 10 tempore Helie, III Reg. XIX., et tempore Salomonis, II Paral. VII. Et ista erant
 sacrificia vera veritate signi Deo placita, predictis de causis ante introduccionem
 idolatrie, sed post introduccionem idolatrie placuerunt ad evitandum periculum
 perfidie, ne scilicet idolis immolarent. Unde dicitur Levi. XVIII.: Offerent filii
 15 Israel hostias suas sacerdoti et non immolabunt ultra demonibus. Sacrificia vero
 signata sunt ille res, quibus nos sanctificamur, que sunt duobus modis. Est enim
 res sanctificationis generalis, que non est in nobis, scilicet gracia Redemptoris,
 de qua dicitur Ephe. V.: Christus dilexit nos et tradidit semetipsum hostiam et
 oblationem Deo. Et est res sanctificationis specialis, que est in nobis, ut con-
 20 tritio cordis. Ps.: Sacrificium Deo spiritus. Laus oris. Ps.: Sacrificium laudis
 hono(rificat). Misericordia in affectu mentis. Eccli. XXXV.: Qui facit misericor-
 diam, offert sacrificium. Martirium in effectu operis. Et isto modo specialiter
 sacrificavit semetipsum Sanctus Laurentius, qui dum ad ignem applicatus non
 negavit Dominum, assatus in igne inventum est sacrificium laudis, et impletum
 25 est in eo, quod nunc dicitur: Obtulit sacrificium Deo in igne. Et ista sunt sacrifi-
 cia vera veritate et Deo placita simpliciter non comparacione ad deterius. Unde
 dicitur Mala. III.: Placebit Deo sacrificium Iuda, id est Christi, et Ierusalem, id
 est ecclesie. De personis offerencium, utrum scilicet conveniat cuilibet offerre
 sacrificium Deo, an tantum bono, dico, quod sacrificium dicitur eo, quod sa-
 30 crum faciat offerentem. Duobus autem modis est sacrificium, scilicet ut signum
 et ut res. Sacrificium ergo secundum signum || quod sacrificium signat, potest
 offerre malus. Sed sacrificium secundum rem, quod sacrum facit, non potest. Et
 tale est sacrificium speciale, non generale. Nam illud sacrificium in ministerio
 offertur ab om(nibus) ministris bonis et malis. In re vero offertur ab ipso sum-
 35 mo sacerdote Christo, qui est sacerdos offerens et ipsa oblatio. Dico ergo, quod
 sacrificia illa figuralia de animalibus poterant offerri ab omnibus, quia erant si-
 gna sanctificationis offerentis. Sacrificia spiritualia, que offert homo de seipso,
 offert tantum bonus, quia illa sunt res sanctificationis offerentis. Malicia autem
 non compatitur secum rem sanctificationis, nec econverso res sanctificationis
 maliciam. A qua nos custodiat Christus Sancti Laurentii placatus precibus.

18 est res: M corr. ex res est

13 recte Lev. 17,5 et 7
 26 Mal. 3,4

17 Eph. 5,25

19 Ps. 50,19

19 Ps. 49,23

20 Eccli. 35,4

97. <DE SANCTO HIPPOLITO>

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consecuntur, Mt. V°. De istis
misericordibus, quos hic beatificat Dominus, fuit Sanctus Ipolitus, qui miseri-
cordiam exhibuit Sancto Laurencio ipsum sepeliendo. Nam sepultura est unum
5 opus de operibus misericordie et ideo consecutus fuit misericordiam, quoniam
merito illius sepulture venit ad martirii gloriam cum tota familia sua, sicut ha-
betur in legenda sua. Et quoniam opus misericordie remuneratum fuit in ipso
tam gloriose, ideo debemus eum imitari in operibus misericordie, ut et nos ad
similitudinem ipsius consequamur misericordiam. Queritur autem circa hoc, qui-
10 bus debemus misereri, et quam misericordiam consequamur ex miseracione. Ad
primum dico, quod debemus misereri eius, qui supra nos est, scilicet Domino
Christo. Et eius, qui inter nos, scilicet spiritui nostro. Et eius, qui circa nos est,
scilicet proximo nostro. Et eius, qui ultra nos est, scilicet existenti in purgato-
rio. Domino Christo debemus misereri compaciendo, quia vulneratus est propter
15 peccata nostra, Is. LIII. Sicut homo pii cordis plorat etiam in quolibet alio de-
functo, qui non est mortuus pro ipso, sed pro debito suo, exemplo Sancti Iob, qui
dicit: Flebam super eo, qui afflicto est et compa(cietur) anima me(a) pau(peri),
Iob XXX. Sed Dominus noster pauper fuit in vita sua, | afflicto est autem super 64d
omnia in morte sua. Ideo dicitur nobis, ut lugeamus eum planctu amarissimo.
20 Ier. VI.: Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum. Spiritui nostro debemus
misereri penitendo. Purificemus, quia nobis precipitur. Eccli. XXX.: Miserere
anime tue placens Deo, quasi finis placitum Dei facere miserearis anime tue. Et
sequitur, quomodo sit ei miserendum. Contine cor tuum, ne dissolvatur per la-
sciviam carnis, et congrega, ne dispergatur per concupiscenciam oculorum, et
25 tristiciam longe expelle a te, ne conturbetur immissione tribulacionum. Et si ita
fecerimus, implebitur in nobis, quod dicitur Prover. XI.: Benefacit anime sue vir
misericors. Proximo nostro debemus misereri sustentando, ut sicut unum mem-
brum succurrit alteri membro, sic unus homo faciat alteri homini. Collum enim
sustentat brachium fractum et cervus portat caput alterius cervi in natando. Et
30 hoc precipitur nobis Ephe. III.: Estote invicem misericordes, benigni et donan-
tes vobis. Lu. VII.: Estote misericordes. Et sic implebitur in nobis, quod dicitur
Eccli. XVIII. Misericordia hominis circa proximum suum. Ambrosius in episto-
la: Habe dives apotecas inopum, sinus viduarum, domos infancium orphanorum,
ut dicatur tibi: Ex ore infancium perfecisti laudem. Existenti in purgatorio de-
35 bemus misereri adiuvando, quia clamant illi ad nos et est eorum vox Iob XIX.:
Miseremini, miseremini. Quod bis dicunt, quia dupliciter possumus eos adiuva-
re, scilicet precibus et elemosinis. Sed quia frequenter non exaudiantur a nobis,
ideo subdunt conquestionem Dei in compassione nostra dicentes: Quare perse-
quimini me sicut Deus et car(nibus) m(eis) sa(turamini)? Persecuntur enim filii
40 parentes et cari amicos, quando retinent elemosinas ordinatas dari pro se et non
solvunt aliena, que illi debebant solvere, et saturantur carnibus eorum, quando
acquisita sudoribus et laboribus eorum expendunt prodite in proprios usus il-

42 prodite: M prodice

2 Mt. 5,7 15 Is. 53,5 18 Iob 30,25 20 Ier. 6,26 21 Eccli. 30,24 26 Prov. 11,17
30 Eph. 4,32 31 Lc. 6,36 32 Eccli. 18,12 32 Ambr. – ubi? 35 Iob 19,21

- licitos. Ad secundum dico, quod misericors consequitur misericordiam. Primo, longioris vite. Iustum est enim, ut qui sustentat vitam alterius, Deus prolonget vitam ipsius, sicut expressum in precepto de honore parentum. || Exo. XX.: Honora patrem tuum, ut sis longe(vus) etc. Prover. XXI.: Qui sequitur misericordiam, adiciet vitam. Secundo, pigwioris fortune, quia danti dabitur. Lu. VI.: Date et dabitur vobis. Prover. XIII.: Feneratur Domino, qui miseretur pauperi. Fenerari est ad amplius dare, quia Dominus semper plus reddit, quam accipit in pauperibus suis ad similitudinem bone terre. Lu. VIII.: Quod cecidit in terram bonam, fecit fruc(tum) cen(tuplum). Prover. XIII.: Misericordia et veritas preparant bona et in omni opere bono erit habundancia. Augustinus in sermone: Qui sibi desiderat premium temporale aut peccatorum indulgenciam promereri, studeat elemosinam dare. Tercio, collacionis gracie. Prover. III.: Misericordia et veritas non te deserant, circumda eas guturi tuo, loquendo de misericordia, describe in tabulis cordis tui, habendo compassionem, et invenies gratiam coram Deo et hominibus. Quarto, exaltacionis glorie. Prover. XV.: Qui miseretur pauperi, beatus erit. Prover. XXII.: Qui pronus est ad misericordiam benedicetur, de panibus enim suis dedit pauperi. Ieronimus in epistola: Magna beatitudo est pro parvis magna recipere, pro brevibus eterna, pro morituris semper vivencia et habere Dominum debitorem. Ber(nardus) in epistola: Beatus, qui intelligit non super cupidum, sed super egenum et pauperem. Qui invite petit, verecunde accipit et accipiens glorificat Patrem suum, qui in celis est. Tercio et quarto modo consecutus fuit misericordiam Sanctus Ipolitus, quia cum esset gentilis, per gratiam venit ad fidem, et cum esset homo mortalis, per gloriam venit ad eternitatem et impletum est in eo et in sociis suis, quod dicit Dominus: Beati misericordes etc.

98. DE ASSUMPCIONE GLORIOSE VIRGINIS GENITRICIS DEI
(Sermo) primus

- Astitit regina a dex(tris) t(uis), Ps. (XLIV.) Ber(nardus) in sermone: Ascendens in altum Virgo Beata dabit dona hominibus, cui nec facultas dandi deest, nec voluntas. Ideo orate ipsam, ut adiuvet insufficienciam vestram. Astitit regina. Calamus celestis scribe felicitatem virginis assumpte comprehendit in hiis verbis in III^{or}, scilicet in potencia regni, quando dicit: Astitit regina. In eminencia loci, quando dicit: Astitit a dextris tuis. In decencia indumenti, quando dicit: in vestitu deaurato. In | frecuencia consorcii, quando dicit: circumdata varietate. Dicit ergo: Astitit regina, Glosa: quia regit sub rege. Per quod intelligitur re-

14 cordis: M corde 25 etc.: M al. man. add. amen 28 Ps.: M al. man.

3 Ex. 20,12 4 Prov. 21,21 5 Lc. 6,38 6 recte Prov. 19,17 8 Lc. 8,8 9 recte Prov. 14,22-23 10 Aug. - ubi? 12 Prov. 3,3-4 15 recte Prov. 14,21 16 Prov. 22,9 17 Hier. - ubi? 19 Bern. epist. 207; PL 182,374B 28 Ps. 44,10 28 Bern. serm. ass. 1,2; PL 183,451D

gnum habere et coronam portare secundum quod et alibi dicitur de ipsa, quod in capite mulieris amicti sole erat corona XII stellarum, Apo. XII. Quia secundum Ber(nardum) in sermone: Duodecim sunt Marie prerogative. Siquidem invenire est in Maria prerogativas celi, carnis et cordis. Mihi sane singularis rutilat fulgor. Primo quidem in Marie generatione, secundo in angelica salutacione, 3^o in Spiritus Sancti supervencione, quarto in filii Dei conceptione. In hiis quoque sidereum radiat decus, quod primitiva virginitas sine corrupcione fecunda, sine gravamine grvida, sine dolore puerpera. Hec eciam coruscant in Maria, scilicet mansuetudo pudoris, devocio humilitatis, magnanimitas credulitatis, martirium cordis. Sequitur descriptio loci eius: Astitit a dextris tuis. Ad litteram iuxta filium suum in honorabiliore loco iuxta id, quod legitur III Reg. II.: Positus est tronus matri regis, que sedit a dextris eius. Vel dicitur astitisse a dextris, id est in pocioribus bonis vite eterne, quia sicut in presenti maiorem omnibus habuit gratiam, sic excellit omnes in celis, quia dicitur optimam partem elevisse Lu. X. Ber(nardus) in sermone: Quantum gracie est adepta in terris, tantum et in celis optinet glorie singularis. Sequitur descriptio indumenti eius in hoc verbo: Astitit in vestitu deaurato, id est in corpore glorificato. Corpus enim vestimentum quoddam est anime, cuius deauracio est celestis glorie superinduicio. Talis ergo habitus virgo describitur, quoniam in ea gloria resurrectionis consumata creditur. Unde Augustinus in sermone: Maria quadam speciali gloria honorificata possidet in filio suo corpus suum, quod genuit. Et nisi occurrat nondum perspecta auctoritas, credo et per quod genuit. Ideo vera ratione censeo confitendum Mariam gloriose ad eternitatis gaudia assumptam, honoracius susceptam et ad communem humanitatem post mortem non esse adductam, scilicet putredinis, vermis et pulveris. Possunt autem assignari in auro III^{or} dotes corporis glorificati. Aurum enim natura penetratum, quoniam ut dicit Isi(dorus) in libro Ethi(mologiarum): Super sextarium argenti vivi si centenarium saxum superponas, honeri resistit, || sin vero auri scrupulum, levitatem eius raptim sinu recipit, ex quo intelligitur, non pondus, sed naturam esse, cui cedit. Per quod intelligitur dos subtilitatis, qua secundum voluntatem spiritus potens erit corpus penetrare eciam muros ferreos et sine inpedimento esse cum corpore alio non glorificato in eodem loco. Est eciam colore fulgidum. Unde quoddam aurum obrizum appellatur eo, quod obradiet splendore. Est enim coloris optimi, ut dicit Isidorus. Per quod intelligitur dos claritatis, per quam conformatur corpus clarificatum cum corporibus celestibus in claritate, ut et ipsum fulgeat sicut sol in regno Patris sui, Mt. XIII. Est eciam virtute curatum, quia mundat lepram in cibo sumpsum et tollit fetorem anhelitus in ore tentum, ut dicit Dioscorides in libro De virtutibus herbarum. Per quod intelligitur impassibilitas, que curat omnes penalitates in corpore et ordinat, ut non habeat corpus glorificatum possibilitatem passionis illate ab alio corpore. Erit enim aptum agere, non potens pati. Est eciam nomine derivatum. Dicitur enim ab aura secundum Isi(dorum), quia percusso aere plus fulgeat luce, alia reperiussus. Unde Vergilius: Discolor inde per ramos aura refulsit. Per quod intelligitur agilitas, quia sicut nichil corporeum aura velo-

65c

2 Apoc. 12,1 3 Bern. serm. in dom. oct. ass. 7; PL 183,433A 11 3 Reg. 2,19 14 Lc. 10,42 15 Bern. serm. ass. 1,4; PL 183,416D 20 Aug. – ubi? 26 Isid. orig. 16,19,3; PL 82,586A 33 Isid. orig. 16,18,2; PL 82,584A 36 Mt. 13,43 37 Diosc. – ubi? 41 Isid. orig. 16,18,2; PL 82,583C 42 Verg. Aen. 6,204 – apud Isidorum

cuius movetur, ita per illam dotem corpus erit conforme anime in accione sua, ut secundum voluntatem spiritus confestim inveniatur, ubicumque voluntas gubernantis spiritus duxerit. Et licet domina nostra aurum glorie induerit, nostri tamen cura se non exuit, quod innuitur ex eo, quod dicitur astitisse. Astitit enim ad
 5 terrendum demonem, ad trahendum hominem, (ad) adleviandum iudicem. Unde Ber(nardus) in sermone: Advocatam premisit peregrinacio nostra, que tamquam iudicis mater et mater misericordie efficaciter salutis nostre negocia pertractabit. Astitit ergo, quia intercedere numquam desistit nichilominus tamen et sedet, quia semper quiescit. Sequitur descriptio consorcii eius: circumamicta varietate,
 10 id est diversis sanctorum ordinibus secundum illud: Circumdabant eam flores rosarum et li(lia) conval(lium). Virgilius: Circumstant anime dextera levaeque frequentes. In signum huius circumdacionis dicit se exaltatam | ut cedrum in Libano. Eccli. XXIII. Nam cedrus est una arbor, Libanus autem dicitur locus et
 15 multitudo silvarum cedri. Cum quibus omnibus det nobis vitam eternam meritis matris Iesus Christus. Amen.

65d

99. (DE ASSUMPCIONE GLORIOSE VIRGINIS GENITRICIS DEI)
 (Sermo) secundus

Signum magnum apparuit in celo; mulier amicta sole et luna sub pedibus eius et corona stellarum XII in capite eius. Et in utero habens clamabat, ut pariat,
 20 Apok. XII. Ad efferendas laudes assumptionis Beate Virginis scripture locuntur de ea diversis modis. Aliquando enim proponunt angelorum ammiracionem, ut Cant. VI.: Que est ista, que progreditur quasi aurora consurgens? Aliquando sanctorum congratulacionem, ut Cant. I^o: Exultabimus et letabimur in te. Aliquando ipsius domine gloriacionem, ut Eccli. XXIII.: Quasi cedrus exaltata
 25 sum in Libano. Aliquando ipsius gloriosam invitacionem, secundum quod a filio invitabatur, ut Cant. III.: Veni in ortum meum. Aliquando ipsius sublimem ascensionem, secundum quod in celum deducebatur, ut Cant. III.: Ascendit de deserto innixa super dilectum su(um). Aliquando ipsius excellentem collocacionem, secundum quod in gloriam collocabatur, ut in Psalmo: Astitit regina.
 30 Aliquando ipsius splendidam apparicionem, secundum quod terris manifestabatur, ut in presenti verbo: Signum magnum. Sciendum est autem, quod Dominus noster matrem Virginem Iohanni commendavit, Io. XIX. Res autem commendata ab eo requiritur, ubi sit, cui fuit commendata, ut legitur in Istoria tripartita, quod Spiridion habuit filiam nomine Irenem, apud quam quidam de notis eius
 35 deposuit peccuniam, quod illa reposuit, ubi tunc visum sibi fuit. Mortua est nichil dicens patri de peccunia. Venit homo depositum requirens, patrem querit per domum et non invenit. Flebat homo se perditum. Clamans cuccurrit pater ad tumultum puellam vocans ex nomine et peccuniam requirens. Illa dicente locum depositi invenit et reddit. Sic et nos a Iohanne debemus requirere, ubi sit

15 Amen: M al. man. 18 et: M iter.

6 Bern. serm. ass. 1,1; PL 183,415C 10 Circumdabant eam – quis et ubi? 11 Verg. Aen. 6,486 13 Eccli. 24,17 20 Apoc. 12,1–2 22 Cant. 6,9 23 Cant. 1,3 24 Eccli. 24,17 26 recte Cant. 5,1 27 recte Cant. 8,5 29 Ps. 44,10 32 Io. 19,27 33 Cassiod. hist. 1,10; PL 69,

domina nostra, cuius corpus non reperitur in terra. Ideo ipse quasi respondens interrogacioni nostre dicit || in presenti verbo: Signum magnum apparuit in celo, quasi diceret: Domina nostra in celo est. Nam apparicio magni signi in celo est assumpcio magne in celum, cuius domine ipse Iohannes describit habitum, quando dicit: amicta sole. Situm: luna sub pedibus eius. Potestatem, quando dicit: corona stellarum XII in capite eius. Pietatem, quando dicit: in utero habens clamat, ut pariat. Habitum habet splendidissimum, situm sublimissimum, potestatem dignissimam, pietatem dulcissimam. Describitur autem habitus virginis assumpte in scripturis multipliciter. Dicitur autem aliquando bissinus splendens. Et hoc propter summam puritatem. Apok. XIX.: Datum est ei, ut operiat se bissino splendenti. Aliquando aurum fulgens. Et hoc propter summam preciositatem. Ps.: Astitit regina. Aliquando sol lucens. Et hoc propter summam ipsius claritatem, ut hic: mulier amicta sole, id est corpore glorificato. In sole enim intelliguntur dotes corporis glorificati, scilicet claritas, quoniam sol clarus est. Avicenna: Sol habet calorem et cum calore claritatem et claritas obtegit calorem propter splendorem. Subtilitas. Sol enim sua subtilitate penetrat elementa et penetrando ad suscepcionem vite disposita vivificat, et sicut radius solis per vitrum transit et calorem, quem in vitro invenit, assumit et penetrando non frangit, per quod claret subtilitas sua. Agilitas. Tam velox est enim, ut rapidis cursibus die noctuque lustret omnia. II Esdre III.: Velox cursus solis convertit in giro celum in locum suum in una die. Preterea radium suum iacit in omnibus ad fines mundi. Et in signum agilitatis sue a Poeta pennatus esse dicitur, ut ibi: Pennisque levati pretereunt ortos iisdem de partibus Euros, scilicet solis equi. Impassibilitas. Lucet enim incessanter et nunquam deficit in suo lumine, quamvis enim lumen eius aliquando auferri videatur per terre interposicionem vel Lune vel nubis. Macrobius: Sol princeps reliquorum luminum dicitur, quia ita eminet, ut propterea quod talis solus semper appareat, Sol vocetur. Mt. XIII.: Fulgebunt iusti sicut sol, Glosa: sine defectu. De hiis dicit Ber(nardus) in sermone: Replebitur maies(ta)te Dei omnis terra, cum fuerit corpus immortale, agile, impassibile et figuratum corpori claritatis sue. | Omnes iste condiciones erunt ad perfeccionem corporis ordinando ad affectionem anime, que duplex est, scilicet cognicio et dileccio. Claritas ordinem habet ad cognicionem. Quod enim clarum est, aptum est cognoscere, et quod in claritate est cognoscibile est. Alie dotes ordinem habent ad dileccionem, que dileccio est in coniunccione convenientis cum convenienti. Agilitas ergo est, ut cito coniungatur. Impassibilitas, ut nullatenus retrahatur. Subtilitas, ut in medio inter diligentes et dilectum nichil omnino interponatur. Preterea domina nostra habet situm sublimissimum, quia luna, id est angelica natura, est sub pedibus eius, quia est alcior ea loco et dignitate. Unde dicitur: Exaltata est sancta Dei genitrix etc. Preterea habet domina nostra potestatem amplissimam, quia corona XII stellarum est in capite eius. Per quod apparet, quod est regina mundi et domina et regit sub rege potens et imperio-

19 rapidis: M rapidibus 21 omnibus: M momento ? 23 iisdem: M isdem 36 diligentes: M diligens 38 alcior: M corr. ex alciora

10 Apoc. 19,8 12 Ps. 44,10 15 Avicenna – ubi? 20 recte 3 Esdr. 4,34 22 Ov. met. 2,159–160 26 Macr. somn. 1,20,3–4 27 Mt. 13,43 28 cf. Bern. serm. in dom. I. nov. 2,2; PL 183,347B 39 Exaltata est – quis et ubi?

sa, sicut ipsa dicit Eccli. XIII.: In Ierusalem potestas mea et potest descendere ad se et confugientes sicut templum. I Mach. X.: Quicumque confugerit in templum, quod est Ierosolimis, dimittatur. Ansel(mus) in libro Meditationum: Sicut omnis a te aversus necesse est, ut intreat, ita omnis ad te conversus impossibile est, ut pereat. Preterea domina nostra habet ad nos pietatem devotissimam, licet enim sole sit amicta, nostra tamen cura non est exuta, nec quia ascendit, ideo affectum erga nos minuit, sed potius nostri memor nostra negocia gerit loquendo pro nobis bona ad filium suum, quia in utero habens puerum clamat, ut pariat. Puer est peccator propter stulticiam, quia pro parvo magnum perdit, sicut Adam pro pomo perdidit paradisum, Gen. III. Prover. XXII.: Stulticia colligata est in corde pueri. Hunc puerum habet piissima domina in utero, id est in intimo et devotissimo affectu suo, et clamat orando Dominum, ut puerum pariat, id est peccatorem convertat et ad lucem producat. Parere enim est ex occultis finibus nature in lucem edere. Ideo rogate, ut nunc et semper nostri memor existat et ad lucem gracie et glorie nos perducatur.

100. <DE ASSUMPCIONE GLORIOSE VIRGINIS GENITRICIS DEI>
<Sermo> tercius

Qui creavit me requievit in tabernaculo meo et in civitate scilicet sanctificata similiter requievi, Eccli. XXIII. Ber(nardus) in sermone: Tempus loquendi est omni carni, cum assumitur in celum mater incarnati Verbi, nec cessare debet a laudibus humana mortalitas, cum hominis natura supra immortales || spiritus exaltatur in virgine. Sed de eius gloria nec silere possumus, nec loqui sufficimus. Ideo ipsa roganda est ut sufficiencia nostra ex ipsa. In civitate. Duo commendant virginem ex his verbis, scilicet obsequium, quod Deo exhibuit, et beneficium, quod a Deo accepit. Siquidem exhibuit obsequium gestacionis in suo ventre et accepit beneficium requiecionis in sancta civitate. Et hec duo innuuntur in his verbis: In civitate. Est enim sensus talis: Sicut ipse quievit in medio ventre secundum illud: Qui creavit me, requi(evit) in taber(naculo) meo, similiter ego quievi in sua civitate. De his duobus dicit Ber(nardus): Quem enim (in) castellum mundi huius intrantem suscepit, ipsa ab eo suscipitur hodie sanctam ingrediens civitatem. Nec in mundo locus dignior uteri virginalis templo, in quo Dei Filium Maria suscepit, nec in celis regali solio, quo Mariam Marie Filius hodie sublimavit. Maius autem hospicium filius exhibuit matri, quam mater filio, quia virginis hospicium dicitur tabernaculum, Salvatoris autem civit(as). Per quod ostenditur, quod bona merita supra condignum remunerantur. Unde est illud dictum: Plus dare, quam tollat, poscatur, polliceatur ob Salomonem Deus virga florente probatur. Ro. VIII.: Non sunt condigne etc. Tria autem sunt, que invitant hominem ad quiescendum in aliquo loco, scilicet amenitas ad viden-

66c

1 descendere: M defendere 2 confugientes: M con- suprascr. 9 propter: M iter. 18 Qui creavit me requievit in tabernaculo meo et: M in marg. al. man. 20 assumitur: M assumit 29 Quem enim: M Que eum

1 recte Eccli. 24,15 2 1 Mach. 10,43 3 Anselm. Cant. orat. 52; PL 158,956 10 Prov. 22,15 19 Eccli. 24,12 et 15 19 Bern. serm. ass. 4,1; PL 182,425B 29 Bern. serm. ass. 1,3; PL 183,416B 36 Plus dare – quis et ubi? 37 Rom. 8,18

dum, ut non sint ibi sordes, Eze. XXXIII.: Requiescent in herbis virentibus. Virgilius in Bocolicis: Hic tamen hanc mecum poteris requiescere noctem fronde super viridi. Fertilitas ad vescendum, ut non sit ibi fames, quia fames fugat lupum de nemore. I Paral. III.: Invenerunt terram quietam et fertilem. Securitas
5 ad iacendum, ut non sint ibi hostes. Nemo enim iuxta viperam securos sompnos capit, secundum Ieronimum, si non pungit, tamen sollicitat. II Reg. XIX.: Veni, ut requiescas securus mecum in Ierusalem. In Beata vero Virgine fuit amenitas mundicie sine sordibus culpe. Unde Augustinus contra V hereses in persona Christi dicit: Sicut in transitu meo Marie non est corrupta virginitas, sic mea ibi
10 non est maculata | maiestas. Unde ulla sordes in Maria, que nec concipiendo libidinem, nec pariendo passa est dolorem? Unde sordes in domo, ad quam nullus habitator accessit? Solus ad eam fabricator eius et dominus venit. Copiositas gracie sine defectu boni cuiuscumque. Eccli. XXIII.: In me omnis gracia et vite veritatis. Ieronimus in sermone: Totam repleverat Spiritus Sancti gracia, in quam
15 Deus totus lapsus portatur IX mensibus in utero. Ampliora promeruit virtutum privilegia. Securitas confirmacionis in ipsa gracia propter cadendi impossibilitatem, ad quam nulli doli demonis accedere potuerunt, secundum Ambro(sium). Eccli. XXIII.: In Sion firmata sum. Ps.: Sanctum est templum tuum, id est divina inhabitacione firmatum, sanctum enim uno modo idem est, quod firmum.
20 Crisostomus super M(attheum): Possibilius esse credebat Ioseph mulierem sine viro posse concipere, quam Mariam posse peccare. Hec igitur traxerunt Dei Filium, ut requiescat in ipsa. Unde conplacens sibi in bona matre dicit: Hec requies etc. hic habitabo etc. Gen. 28.: Iacob, Christus, requievit in quodam loco, id est in virginis utero, post ocubitus solis, quia in domina nostra gloria temporalis et honor transitorius occubuerat propter humilitatem et paupertatem. Et
25 sicut ipse quievit in presenti in dignissima matre, sic ipsam quiescere fecit in altera vita in sanctissima civitate. Unde glorians mater de domo filii sui dicit: In civitate sancta, id est in celesti patria, similiter quievi. Quod factum est in sua gloriosissima assumptione. Ieronimus in sermone: Si in domo Patris mansiones multe sunt, credimus splendidiorem matri Filium prestitisse, quam olim edificavit sibi domum, subnixam columpnis VII, Prover. VIII. Et dicit: similiter quievi. Re enim nota est iteracionis, quia primo quieverat in anima, ut desideriiis non augetur, sed requievit, id est iterum. Vel alio modo quievit eciam in corpore, quia assumpta est simul cum corpore. Dicit autem Philosophus, quod
30 habencium symbolum, id est aliquam convenienciam vel similitudinem, inter se facilis est transmutacio. Et quia ipsa habuit vitam mundam, ideo faciliter transivit ad sanctam gloriam. Non enim habebat causam retardantem a divina visione, scilicet culpam vel debitum pene. Ideo dicitur sibi Cant. III.: || Veni de Libano, id est de munda vita. Locum vero glorie sue appellat civitatem sanctifi-

66d

67a

10 ulla: M *suprascr.* nulla 10 que: M quia 26 quiescere: M requiescere, *suprascr.* re-
31 columpnis: M *corr.* ex columbis 31 similiter: M *signanter corr.* ex significant

1 Ez. 34,14 2 Verg. ecl. 1,80-81 4 1 Par. 4,40 6 Hier. epist. 117,3; PL 22,955 6 2
Reg. 19,33 8 Ps. Aug. haer. 5,7; PL 42,1107 13 Eccli. 24,25 14 Ps. Hier. epist. 9,15;
PL 30,138D 17 Ambr. - *ubi?* 18 Eccli. 24,15 18 Ps. 64,5 20 Ioh. Chrys. -
ubi? 22-23 Hec requies: Ps. 131,14 23 Gen. 28,11 29 Ps. Hier. epist. 9,15; PL 30,143D
31 *recte* Prov. 9,1 34 Aristot. ? - *ubi?* 38 Cant. 4,8

catam, per quod ostendit locum glorie esse munitum. Eccli. XLVIII.: Ezechias munivit civit(atem) suam. Et mundum, Apo. XXI.: Ipsa civitas aurum mundum. Et talis locus congruit quieti. Ulterius, si queratur, qualis sit ipsa requies, dico, quod est eterna. I Paral. XXIII.: Requiem dabit Dominus populo usque in
 5 eternum. Is. LVIII.: Requiem dabit tibi Deus tuus semper. Secura. Is. XX.: Pauperes fiducialiter requiescent. Iob XI.: Requiesces et non erit, qui te exterreat. Iocunda. II Paral. XXIII.: Letatus est omnis populus terre et urbs quievit. Tunc enim implebitur in nobis dictum Domini Ier. XXXI.: Quiescat vox tua a ploratu. Bonis omnibus cumulata. Ier. XXX.: Quiescet Iacob et cunctis affluet bonis.
 10 Eccli. XXXI.: In requie sua implebitur bonis. Meritis nostris inproportionata. Eccli. LI.: Modicum laboravi et inveni mihi multam requiem. Omnia promissione firmata, quia ipse dicit Osee I^o: Quiescere faciam regnum domus Israel. Eze. XXXVII.: Requiescere vos faciam super humum vestram. Rogemus Christum, ut meritis matris impleat promissionem suam in nobis.

15 101. DE SANCTO REGE STEPHANO UNGARIE,
 DALMACIE AC CROACIE ETC.
 Sermo primus

Aurum opus decoris tui, Eze. 28. Est aurum materiale, quod est possessio peccunie, de quo dicitur Eccli. VII.: Ffratrem carissimum auro non spreveris, id
 20 est amoris auri. Et spirituale, quod est possessio gracie, de quo dicitur Eccli. LI.: Copiosum aurum possidete, id est magnum cumulum gratarum habete. Utroque auro decoravit Deus et ditavit sanctum regem nostrum Stephanum, quia dedit ei divicias regni et virtutes animi. Ideo veraciter possit dici de ipso, quod opus decoris ipsius, id est constitutio magnificencie et sanctitatis, in ipso fuit aurum, id
 25 est potencia regni et virtus animi. Ffuit autem mirabilis coniunctio istorum in viro magnifico, scilicet diviciarum et virtutum, quia dicitur in vita Sancti Francisci, quod divicie et virtutes simul possideri non possunt. Eccli. XXXI.: Qui diligit aurum non iustificabitur. Nam divicias | et nobilitates in pluribus superbia
 30 diviciarum est superbia. Salustius in Iugurino: Inerat consuli nostro contemptor animus et superbia, commune nobilitatis malum. Sed in isto viro magnifico divicie et virtutes obviaverunt sibi, quia in diviciis fuit humilis. Ideo competit sibi dicere de se istud Iob XXIX.: Cum sederem quasi rex, circumstante exercitu, in hoc ostenditur sublimitas regni, eram tamen merencium et consolator, in hoc
 35 commendatur humilitas animi. Gregorius: Sedere potencia regiminis, consolari ministerium pietatis, ut per superbiam venerari non desinas, quem regis. Auro materiali boni utuntur ad bonum, mali ad malum. Bonorum quidam utuntur ad

67b

6 Requiesces: M requiesces 6 exterreat: M exerceat 29 Morbus: M Moribus 30 Iugur-
 tino: M corr. ex Gurtino 37 quidam: M quidem

1 Eccli. 48,19 2 Apoc. 21,15 4 1 Par. 24,22 5 Is. 58,11 5 recte Is. 14,30 6 Iob
 11,19 7 2 Par. 23,21 8 Ier. 31,16 9 Ier. 30,10 10 Eccli. 31,3 11 recte Eccli. 31,35
 12 Os. 1,4 12 Ez. 37,14 18 Ez. 28,13 19 Eccli. 7,20 20 Eccli. 51,36 27 in vita
 sancti Francisci – ubi? 27 Eccli. 31,5 29 1 Tim. 6,17 29 Aug. serm. 36,2; PL 38,215
 30 Sall. Iug. 64,1 33 Iob 29,25 35 Greg. M. moral. 20,5,14; PL 76,145A

devocionem in ecclesiis et altaribus et paramentis. Sicut fecit rex Stephanus, de quo dicitur, quod ad instar Salomonis struit templa, ditat donis, ornat gemmis et coronis cruces et altaria, ad similitudinem David regis, qui paravit impensas domus Domini auri talenta centum milia, I Paral. XXII. Quidam ad misericordiam
5 in pauperibus, ut Sanctus Nicolaus, qui auro remisso redemit virginum pudorem. Quidam ad potenciam in militibus, ut Antonius imperator, de quo dicitur in Gestis Romanorum, quod cum pergeret ad bellum, exactionem non fecit in populo, sed vasa aurea domus sue et ornamenta aurea corporis sui expendit militibus suis. Quidam ad honorem in mensis et dapibus, quibus competit propter
10 statum, ut regibus et principibus. II Paral. IX.: Vasa convivii Salomonis erant aurea. Hester 1^o: Bibebant, qui invitati erant in convivio Assueri regis aureis poculis. Mali abutuntur ad malum. Et horum quidam ad avariciam, ut cupidi, qui congregant et abscondunt, ut monedula, que cum invenit aurum, occultat. Cicero de Valerio Flacco: Non plus aurum tibi, quam monedule committendum est. De quibus dicitur Zach. IX.: Coacervavit sibi aurum quasi lutum platearum.
15 Quidam ad idolatriam ut perfidi. Osee II.: Aurum multiplicavi eis, quod fecerunt Baal. Quidam ad superbiam ut elati, ferentes ornamenta aurea ad ostentacionem. Naum II.: Iste coopertus est auro et omnis spiritus, Glosa: sanctus et bonus, non est in eo. Apok. XVII.: Mulier erat inaurata auro. Quidam || ad castrimargiam
20 ut delicati, qui comedunt aurum in electuariis et pulveribus. Et quibus in solo vivendi causa palato. Sed per que quis peccat, per hoc et torquetur. Ideo Crassus auro infuso in os suum periit a Partis dicentibus: Aurum sum(psi)sti, bibas aurum, bibas. Et quoniam aurum est causa tantorum malorum, ideo Dominus prohibet suis possessionem auri. Mt. X.: Nolite possidere aurum. Et sancti contempnunt. Act. XX.: Aurum nullius vestrum concupivi. Et eciam philosophi.
25 Oracius in sermonibus: Grecus Aristippus, qui servos proicere aurum in media iussit Libia, quia tardius irent propter honus segnes. Solinus in libro De mirabilibus mundi: In partibus Indie similiter sunt aliquae gentes, que odiunt aurum et ubi inveniunt, emunt non ad possidendum, sed ad occultandum in terra, ne polluti usu eius avaricia corrumpat equitatem. Secundum aurum est, quod possessio gracie est triplicis dicere, quia est aurum sapientie, iusticie et glorie. De auro sapientie dicitur Apo. III.: Suadeo tibi emere a me aurum, Glosa: id est sapientiam, ut locuples fias, id est virtutibus habundes. Aurum sapientie difficulter producitur, quia grave est studere in sapientia, quod expertus Sapiens
30 dicit: Dum fabricas aurum, labor est, ut ductile fiat, sic nec eris sapiens absque labore gravi. Ps.: Defecerunt oculi in elo(quo) tu(o). Augustinus in Glosa: Unus est oculus interior, scilicet mentis, intellectus, sed duobus modis videt, scilicet per mistica et moralia. Hii oculi deficiunt in eloquio Dei nimio desiderio tamquam opere lassati. Non est enim ociosus, qui tantum verbo Dei insistit. Nec
35 plus est, qui extra operatur, quam qui studium cognoscendi divinitatis exercet.

67c

20 Et: M Est

2 ad instar: AH 55,346 4 I Paral. 22,14 7 Gesta Rom. – ubi? 10 2 Paral. 9,20 11 Esther 1,7 13 monedula occultat – Isid. orig. 12,7,35; PL 82,463C–464A 14 Cic. Flacc. 76 15 Zach. 9,3 16 Os. 2,8 18 recte Hab. 2,19 19 Apoc. 17,4 20 Et quibus: Iuv. 11,11 21 per que: Walther 21238 22 Crassus auro – quis et ubi? 24 Mt. 10,9 25 Act. 20,33 26 Hor. sat. 2,3,100–102 27 cf. Sol. 54,14 32 Apoc. 3,18 35 Dum fabricas – quis et ubi? 36 Ps. 108,28 36 Aug. – ubi?

Ipsa enim sapiencia maximum opus est, et aurum fertur. Maria que audiebat, Marthe que ministrabat. Aurum sapientie petitur ab aliis. Exo. XI.: Filii Israel pecierunt ab Egipciis vasa aurea, quia audiendum est a quolibet et acceptandum, quia pertinet ad sapienciam. Salustius in Catilinario: Maiores nostri neque consilii neque audacie unquam eguere, neque illis superbia obstabat, quominus
 5 aliena, si modo proba erant, imitarentur instituta. Arma atque tela militaria, insignia magistratuum ab Tuscis | pleraque sumpserunt. Postremo, quod ubique apud socios aut hostes idoneum videbatur, cum summo studio exsequebantur. Avare tenendo amittitur. Eccli. XIII.: Homini livido ad quid aurum? Sap. VII. Neque cum invidia tabescente iter habeo, quoniam talis homo non erit particeps sapientie. Communicando multiplicatur. Aristoteles: Qui docet, discit. Tullius: Sciencia distributa suscipit incrementum. De auro iusticie Iob XXVIII.: Glebe illius, id est habitatores, aurum, id est viri iusti. In eodem non adequabitur ei aurum, id est homo iustus. Sed istud aurum in quibusdam simulatur ut ypocritis, qui inde dicti sunt ypocrite, id est simulatores, quod sub specie auri, id est exterioris boni incedunt. Ab ypos, quod est sub, et crisos, quod est aurum. Sed aurum istorum in sterquilinum erit, Eze. VII. Quia honestas exterior in eis aliquando vilificatur, quoniam, ut dicit Oracius in epistolis: Videt hunc omnis domus et vicinia tota introrsum turpem speciosum pelle decora. In quibusdam
 10 obscuratur, ut in notariis. Tre. IIII.: Quomodo obscuratum est aurum. Gregorius: Aurum obscuratur, cum pulchritudo iusticie iniquitatum tenebris fuscatur. In quibusdam tarde acquiritur, ut in sero conversis. Iuvenalis: Pars magna Italie est, in qua nemo togam sumit, id est vestem auream, nisi mortuus. Sicut enim mortuus rusticus tantum in feretro purpura operitur, sic multi in morte tantum iusticiam assequuntur. Ps.: Posteriora dorsi eius, id est finis vite, in pallore auri, id est in tenui iusticia. In quibusdam anichilatur ut in finaliter malis. Tren. IIII.: Filii Sion amicti auro puro, id est summa iusticia, scilicet quando erant in statu caritatis, reputati sunt, scilicet in morte, in vasa testea, scilicet per amissionem caritatis, facti opus manuum figuli, id est diaboli. De auro glorie dicit
 25 Gregorius in Moralibus: Auri nomine superne civitatis splendor accipitur, sicut ait Iohannes: Ipsa civitas aurum mundum, simile vitro mundo, ut et per aurum clara et per vitrum perspicua insinuetur. Ad quam nos Iesus Christus perducatur, qui sine fine vivit et regnat etc.

67d

102. <DE SANCTO REGE STEPHANO>

<Sermo> secundus de eodem

35

Constituere Domine legislatorem etc., Ps. IX. Sancti prophete presens precatio quadruplex: Constituere Domine etc., impleta est in populo Hungarico, super

5 unquam: M nunquam 9 Homini: M Homo 19 introrsum: M introrsus 30 Gregorius: M Crisostomus

2 Ex. 11,2 4 Sall. Catil. 51,37–38 9 Eccli. 14,3 9 Sap. 7,6 11 Aristot. – ubi? 11 Cic. – ubi? – cf. Hildebertus epist. 1; PL 171,143A 12 Iob 28,6 17 Ez. 7,19 18 Hor. epist. 1,16,44–45 20 Lam. 4,1 21 Greg. M. moral. 34,15,26; PL 76,733B 22 Iuv. 3,171–172 25 Ps. 67,14 26 Lam. 4,2 30 Greg. M. moral. 34,15,26; PL 76,732C 31 Ipsa civitas: Apoc. 21,18 36 Ps. 9,21

quem constituit Dominus legislatorem Sanctum Stephanum, ipsius || gentis re- 68a
gem primum. Cuius in presenti verbo exprimitur dignitas ducatus, quia dicitur
esse constitutus legislator, et utilitas ducatus in effectu, quia per ipsum co-
gnoverunt gentes quoniam homines sunt. Inveniuntur autem in scripturis III^{or}
5 legislatores. Scilicet Deus Trinitas. Iac. IIII.: Unus est legislator. Iob XXXVI.:
Nullus ei similis. Moyses propheta. Io. I.: Lex per Moysen data est. Christus ho-
mo. Is. XXXIII.: Dominus legifer noster, princeps terre. Ps.: Constitue Domine.
Multiplicatur autem numerus legislatorum secundum numerum legum. Est enim
10 lex alia nature, alia discipline, sive alia indita, alia addita. Lex nature ad ali-
quem hominem, ut ratio mentis, de qua Ro. II.: Ostendunt opus legis scriptum
in cordibus suis, Glosa: rationem firmiter impressam. Alia brutorum, ut con-
iunctio maris et femine, educacio fetus, nidificacio, victus congregacio, feritas
et mansuetudo, de qua Isid(orus): Lex nature est, quod natura omnia animalia
docuit. Alia insensibilium, ut quod ordinatione Dei perseverat dies, et omnia
15 serviunt sibi. De qua Augustinus li(ber) Soliloquiorum: Dominus, cuius legi-
bus rotantur celi et giros suos peragunt stelle. Lex discipline. Alia est Moysi,
alia Christi, alia Iustiniani. Prima et secunda scripte sunt iure poli, tertia iu-
re fori. Respectu legis naturalis dicitur legislator Deus Trinitas. Ps.: Tu legem
posuisti, Glosa: in corde scripsisti digito tuo. Eccli. XVII.: Legem vite heredi-
20 tavit illos, Glosa: legem naturalem dedit homini, per quam subiceretur Creatori
et bonorum operum in se honorificenciam custodiret. Nam sicut potencia cogni-
tiva habet principia veri sibi innata et nocionem illorum, ut omne totum maius
sua parte et de quolibet affirmo vel nego, ita potencia motiva habet regulam si-
bi innatam, per quam dirigitur in bonum et per quam intelligit quisque et sibi
25 conscius est, quid sit bonum et quid sit malum, secundum Glosam Ro. II. Iob
XXXVII.: In manu omnium hominum signat, ut noverint singuli opera sua. Re-
spectu legis veteris dicitur legislator Moyses. Eccli. XXIII.: Legem mandavit
nobis Moyses. Habet autem se lex Moysi per modum addicionis ad legem na-
ture. Data est enim in adiutorium legis nature, ut eius auctoritate et magisterio
30 ingenium naturale sufficeret, proficeret ad fructum obediencie faciendum. Sicut
enim interit sine nutrimentis, sic iusticia naturalis lagvescit, si non habeat, quod
veneretur, secundum Glosam Ro. V. | Respectu legis gracie dicitur legislator 68b
Christus. Io. I.: Gracia et veritas. Ier. XXI.: Feriam domui Iuda fedus novum.
Et hec lex habet se similiter ad legem veterem per modum addicionis, quia lex
35 inducit timorem, ewangelium amorem. Unde in dacione legis homines procu-
steterunt propter timorem, Exo. XXI. In dacione ewangelii discipuli ad Iesum
accesserunt in signum familiaritatis et dileccionis, Mt. V. Perfeccio autem vo-
luntatis rationalis in amore consistit, non in timore. Ber(nardus) super Cant.:
Initium bone vite timor possidet, sed conservacionem amor sibi vendicat. Cri-
40 sostomus super M(attheum): Legis mandata ad opus respiciebant, scilicet non
occides, non adulterabis. Christus ad supplementum eorum affectualia induxit

4 Inveniuntur: M invenitur 22 nocionem: M necionem 26 singuli: M singula

5 Iac. 4,12 5 Iob 36,22 6 Io. 1,17 7 Is. 33,22 7 Ps. 9,21 10 Rom. 2,15 13 Isid.
– ubi? 14 ordinatione Dei: cf. Ps. 118,91 15 Aug. soliloq. 1,1,4; PL 32,871 18 Ps.
118,102 19 Eccli. 17,9 25 Iob 37,7 27 Eccli. 24,33 33 Io. 1,17 33 recte Ier. 31,31
36 recte Ex. 20,18 37 Mt. 5,1 38 Bern. – ubi? 40 Ioh. Chrys. – ubi?

dicens, ut sitis filii Patris vestri, Mt. V. Respectu legis humane sive civilis dicitur legislator princeps terre, sicut dicitur in verbo presenti: Constitue Domine etc. Qualis fuit apud nos rex noster Sanctus Stephanus, apostolus credulitatis nostre, qui ad litteram decretum scripsit, in quo, unusquisque quomodo vivere debeat, 5 diffinivit, secundum dictum Sancti Iob XXXI.: Librum scribat ipse, qui iudicat. Dicit autem Aristoteles in Ethicis, quod necessitas constituendi principem fuit constitutio legum, ut haberent homines vim coactivam ad actus virtutum, quam non habet sermo persuasorius sapientum. Sed cavendum est principi, ne condant leges iniquas, quia dicitur Is. X.: Ve, qui condunt leges iniquas et scriben(tes) 10 iniusti(ciam) scripserunt, ut opprimerent in iudicio pauperes et vim facerent humilibus, ut essent vidue preda eorum et pupillos diriperent. Ideo dico, quod lex principis debet habere auctoritatem, ut timeatur. Isidorus: Facte sunt leges, ut earum metu humana coherceatur audacia tutaque sit inter reprobos innocencia et in ipsis formidacio supplicio refrenetur nocendi facultas. Debet habere veritatem, ut ex iusta ratione feratur et excludat a principe intuitum proprii commodi, quia dicit Aristoteles in Ethicis, quod iniustus a principibus est ille, qui dat sibi plus de bono, quam alteri, et de malo e contrario. Idem: Non est rex, qui non est excusatus ab omni exigencia procuracionis et non est virtuosus universitate virtutum. Debet habere bonitatem, ut intendat cives facere bonos, secundum 20 Aristotelem. Unde dicitur in alia sententia, quod lex est sanccio sancta, assistens honestum prohibensque contrarium. Ut sciant gentes etc. Homo in scripturis aliquando sonat discrecionem. Unde Eze. 34.: Vos greges, unde homines estis, id est discreti et rationabiles. I Cor. XV.: Ad bestias pugnavi secundum hominem, || Glosa: rationabiliter. Aliquando abiectiorem, ut in Psalmo: Quid est homo, 25 quod memor es eius? Glosa: cum despectu dicit. Et sic dictum est de Domino Lu. XXIII.: Ecce homo. Aliquando compassionem. Iulius tractabat Paulum humane, id est pie et misericorditer. Act. XXVIII.: Barbari prestabant nobis non modi(cam) hu(manitatem). Aliquando dignificationem, ut in Psalmo: Domine, quid est homo? Glosa: quam magnum, quod est homo. Iob VII.: Quid est homo, 30 quia magnificas eum? Sciant ergo gentes, quoniam homines sunt, id est discreti et intelligibiles propter lumen rationis, ideo debent rationabiliter Deo servire. Ro. XII.: Rationabile, Glosa: id est cum discrecione. Ber(nardus) super Cant.: Sapiencia est Deus, et vult sibi servi sapienter. Alioquin illud tibi spiritus erroris, si scienciam negligas. Dionisius: Malum hominis est esse contra rationem. Et de hoc specialiter dicitur in presenti verbo: Sciant, id est recognoscant, 35 gentes, id est pagani gentiliter viventes, quales tunc erant Hungari, quoniam homines sunt, id est sensati et intellectu prediti, sicut solent esse homines. Eccli. XVII.: Intellectu replevit illos, et sensu replevit cor illorum, ut de cetero non vivant brutaliter, sed humane, id est moraliter. Et hoc est utilitas legislatoris et lacionis legis, scilicet erudicio hominis in sapiencia recognitionis sue. Ps.: Beatus 40

68c

11 diriperent: M corr. ex eriperent 20 sententia: M sciencia 32 discrecione: M disccone, forsā distincione

3 apostolus credulitatis: AH 28,195 5 Iob 31,35 6 Aristot. – ubi? 9 Is. 10,1–2 12 Isid. orig. 5,20,1; PL 82,202B 16 Aristot. – ubi? 17 Aristot. – ubi? 20 lex est – ubi? 22 Ez. 34,31 23 I Cor. 15,32 24 Ps. 8,5 26 recte Io. 19,5 27 Act. 28,2 28 Ps. 143,3 29 Iob 7,11 32 Rom. 12,1 32 Bern. serm. in cant. 19,7; PL 183,866D 34 Ps. Dion. Areop. – ubi? 37 Eccli. 17,5–6 40 Ps. 93,12

homo, quem tu erudieris. Sciant eciam gentes, quoniam homines sunt, scilicet abiecti et fragiles propter vilitatem originis, quia sunt de terra ad humiliationem et elacionis coibicionem, et ideo debent humiliter de se sentire. Ber(nardus) ad Eugenium: Cogita te summum pontificem, cogita et vilissimum pulverem. Unde non sine misterio hee due difference, scilicet rationale et mortale, posite sunt in diffinicione, in distincione horum, ut si elevatur ex uno, deprimatur ex altero. Unde Gregorius Nazianzenus De primis epiphaniis: Homo celestis et terrestris, humilis et excelsus, spiritus propter gratiam, caro propter elacionem. Illud, ut intellectum habens gracie concludit actorem, hoc, ne magnitudine muneris elatus lapsum incurrat. Sciant eciam gentes, quoniam homines, id est pii et compassibiles propter affectum mentis, ideo debent sibi misericorditer subvenire. Eph. III.: Estote invicem benigni, Glosa: affectu et compassione mentis. | Ber(nardus) Lu. X.: Nichil tam secundum naturam est, quam nature invenire consortem. Tullius De officiis: Describitur sic natura, ut homo homini, quicumque sit, ob eam ipsam causam, quod is homo sit, consultum velit. Sciant eciam gentes, quoniam homines (sunt), scilicet magni et sublimes propter dignitatem imaginis, ideo debent fortiter vicia devitare. Leo de natali: Agnosce, o Christiane, dignitatem tuam et divine factus consors nature noli in veterem vilitatem de gravi conversacione converti, quia veritate iudicabit te, qui misericordia te redemit. Sed secundum Psalmum: Homo cum in honore esset, non intellexit, scilicet divine imaginis, id est non recognovit, ideo comparatus est etc., Glosa: vicio suo. Augustinus in Psalmo CXVIII.: Quid tam preciosum, quam imago Dei, quem retinens homo iure vocaris. Cum in vicia cadis, non hominem, sed iumentum scriptura te vocat. Unde: Nolite fieri, et: Dicite vulpi illi. Ideoque in Ezechiele geminato nomine dicitur: O homo, o homo, ut qui exterius formam hominis habet, intus imaginem Dei servet. Vindicat enim Deus imaginem suam de eo, qui ei iniuriam facit etc.

68d

103. (DE SANCTO REGE STEPHANO)
(Sermo) tercius de eodem

Ego primogenitum ponam illum, excelsum pre regibus terre (Ps. LXXXVIII.). His verbis fecit Dominus promissiones David regi fidei. Et quia ille complete sunt in beato rege Stephano, ideo convenit pariter et sibi, ut dicatur de eo in persona promittentis: Ego primogeni(tum) etc. Promittit ei IIII magnifica, scilicet prerogativam nativitatis, et geniture, quando dicit: ponam primogenitum. Excellenciam dignitatis et prefecture, quando dicit: excelsum pre re(gibus) terre. Graciam implecionis promissorum, quando dicit: In eter(num) serva(bo) il(li) misericordiam meam. Permanenciam successionis filiorum, quando dicit: Po-

2 vilitatem: M utilitatem 13 secundum: M *suprascr.* 17 natali: M nali 24 illi. Ideoque: M *corr. ex* ideoque illi

3 Bern. consid. 2,9,18; PL 182,753C 5 non sine: cf. Bern. consid. 2,4,7; PL 182,746B
7 Greg. Naz. - ubi? 12 Eph. 4,32 13 Bern. - ubi? 14 Cic. off. 3,26 17 Leo
M. serm. 21,3; PL 54,192C 20 Ps. 48,13 22 Aug. - ubi? 24 Nolite fieri: Ps. 31,9
24 Dicite vulpi: Lc. 13,32 24 Ez. 14,4 30 Ps. 88,28

nam in seculum seculi semen eius. Dicit ergo de prima promissione: Ponam illum primogenitum, id est pre aliis honorificatum, Glosa: pre aliis honorificabo eum, a simili primogenitorum, qui solent honorari. Ipse enim fuit filius honoratus patris carnalis, quia natus est oraculo divino aparente sibi Sancto Stephano prothomartire regnum et coronam sibi promittente. Ffuit eciam filius honoratus patris spiritualis, id est ipsius Dei, quia primus sanctus de populo suo, de quo videtur dicere Dominus Exo. III.: Ffilius meus primogenitus Israel. Dico autem, quod secundum consuetudinem iuris civilis antiqui in sex comprehenditur || honor primogeniture, scilicet in veste speciali, in benediccione finali, in oblacione sacrificii, in benediccione populi, in percepcione duplicis partis, in successione regiminis. Nam aput antiquos primogenitus offerebat sacrificium, et in offerendo utebatur veste speciali, in festivitibus benedicebat populum, et percipiebat duplicem partem bonorum in cibis et hereditatibus, et accipiebat finalem benedictionem parentum, ut accepit Iacob sub nomine Esau, Gen. XXVII. Et si fuisset filius regis, succedebat patri in regnum. II Paral. XXII.: Regnum tradidit Ioram, eo quod esset primogenitus. In istis sex fuit Beatus Stephanus pre aliis honoratus, ut filius primogenitus. Habuit enim vestem honestatis et virtutum specialem, quia super multos gloriosior est, sicut dicitur sibi voce divina Eze. XVI.: Indui te discoloribus, id est diversis virtutibus. Obtulit sacrificium mortificationis de persona sua penitendo et de rebus suas elemosinas largiendo. Benedixit regni sui populum, quando benedicibilem fecit, id est quando ad fidem convertit et dignos benediccione effecit, quoniam qui fideles sunt, benedicentur, Gal. III. Percepit duplicem partem bonorum Dei, scilicet bona fortune et dona gracie. Ffuit enim sanctus in vita et gloriosus in potencia. Successit heres in regno patris sui multo facilius, quam ille secundum illam inprecacionem bonam III Reg. I.: Sit Dominus cum domino meo, et sublimius faciat solium eius, nam pater nomine ducis censebatur in populo suo. Hic autem fuit rex hunctus et delicatus, gloria et honore coronatus. Et consecutus est finalem benedictionem iudicis mundi, scilicet illam: Venite, benedicti, Mt. XXV. Et inter benedictos benedicetur, Eccli. XXIII. Sequitur secunda promissio: Excelsum pre regibus terre, scilicet ponam illum. Nam aliis regibus terrenis dedit quidem potenciam terrenam, ut Ciro et Alexandro, sed non celestem gloriam. Huic autem utrumque. Unde dicitur de eo: terreni imperii gloria et honore co(ronari) et sanctorum tuorum so(lio) subli(mari). Racione ergo consecute in celo glorie dicitur excelsior pre regibus terre. Est autem multiplex excelsum. Primum est regimen populorum. I^o Reg. IX.: Invenietis eum, antequam ascendat in excelsum, id est promoveatur ad regimen. Quasi postea non | potestis invenire, quoniam ad sublimes non est facile transire. Isi(dorus) De sum(mo) bono: Sepe per honores quorundam mutantur et mores, et quos ante caros habuerunt, postquam ad culmen honoris veniunt, amicos habere despiciunt. Secundum est potencia armorum. Exo. XIII.: Filii Israel egressi in manu excelsa, id est cum

69a

69b

3-4 honoratus: M corr. ex honorificatus

suqs 27 censebatur: M censabatur

40 Secundum: M secunda

10 duplicis: M duplici

36 regimen: M regnum

20 suas: M corr. ex

37 regimen: M regnum

7 Ex. 4,22 15 recte 2 Par. 21,3 19 Ez. 16,10 23 Gal. 3,9 26 3 Reg. 1,37 29 Mt.

25,34 30 Eccli. 24,4 33 terreni imperii - quis et ubi? 36 1 Reg. 9,13 38 Isid. sent.

3,29,6; PL 83,703B 41 Ex. 14,8

multitudine armata. Tercium est custodia sensuum. Eccli. XLVI.: Ascendit in
 excelsum terre locum, id est in custodiam sensuum, que sunt in excellenciori
 corporis parte, id est in capite. Quartum est eminencia virtutum. III Reg. III.:
 Populus, scilicet penitencium, imolabat sacrificium, scilicet mortificationis in
 5 excelsu, scilicet caritatis, sine qua purificacio esse potest, sed non emundacio.
 Quintum est universitas creaturarum. Is. VI.: Vidi Dominum sedentem super
 so
 licitas regni celorum. Deuter. XXVI.: Respice de excelsu celorum habitaculo.
 Omnibus istis modis fecit eum Dominus excelsu, scilicet regimine populo-
 10 rum, quia prefuit plurimis non solum hominibus, sed eciam regnis et provinciis,
 subdente Deo sibi populos secundum illud Is. XLVI.: Christo meo Ciro appreh-
 endi dexteram, ut subiciam ante faciem eius gentes. Potencia armorum, quia
 fuit bellator fortis et victoriosus sub vexillo sancte crucis et meritis Beate Virgi-
 nis, cuius intercessio expulit Romanu imperatorem de regno nostro. Custodia
 15 sensuum, quia fuit verecundus et pudicus constitutus a Deo super excelsam ter-
 ram, id est infancie, ubi sunt sensus. Et hoc per custodiam eorum, ne videant
 vanitatem. Eminencia virtutum, quia fuit karitate plenus, quam consecuntur alie
 virtutes, sicut matrem filie. Inspeccione creaturarum, quia fuit contemplator pre-
 cipuus cognoscens causam veritatis, tamquam ductus a Domino, cum apostolis
 20 in montem excelsu, id est contemplacionem celestium. Mt. XVII. Possessi-
 onem regni celorum, quia nunc est felix et gloriosus, quoniam ut dicitur Is.
 XXXIII.: Qui ambulat in iusticiis, in excelsis habitat. Sequitur tertia promissio:
 In eternu servabo illi misericordiam meam. In quo autem servaverit sibi mise-
 ricordiam? Exponendo subdit: et testamentu me<um> fi<dele> ipsi, Glosa: quia
 25 quecumque de eo predicta sunt, integre in eo completa sunt. Require in legenda,
 que sunt ostensa patri in visione celesti et predicta de eo per iuvenem splendi-
 dum et quomodo illa omnia con- || pleta sunt. Sequitur quarta. Et ponam, id est
 durare faciam, in seculu seculi semen eius, id est successiones filiorum eius,
 et tronum eius, id est potestatem eius regiam, ponam specie stabilem, sicut dies
 30 celi sunt stabiles. Rogemus ergo, ut sicut promisit, ita servet regnu, scilicet
 nostru sue genitrici commendatu per apostolu nostru etc.

69c

104. <DE SANCTO REGE STEPHANO>
 (Sermo) quartus de eodem

35 Dedit Dominus confessionem Sancto suo et Excelso in verbo glorie etc., Ec-
 cli. XLVII. Origenes super Cant.: Invocemus Deum, Patrem Verbi, quod nobis
 manifestet verbum suu sensuque nostru elevet ad doctrinam Spiritus, ut ea,
 que continet voluntas Dei, proloquamur. Dedit Dominus etc. Quia dilectis dona
 dantur, ut dicitur Deuter. VII.: Diligit te et multiplicabit te, et Sanctus Stephanus
 fuit dilectus Deo et hominibus, ideo Deus donu ei dedit, sicut nunc dicitur:

5 purificacio: M puricio

1 Eccli. 46,11 3 3 Reg. 3,2 6 Is. 6,1 8 Deut. 26,15 11 recte Is. 45,1 20 Mt. 17,1
 21 Is. 33,15-16 35 Eccli. 47,9 35 Orig. - ubi? 38 Deut. 7,13

Dedit Dominus confessionem. Donum vero sibi collatum triplex fuit, scilicet fidei veritas, vite sanctitas, regni sublimitas. De quibus dicitur: Sancto, scilicet in vita, et Excelso, scilicet in potencia, dedit confessionem, scilicet in fidei susceptione constancia. De hiis dicit Psalmus: Confessionem, scilicet fidei, et decorem, scilicet regni, induisti, o Beate Stephane, amictus lumine, scilicet sanctitatis. De hiis eciam dicitur Eze. XVI.: Lavi te aqua, Glosa: baptismi, in quo adhuc puer accepit habitum fidei ministerio Sancti Adalberti, cui honor a nobis debetur, quia fuit nostre conversionis primus propagator. Unxi te oleo, scilicet conferendo tibi regnum et regni potenciam, reges enim inunguntur. Induite discoloribus, id est diversis virtutibus, ut sanctus esses. De dono confessionis dico, quod est confessio veritatis fidei, de qua Mt. X.: Qui me confessus fuerit. Laudis Dei, de qua Ps.: Confitemini Domino, quoniam bonus. Manifestacionis peccati, de qua iterum dicit Psalmus: Dixi, confitebor. Prima confessio est proprie martirum, secunda clericorum, tertia communiter omnium. Prima fit in tyranni persecucione, secunda in choro ecclesie, 3^a in clavium auctoritate. Primam confessionem habuit sanctus iste in habitu. Dicit enim Augustinus in libro De virginitate, quod aliqui coniugalis vite retinentes laudabilem modum possunt contra inimicum ad iniquitatem cogentem eciam laniatu viscerum et effusione sagwinis dimicare. Si autem desit persecucio, latent ista in facultatibus et viribus animarum, temptata panduntur, experta propalantur. Idem De bono coniugali: | Virtutes anime aliquando in opere manifestantur, aliquando in habitu latent, sicut martirum virtus apparuit tollerando passiones. Sed quam multi sunt in eadem virtute animi, quibus temptacio deest, qua id, quod intus est in conspectu Dei, eciam in hominum procedat, nec tunc incipiat, sed tunc innotescat. Secundam instituit actu, scilicet ordinando ecclesias et statum ministrorum ecclesie, secundum quod dicitur: Ad regendum hic prelatos viros ponit litteratos, iustos, fidos et probatos ad robur fidelium. Eccli. XLVII.: Stare fecit cantores contra altare. Terciam exercuit frequenti, id est usu, iuxta illud Is. XXIII.: Frequentia canticum, scilicet confessionis. De dono sanctitatis dico, quod sanctum tripliciter dicitur, scilicet a terra separatum. Sanctum enim uno modo idem est, quod a terra separatum, scilicet agios in Grecum ab a-, quod est sine, et ge, quod est terra. Et sic accipitur sanctum Levi. XX.: Sancti estote, id est separati a terrenorum amore. Ab immundicia purgatum, II Reg. XI.: Bethsabée sanctificata est, quia latuit se post carnalem commixtionem. Divino usui mancipatum, ut Numeri VIII.: Sanctificavi levitas de medio populi, ut serviant mihi. Sic Beatus Stephanus fuit sanctus primo modo, quia separatus a terrenis non temporalia non habendo, sed contempnendo affectu, et dividendo pauperibus, ecclesiis, et militibus, prout legitur in vita sua, quod Sanctus Guntherius monachus de Boemia frequenter eum visitabat et camera regis sub manu eius ponabatur, ut ecclesiis et pauperibus daret, quantum vellet et interdum evacuabatur. Secundo, quia purgatus ab immundici-

69d

1 confessionem: M *add. et del.* Dedit
24 procedat: M *corr. ex* procedant
salutavit

2 veritas: M veritatis
33 Bethsabée: M Bersabée

21 martirum: M martirium
38 eum: M *add. et del.*

4 Ps. 103,1-2 6 Ez. 16,9 6 puer ... fidei: cf. SRH 2,471 11 Mt. 10,32 12 Ps. 106,1
13 Ps. 31,5 16 Aug. virg. 47,47; PL 40,424 20 Aug. bon. coniug. 25,21; PL 40,390
26 Ad regendum: AH 55,346 27 Eccli. 47,11 28 Is. 23,16 32 Lev. 20,26 33 2 Reg. 11,4
34 Num. 8,17-19 38 Sanctus Guntherius: cf. SRH 2,388,9-15

is non ab habitis, quia mortale peccatum non creditur commisisse, sed a futuris, que potuissent accidisse. Et hoc fecit carnis desideria calcando, ieiunando, penitendo, in oratione vigilando, quoniam qui Christi sunt, carnem suam crucifigunt pugnando cum viciis et concupiscenciis, Gal. V^o. Tercio, mancipatus divinis, scilicet divina audiendo, iusticiam iudicando, malos conpescendo, iustos exaltando. Cuius tempus, secundum dictum Claudiani, mos ille vigeat, ut meritos <colerent>, in pacatisque rebelles urgerent odiis. At nunc, qui federa rumpit, datur, qui servat, eget. De dono celsitudinis dico, quot invenitur in scripturis multiplex excelsum, scilicet regimen populorum, potencia armorum etc. Et hoc habes prosecutum in precedenti sermone etc. |

70a

105. <DE SANCTO REGE STEPHANO>
Quintus sermo de eodem

Lucerna corporis tui est oculus tuus etc., Lu. XI. Aristoteles dicit in Ethicis, quod magnanimus est impensor beneficiorum hominibus et quia amat excellenciam, delectat ipsum audire suum beneficium. Talis vir fuit sanctus noster rex et princeps magnificus, qui exhibuit beneficium hominibus sui regni, quorum fuit doctor et apostolus, et quia amat excellenciam, pro eo, quod debetur sibi ex merito, ideo delectat ipsum audire suum beneficium. Ideo orate Dominum, ut possimus ipsum aliquatenus de suis beneficiis laudare. Lucerna corporis tui. Principem populo duo commendant in verbis istis, scilicet magnificencia dignitatis in eo, quod dicitur esse oculus, et munificencia largitatis in eo, quod dicitur lucerna corporis. Sensus dicti talis est: Corpus est multitudo hominum sub limite unius regni contentorum, quorum lucerna, id est illuminator, fuit oculus, id est Sanctus Stephanus, qui dicitur oculus, quia eminebat in hominibus regni sui, sicut oculus eminet in corpore et est aliorum ceteris sensibus. Iste oculus, id est altissime dignitatis homo, Beatus Stephanus fuit lucerna, id est illuminator corporis nostri, id est omnium hominum de regno nostro, secundum quod de ipso dicitur: Quam per doctrinam Beati Stephani de tenebris ad veram lucem convertisti. Fuit enim doctor et apostolus credulitatis nostre. Unde et ipse dicere poterat cum gencium apostolo: Si aliis apostolus non sum, vobis tamen sum. Nam signo apostolatus, unde facta sunt super vos in signis et virtutibus, II Cor<inthio>rum XII. Hec est lucerna ardens zelo fidei et lucens exemplo boni, per quam reperta est res perdita, id est regio idolatrie dedita, cui nunc dicitur in laudem apostoli nostri: Idolorum sprete cura, letare Pannonia. Hec est lucerna, quam accendit Dominus igne Spiritus Sancti, et non ponunt eam in abscondito, id est in obscura vita infime plebis, sicut rusticum, sed potius excelsum et sublimem fecit eum et similem sanctorum in gloria. Neque sub medio carceris, sepulchri, sicut illos, quorum sepulchra sunt domus illorum in eternum, sed super candelabrum ca-

24 regni sui: M sui regni 30 aliis: M alius 223.38–224.1 canonizate: M cananizate

4 Gal. 5,24 6 Claud. 20,211–214 10 in precedenti sermone: vide serm. 103. 13 Lc. 11,34 13 Aristot. eth. Nic. 4,8 28 Quam per: Missa s. Steph. reg., Postcomm. 29 doctor et: AH 28,195 30 1 Cor. 9,2 31 2 Cor. 12,12 34 Idolorum sprete: AH 55,346

nonizate sanctitatis, ut qui ingrediuntur, id est ad fidem veniunt, lumen videant, scilicet in ipso, quoniam est speculum sanctitatis et iusticie, et per eum in aliis, qui dicunt: Per te Christo credimus. Et quoniam qualis est rector civitatis, tales et inhabitantes in ea, Eccli. X., bene sequitur: Si oculus tuus fuerit simplex, id est rex tuus bonus et iustus, totum | corpus tuum lucidum erit, id est etiam alii boni erunt, quoniam ut dicit Sapiens: Conponitur orbis regis ad exemplum. Gre(gorius) in Registro: Prepositorum bonitas subiectionum salubris est regula. Si autem malus fuerit, id est nequam et iniquus, etiam corpus tuum tenebrosum erit, id est ipsum regnum malum et viciis tenebratum. Defluit in membra capitis iactura dolentis. Ber(nardus) in epistola: Principis error multos involvit et tantis obest, quantis preest ipse. Mobile enim mutatur semper cum principe vulgus. Ut si rex tonderetur propter infirmitatem, alii tonduntur cum eo propter adulacionem, similes animali cameleonti, de quo dicit Solinus quod color eius est varius et per momenta mutabilis et assimilatur ei, cui se coniungit et iuxta parietem album efficitur albus, iuxta nigrum e converso. De quorum mutabilitate ad voluntatem alterius dicit Iuvenalis: Si rides, meliore cachinno concutitur, flet, si lacrimas conspexit amici. Nec dolet, igniculum brume si tempore poscas, accipit endromiden, id est duplicem vestem. Si dixeris, estuo, sudat. Semper et omni nocte dieque potest alienum sumere vultum. Laudare paratus, si bene rucavit, si rectum minxit amicus. Et sicut diversificantur mores et actus in ipsis regibus, ut alii sint boni, alii mali, ita et ipsorum. Et quidam propterea dicitur rex, cuius intencio est bonum eorum, quibus preest, non suum. Quidam tyrannus, qui inquit bonum proprium, cuius regnum est tyrannidale, sicut regnum domini erga servum suum, eo quod dominus utitur servo, prout ei melius fuerit, non servo. Rex autem, qui bonus fuerit, benefacit eis, super quos regnat et visitat eos, ut sint acciones eorum iuste. Qualem regem det nobis Deus rex regum Iesus Christus.

106. DE SANCTO BERNHARDO

Beati pauperes spiritu, Mt. V°. De istis pauperibus, quos hic beatificat Dominus, fuit Sanctus Bernhardus, institutor paupertatis et amator. Et non mirum, si amavit, quia consuevit. Consueta namque facilius facimus, ut miles portacionem armorum, cui non videntur esse arma graviora, quam tenebra. Ipsum enim a puericia mater heremo nutrit, non curie pascens eum pane grossiori et cibis communibus. Et postmodum factus monachus, vivebat cum fratribus suis de foliis fagi et panibus ordeï, ut dicitur in legenda sua. Ideo iure beatificantur a Domino dicente: Beati pauperes etc. In quibus verbis ostendit Dominus, quid sit nobis sustinendum, scilicet iugum paupertatis, et quid sit expectan-

6 regis: M regni 12 tonderetur: M conderetur 16 meliore: M maiori

2 speculum sanctitatis: AH 28,195 3 Per te: AH 28,195 4 Eccli. 10,2 6 Conponitur orbis: Claud. 8,299 7 Greg. M. epist. 6,56; PL 77,840B 9 Defluit in: Walther 5313
10 Bern. epist. 127,1; PL 182,281B 11 Mobile mutatur: Claud. 8,302 13 Sol. 40,23
16 Iuv. 3,100-107 29 Mt. 5,3 35 in legenda sua - ubi?

dum, scilicet regnum felicitatis. Primum cadit sub ratione meriti, secundum sub ratione premii. Primo ergo commendat perfeccionem paupertatis, quando dicit: quoniam ipsorum est etc. || Ad commendacionem autem sancte paupertatis ostendit, qualem paupertatem sustinuit, quia voluntariam, non coactam, quando dicit: pauperes spiritu. Nam ut ipsemet dicit in quadam epistola sua: Non paupertas est virtus, sed amor paupertatis. Denique beati pauperes non rebus, sed spiritu, qui procul dubio intelliguntur humiles. Unde Augustinus libro De XII abusionibus: Non quibuscumque pauperibus celi regna promittuntur, sed his tantummodo, in quibus diviciarum inopiam animarum humilitas comitatur. Pauper enim spiritu pauper humilis appellatur, qui cum egenus foris cernitur, nunquam in superbia elevatur, quoniam ad appetenda regna celorum plus valet mentis humilitas, quam presencium diviciarum temporalis paupertas. Nobilis ergo mentis inopia est humilitas, et inepte divicie sunt animorum enormitas. De quibus scriptura ita loquitur: Est quasi dives, cum nihil habeat, et est quasi pauper, cum in multis divitiis sit, Prover. XIII. Bernardus in sermone: Tria sunt genera paupertatis: necessaria, voluntaria, simulatoria. Reiecta simulacione necessarium et voluntarium amplectens pauper efficitur spiritu. Ut autem paupertatem profitentibus amorem paupertatis inprimamus, comoda et utilitates paupertatis referamus. Primum paupertatis commodum est, quod Christus pauperes elegit in propriam familiam, ut Petrum et Andream piscatores. Iac. II.: Pauperes elegit Dominus in hoc mundo. Et hoc ideo, ut minus implicati sint magis expediti. Gregorius super Ezechielem: Cum deest terrena substantia, liberius ad patriam tendimus, quia quasi in via pondere caremus. Idem: Qui michi honus diviciarum abstulit, me ad currendum cicius expedit. Secundum commodum est, quod pauperes accipit in suam custodiam, quia sunt pupilli sine patre mundo et matre, concupiscencia. Ps.: Pater meus et mater mea dere(liquerunt) etc. Ideo indigent tuicione eius, cui dicitur: Tibi derelictus est pauper orphano, etc., Iob V°. Salvum faciet pauperem de manu violentorum. Periculosum autem est ledere custodie regis commissum. Prover. XXIII.: Ne facias violenciam pauperi, quia Deus iudicat causam eius et configet eos, qui confixerunt eum. Tercium est, quod attrahit in suam amicitiam. Dicitur enim Eccli. XIII.: Omne animal diligit simile sibi, sic et omnis homo simili sibi sociabitur. Unde cum Christus pauper fuit, amat pauperes tamquam sibi similes, et oculi eius in pauperem respiciunt tamquam in sibi complacentem, quia ubi amor, ibi oculus, secundum Remigium. Is. ultimo: Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum? Ideo autem respicit ad pauperem, quia ratio provocans ad pietatem, maior est in paupere. Unde et magis pauperi libencius datur. Est autem honorificum esse in amicitia Christi magis, quam terreni regis. Unde est illud dictum Sapientis: Paupertatis honus honor est patientibus. Eccli. X.: Qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur, id est in reverencia habeatur. Gregorius in omelia: Pauper cum nichil reprehensi-

70c

70d

8 regna: M regno 9 comitatur: M committatur 11 appetenda: M petenda 22 Ezechielem: M Exodum 27 cui: M corr. ex XIII.

5 Bern. epist. 100; PL 182,235D 7 Ps. Aug.: vide Ps. Cypr. abus. 8; PL 40,1085 15 Prov. 13,7 15 Bern. – ubi? 20 Iac. 2,5 21 Greg. M. in Ezech. 2,7,18; PL 76,1024D 23 Greg. M. – ubi? 26 Ps. 26,10 27 Iob 5,15 29 recte Prov. 22,22–23 31 Eccli. 13,19 34 Remig. Ant. – ubi? 34 Is. 66,2 38 Paupertatis honus: Walther 21022 39 Eccli. 10,34 40 Greg. M. in evang. 40,10; PL 76,1310B

- onis habeat, venerari summo opere sicut intercessor debet. Quartum est, quod pauperes eveni(un)t in summam excellenciam, ut sint assessores sui et iudices mundi. Quia enim paupertas est quedam levitas, ideo facilius elevatur et sedet in summo, qui calcabatur in imo. Mt. XIX.: Vos, qui reliquistis omnia, sedebitis etc. Ieronimus super Matheum: Regno terreni succedit paupertas, paupertati Christianorum regnum sempiternum. Augustinus in epistolam Jacobi: Magne felicitatis est condicio Christianorum, quibus claritudo regni in paupertate posita est.

107. DE S(ANCTO) BARTHOLOMEO

- 10 Tulerunt pallium meum custodes murorum, Cant. V^o. Possunt esse verba beati apostoli Bartholomei notificantis modum sue passionis et actores. Modus passionis sue fuit excoriatio, quod insinuatur in ablacione pallii, quando dicitur: Tulerunt pallium meum, id est cutem corporis. Hic est Ioseph, qui relicto pallio, cutis sue, in manu mulieris, id est mundane iniquitatis, fugit foras, per mortem, 15 Gen. XXXIX. Actores autem fuerunt cultores idolorum, quos vocat custodes murorum. Et bene idola dicuntur muri, quia preter lapides vel ligna nichil muneris fuit in statu is idolatrarum, sicut in muro divinitas esse non potest. Ideo reprehenduntur tales, qui incommunicabile nomen lignis et lapidibus imposuerunt, Sap. XIII. Loquebantur cum in statu is demones, tamquam erant anime illorum 20 simulacrorum, ut vivi dei esse crederentur. Quod qualiter fieri potuisset, dicit Hermes Egypcius, qui et Trismegistus: Proavi nostri errantes et cultum divinum non intelligentes invenerunt artem, qua efficerent deos, et quoniam animas facere non potuerant, evocaverunt animas demonum et eas imaginibus indiderunt, per quas idola benefaciendi et male vires habere potuissent. || Augustinus VIII. De 25 ci(vitate) Dei: Dicunt quosdam deos factos a summo Deo, alios ab hominibus, ut scilicet visibilia simulacra essent deorum corpora. Demon autem intus presidens esse pro anima. Quadam enim arte mirifica spiritus fallaces includebant in simulacris, ut essent quasi animata corpora, in quibus quasi vivi dei quibusdam prodessent, aliis nocerent, universos fallerent. Demones autem volentes fallere 30 sub specie vive divinitatis paciebantur se includi in simulacris. Et de talibus animatis simulacris videntur fuisse effigies deorum, quos de Troia Eneas fugiens advexit, qui de loco in locum migrasse feruntur, et qualium deorum cutem Tarchinius novacula secuit. De talibus idolis fuit Astaroth, cui apostolus silentium inposuit, scilicet per idolum alterius civitatis nomine Berith. Manifestatus est et 35 commendatus cogente vi divina, quod esset amicus Dei et angeli ambulans cum eo, nec permittunt eum fatigare, non esurire, non sitire et alia, que sunt posita in legenda sua. Quo ad nos autem dico, quod in scripturis pallium appellatur habitus verissime sanctitatis et fucus iniquissime simulacionis. Primum pallium est

71a

33 Astaroth: M Ascoroth 36 sitire: M sinire

4 Mt. 19,28 5 Hier. – ubi? 6 Aug. – ubi? 10 Cant. 5,7 15 Gen. 39,12 19 Sap. 14,21 21 Herm. Trism.: Asclepius 3,37; Hermetica 1,358 – cf. Aug. civ. 8,24; PL 41,247 24 Aug. civ. 8,24; PL 41,247 37 in legenda sua – ubi?

gloriosa caritas, de quo dicitur Hester V^o: Mardoceus fulgebat amictus pallio serico, id est habitu caritatis glorioso. Secundum est simulata sanctitas, scilicet ipocrisis, de quo dicitur Iosue VII.: Acor furatus fuit pallium coccineum, auream regulam et ducentos siclos. Quia ipocrita dolose usurpat mortificationem corporis ad similitudinem sanctorum vulnerum Christi, quod est habere pallium coccineum et regulam auream, id est rectum modum vivendi, et ducentos siclos auri, id est duplicem perfectionem, scilicet preceptorum et consiliorum. I Reg. XXI.: Gladius Philistei, id est nequicia ipocrite, erat involutus pallio, scilicet simulate sanctitatis, post efoth, id est ad similitudinem simplicitatis sanctorum, quia efoth fuit vestis sancta. De pallio vero caritatis dico, quod ipsum in proficientibus extenditur. Ruth III.: Extende pallium tuum et tene utraque manu. In extensione notatur profectus in caritate, quia nemo repente fit summus, sed caritas data meretur augeri, ut aucta mereatur et perfici. In tencione vero notatur nutritio caritatis operatione. Sicut enim motus conservat calorem, secundum Aristotelem, et ligna ignem, sic opus caritatem. Et istud pallium inpletum est sex modiis | ordei, quoniam caritas habundat sex operibus misericordie. In perfectis potenter utitur III Reg. 2^o: Heliseus divisit aquas pallio Helie. Heliseus est vir iustus, pallium Helie dilectio Dei, aqua fluxa voluptas, que dividitur, id est ab anima separatur, pallio, id est dilectione. Sicut enim clavus clavo retunditur, sic amor carnalis amore spirituali excluditur, secundum Ieronimum. Gregorius: Gustato spiritu desipit omnis caro. Sed prima percussio non divisit aquas, quoniam incipiens caritas non extinguit fomitem. Addidit oracionem, et secunda percussio divisit, quoniam caritatem adiuvat oracio ad continendum. Sap. VIII.: Scivi, quod aliter non possum esse continens, adii Dominum et deprecatus sum illum. Et tunc transivit per siccum castitatis. In imperfectis scinditur. III Reg. XI.: Erat amictus pallio novo, id est caritate de novo adeptus, et scidit in XII partes, instando multorum saluti, et dedit Ieroboam decem partes, sibi retinuit duas, instando magis cure aliorum predicando, confessiones audiendo, quam sue studendo et orando, quod fieri non debet, quoniam pallium breve, id est caritas imperfecta, utrumque operire non potest, id est non sufficit sibi et aliis, Is. XXVIII. Mt. XIII.: Ne forte non sufficiat. Ber(nardus) super Cant.: Prudens caritas affluere consuevit, non effluere. De cumulo, si potes, adiuva me, alioquin parcito tibi. Tante caritatis sunt, per quos nobis fluentia celestia manant, ut ante effundere, quam infundi, velint, ac (loqui), quam audire, paraciores et prompti docere, quod non didicerunt. In finaliter malis omnino tollitur, sicut dicitur hic: Tulerunt pallium etc. Nam crudelitas persecutorum multos fecit cadere a caritate, sicut legitur primo libro Ecclesiastice historie. Aliquis ex m(artiribus): Infirmiores ad ferendas passiones lapsu suo luctum nobis reliquerunt, unde pertinuimus non propter tormenta, sed propter exitum confessionis incertum, quia gravius puniunt nos lapsus nostrorum, quam tormenta. Mt. XXIII.: Quoniam

71b

27 Ieroboam: M Roboam 32 cumulo: M tumulo 33 ante: M autem 34-35 prompti: M prompciores

1 recte Esther 8,5 3 Ios. 7,21 7 1 Reg. 21,9 11 Ruth 3,15 13 caritas data: Aug. - ubi? 15 Aristot. - ubi? 17 4 Reg. 2,14 20 cf. Hier. epist. 125,14; PL 22,1080 20 Greg. M. - ubi? 23 Sap. 8,21 25 3 Reg. 11,30-31 30 Is. 28,20 31 recte Mt. 25,9 31 Bern. serm. in cant. 18,4; PL 183,861C et 860B 36 crudelitas persecutorum - quis et ubi? 38 Infirmiores ad ferendas - quis et ubi? 40 Mt. 24,12

habundabit. Isto pallio operienda sunt illa IIII, que sunt diligenda ex caritate, secundum Augustinum. Quorum numerus summitur uno modo ex comparacione ad ipsam caritatem, quia cum caritas sit amor summi boni, non optat illud, nisi aut ipsi Deo, qui est bonus per essenciam, aut sibi, qui est participans illo bono, aut suo consimili, quot est conparticipans, aut sibi coherenti, quot conparticipat et similis in eo, quod est corpus, secundum se tamen in sibi coniuncto essencialiter. Alio modo ex comparacione ad ipsum || diligentem, quia diligens non se habet, nec aut ad id, quod super, scilicet Deus, aut ad id, quod ipsum, scilicet animam, aut ad id, quod iuxta est, scilicet proximus, aut ad id, quod infra est, scilicet corpus. Primo ergo, debemus operire pallio caritatis Dominum Christum, qui ante alios est diligendus. Numeri IIII.: Arca federis et mensa proposicionis et candelabrum luminis operiebantur pallio iacinctino. Arca federis Christus est, quia reconciliavit nos Deo, mensa proposicionis idem ipse, quia cibatur nos pane vite et intellectus. Candelabrum luminis et ipse, quia illuminat vitam et corruptionem, qui operiendus pallio iacinctino, id est diligendus amore caritatis. Secundo, animam nostram. Gen. XXIII.: Rebecca, conspecto Isaac, operuit se pallio. Isaac Christus est, quem cum videt anima, mente et desiderio debet se operire caritate, ut amplius diligatur, quia bonus ornatus pars est pulchritudinis. Tercio, proximum nostrum. Ruth IIII.: Expande pallium tu(um) super famulam tuam, quia proximus es. In extensione notatur largitas dati, in nomine familie humilitas recipientis, ut vasa vacua impleantur. In ratione propinquitatis debitum dandi, quia pauperes sunt os nostrum et caro nostra. Is. LVIII.: Carnem tuam ne despexeris. Quarto, corpus nostrum, quoniam et ipsum caritate est diligendum. Eph. V.: Nemo unquam carnem suam odio habuit. Habet enim ordinem ad animam rationalem, et ideo licet non sit participabile beatitudinis secundum se, id est secundum quod corpus est, tamen participabile in sibi coniuncto, id est in anima. Unde Deus est beatus per essenciam, spiritus rationalis per influenciam, corpus humanum per redundanciam ratione forme sue substantialis.

71c

108. DE S(ANCTO) AUGUSTINO
(Sermo primus)

Homini bono dedit Deus sapienciam, Eccles. II°. Eccli. XXXIX.: Si Dominus magnus voluerit, id est Christus, spiritu intelligencie replebit illum, scilicet predicatorem, et ipse, repletus spiritu, tamquam imbres mittet eloquia sapiencie sue. Ideo orandus est, ut velit et faciat. Homini bono. Duo munera magnifica dedit Deus maximo scrutatori secretorum suorum Sancto Augustino, scilicet bonitatem vite et claritatem intelligencie, sicut nunc dicitur: Homini bono, scilicet in vita, dedit Deus sapienciam, scilicet in intelligencia. Precedit autem bonitas vite et sequitur luminositas sapiencie, quia non revelat Deus secreta sapiencie sue, nisi purgate anime, quemadmodum dicit ipse sanctus doctor I° Sentencia-

18 quia bonus: M *iter.* 19 famulam: M familiam 24 unquam: M nunquam 36 dicitur: M *iter.*

2 Aug. — ubi? 11 Num. 4,6–9 16 Gen. 24,64 19 *recte* Ruth. 3,9 22 Is. 58,7
24 Eph. 5,29 31 Eccl. 2,26 31 Eccli. 39,8–9

rum di(stinccione) II^a: Mentis humane acies invalida, in tam excellenti | luce
 non fitur, nisi per iusticiam fidei emundetur. Idem VIII. De ci(vitate) Dei: So- 71d
 crates philosophus animis purgandis voluit insistere, ut exhoneratus animus ad
 lumen incommutabile se extollat et ipsum purificata intelligencia conspiciat. Ad
 5 hoc designandum actor libri Sapiencie primo dicit se venisse ad corpus incoin-
 quatum et postea invocasse sapienciam in seipsum, Sap. IX. De bonitate vite
 sue dicit ipse in libro Confes(sionum), quod volebat, ut proferret sibi Simpli-
 cianus, quis esset aptus modus vivendi sic affecto, ut ipse erat, ad ambulandum
 in via Dei. De claritate intelligencie sue dicit iterum ipse III Confes(sionum):
 10 Quitquid de arte loquendi, de dimensionibus figurarum, <de> musicis et nume-
 ris sine magna difficultate nullo hominum tradente intellexi. Bonitatem vite sue
 extendit ad alios in descripcione regule, unde dicitur ei: Tu de vita clericorum
 sanctam scribis regulam. Claritatem intelligencie sue transtulit ad alios in expo-
 15 disputata excepta atque emundata vel adversus hereticos vel pro fidelibus, ut ea
 omnia vix quisquam studiosus legere ac nosse sufficiat. Ffecit enim tractatus
 et epistolas numero mille XXX^{us}, exceptis, qui numerari non possunt, quia nec
 ipse eorum numerum designavit. Unde quia per istum beatum doctorem sanc-
 20 tificavit Deus ecclesiam suam per bonitatem vite et illuminavit per claritatem
 doctrine, ideo significatur ipse sanctus per mensam proposicionis, que reficie-
 bat quantum ad affectum et per candelabrum luminis, quod illuminabat quantum
 ad intellectum, Exo. XXV. Bonitas vite comprehendit in sancto viro sinceritatem
 continencie. I Cor. VII.: Bonum est mulierem non tangere. Securitatem consi-
 25 sciencie. I Petri III^o: In timore Dei conscienciam habeatis bonam. Suavitatem
 anime. Eccli. XLV.: In bonitate anime sue placuit Deo. Claritatem fame. Phil.
 III.: Hec cogitate, quecumque sunt bone fame. Agilitatem obediencie. Tren. III.:
 Bonum est viro, cum porta<verit iugum> etc. Bonitatem vite sequitur splendor
 sapiencie, quoniam homini bono dedit Deus sapienciam. Sapiencia vero primo
 30 acquiritur et postea ostenditur. Acquiritur autem per auditum. Prover. I^o: Au-
 diens sapiens sapi<encior>. Ostenditur per convictum. Iac. III.: Sapiens inter vos
 ostendat ex bona conversacione operacionem suam, id est diligenciam, quam
 habuit in studio sapiencie. Et hoc || in mansuetudine, ne sciencia eum inflet 72a
 ad contemptum nesciencium, quia, secundum Gregorium in Pastor<ali>, quos-
 dam dum maior sciencia erigit, a ceterorum societate disiungit. Ad acquirendam
 35 sapienciam tria sunt necessaria, scilicet attencio magistri, inspeccio libri et exer-
 citacio facti. Non enim erit instructus, nisi audiat, nec inbutus, nisi studeat, nec
 expertus, nisi se exerceat. Primo, ergo convenit audire. Eccli. VI.: Si dilexeris
 audire, sapiens eris. Secundo, convenit studere per meditationem audite sapien-
 40 cie. Iob V^o: Auditum mente pertracta. Super illo verbo Psalmi „Pone, Domine,
 custo<diam> ori meo” dicit Glosa: Thezaurus desiderabilis requiescit in corde sa-

2 figitur: M corr. ex figuratur
 26 Hec: M Hic

10 de dimensionibus figurarum: M de divisionibus figurandi

1 Petr. Lomb. sent. 1,2 2 Aug. civ. 8,3; PL 41,227 6 Sap. 8,20–21 et Sap. 9. 7 Aug.
 conf. 8,1,1; PL 32,749 9 Aug. conf. 4,16,30; PL 32,705 12 Tu de vita: AH 52,110 14 in
 legenda sua – ubi? 22 Ex. 25,30–31 23 I Cor. 7,1 24 I Pt. 3,16 25 Eccli. 45,29
 25 Phil. 4,8 26 Lam. 3,27 29 Prov. 1,5 30 Iac. 3,13 33 Greg. M. past. 3,23; PL
 77,89C 37 Eccli. 6,34 39 Iob 5,27 39 Ps. 140,3

pientis, qui que audierit, cogitat et retractando ruminat. Vir autem stultus glutit
 id, id est non cogitat, sed oblivioni dat. Et illa sunt munda animalia, que rumi-
 nant, ista immunda, Levi. XI. Tercio, convenit exerceri per operacionem, quia
 scienti bonum facere et non faci(enti), peccatum est illi, Iac. III. Eccli. VI.: In
 5 mandatis illius assiduus esto, et ipse dabit tibi cor, et concupiscencia sapientie
 dabitur tibi. Et quoniam in sapientia abscondita non est utilitas, Eccli. XX., ideo
 consequenter dico, quod sapientia debet ostendi in tribus, scilicet in sermonibus
 verbi. Eccli. XX.: Sapiens in verbo producit seipsum, id est manifestat. Nam
 ea, que sunt in voce, sunt note earum passionum, que sunt in anima. Quale est
 10 enim cor, tale verbum, quod producit ex corde, quia ex habundancia cordis os
 loquitur, Mt. XII., bonus homo de bo(no). Io. XIX.: Loquela tua. Secundo, in
 operibus facti. Sicut sapientia Salomonis apparuit in facto iudicii, in operaci-
 one templi, in ordinacione ministerii, in oblacione sacrificii, ut legitur III Reg.
 X. Eccles. VIII.: Sapientia hominis lucet in vultu eius, Glosa: in operibus. Ec-
 15 cli. XVIII.: Sensati sapienter egerunt, id est rationabilia opera fecerunt. Tercio,
 in moribus exempli. Sicut enim fructus ostendit bonitatem arboris, sic sapien-
 cia facit maturitatem operis, et sicut sani humores colorant faciem, sic sapientia
 decorat conversacionem. Unde qui sapiens est, compositus esse debet, ut in fa-
 cie prudentis gravitatem sensus in ipso fratris hospicio demonstrat Prover. XVII.
 20 Ideo dico, quot bonum est studere in sapientia, quia mitigat ferocitatem et ope-
 ratur mititatem. Unde dicit Oracius in epistola: Nemo adeo ferus est, ut non
 mitescere possit, si modo culture patientem commodat aurem. Seneca in epi-
 stola: Philosophia | animum format et fabricat, vitam disponit et acciones regit, agenda et obmittenda demonstrat. 72b

25

109. DE S(ANCTO) AUGUSTINO Secundus sermo

Ecce sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, Eccli. L. Augustinus
 in libro contra epistolam Fundamenti: Per homines commemoracio aliqua signis
 verborum fieri potest. Docet autem ipsa incorrupta Veritas, solus magister inter-
 30 rior. Ideo ipse rogandus est. Ecce sacerdos. Duplex Beati Augustini privilegium
 in hiis verbis exprimitur. Primum, quod accepit. Invitus fuit honor prelationis,
 de quo dicitur: Ecce sacerdos magnus. Secundum, quod exhibuit. Devotus fuit
 labor subvencionis, de quo dicitur: qui in vita sua suffulsit domum. Ista duo
 congrue coniunguntur, quoniam honor non potest teneri sine honore, quoniam
 35 ut dicit Sapiens: Si queratur honor, honus intricatur honori. Sic queratur ho-
 nor, ne fugiatur honus. Hic ergo tam sublimis in honore, ut sacerdos magnus,
 tam utilis in labore, ut sufultor domus, proponitur nobis in exemplum imitacio-
 nis, quando dicitur: Ecce sacerdos magnus. Dicitur autem aliquis magnus primo,

10 ex: M in *suprascr.* ex 16 ostendit: M *iter. et corr.*

4 *recte* Iac. 4,17 4 Eccli. 6,37 6 Eccli. 20,32 8 Eccli. 20,29 11 Mt. 12,34–35
 11 *recte* Io. 4,42 14 Eccle. 8,1 15 Eccli. 18,29 19 Prov. 17,24 21 Hor. epist.
 1,1,39–40 22 Sen. epist. 16,3 27 Eccli. 50,1 27 Aug. c. epist. fund. 36; PL 42,202
 35 Si queratur: Walther 28898 35 Sic queratur: cf. Walther 28900

utilitate, ut qui facit multa bona ad utilitates aliorum. Per quem modum dicitur fuisse magnus Iosue, successor Moysi, qui inpugnavit hostes circumstantes et divisit tribubus hereditates, Eccli. XLVI. Secundo, sanctitate, ut omnis homo placens Deo. De quali magno dicit Eccli.: Ecce sacerdos magnus, qui in diebus
5 suis etc. Tercio, potestate, ut miracula faciens virtute magne fidei. Mt. XVII.: Si habueritis fidem, dicetis monti: transffer te, faciet, et nichil vobis erit impossibile. Isto modo dicitur magnus fuisse Dominus Iesus, quando fecit miraculum de quinque panibus. Io. VI.: Propheta magnus. Quarto, quantitate, ut bene operatur, qui crescit, et magnificatur per diversa bona opera, ut crescit cumulus terre
10 per cespites et acervus per manipulos. De quali magno dicitur Mt. V^o: Qui fecerit, magnus vocabitur. Quinto, dignitate, ut caritatem habens, que est maior aliis virtutibus, I Cor(inthio)rum XIII. Et sic dicitur fuisse Abraham pater magnus multitudinis gentium, Eccli. XLIII., quia fuit dignior aliis hominibus sui temporis. Sexto, capacitate, ut divina comprehendens in contemplacione, que
15 comprehendit || cum omnibus sanctis, id est ad similitudinem omnium sanctorum, que sit latitudo et longitudo, sublimitas et profundum, id est magnitudinem Dei. In qua ista III^{or} idem sunt equalia, sicut in corpore sperico idem sunt, sed diversos respectus. Et sic dicitur fuisse Iob magnus inter omnes orientales, id est Deum contemplantes, Iob I. Omnibus istis modis fuit magnus Sanctus Augustinus, cui dicitur: Magne pater Augustine. Scilicet utilitate, secundum quod
20 dicitur in presenti verbo: Ecce sacer(dos) mag(nus), qui in vita sua suf(fulsit), nam scribebat libros et docebat indoctos et plurima alia fecit ad utilitatem ecclesie. Sanctitate, quia ieiuniis et oracionibus vacans serviebat Deo in sanctitate et iusticia omnibus diebus vite sue. Potestate, quia fecit miraculum in curacione
25 cuiusdam infirmi divinitus ad se directi, cum ipsemet esset in letali egritudine, de qua et mortuus est. Quantitate dignitatis, quia existens episcopus Ipponensis fuit gemma confessorum, lingua Christi, vox celorum, scriba vite, lux doctorum, presul beatissimus. Capacitate, comprehendens alta in contemplacione, sicut dicit IX. Confessionum: Iniabamus ore cordis in superna fluentia fontis vite et
30 erigentes nos ardenciori affectu pre illius vite iocunditate attigimus regionem indeficientis ubertatis, ubi pascis Israel veritatis pabulo. Sequitur de beneficio subvencionis. In vita sua sufulsit domum. Est autem domus prima ecclesia, de qua hic dicitur: in vita sua etc., quam sufulsit multipliciter edificando et illuminando per doctrinam et exemplarem vitam, ut lucerna tocius mundi posita
35 in candelabro altissime dignitatis et splendidissime sanctitatis, de quo dicitur: Eccli. L.: Prevaluit amplificare civitatem, id est ecclesiam suam multiplicando numero, qui curavit gentem suam, scilicet remedio confessionis et medicina penitencie, et liberavit illam a perditione, id est hereticorum subversione, quorum fuit maximus malleus subvertens a radicibus montes, Iob 29, id est superbos hereticos. Superbia enim mater omnium hereticorum est, ut ipsemet dicit. Unde
40 cantatur de ipso: Firmans fidem, formans mores, legis sacre perversores verbi necat gladio, obmutescit Fortunatus, | cedunt Manes et Donatus tante lucis ra-

72c

72d

8-9 operatur: M operantur

3 Eccli. 46,1-2 5 Mt. 17,19 8 Io. 6,14 10 Mt. 5,19 12 1 Cor. 13,13 13 Eccli. 44,20
19 Iob 1,3 20 Magne pater: AH 52,110 27 fuit gemma: AH 55,92 29 Aug. conf. 9,10,23-24; PL 32,774 36 Eccli. 50,5 39 recte Iob 28,9 40 Aug. serm. 46,8,18; PL 38,280 41 Firmans fidem: AH 55,92

dio. Secunda, consciencia, de qua Ecclesiastici 32.: Precurre prior in domum
 tuam, id est conscienciam, scilicet antequam diabolus occupet, et illic advocare,
 scilicet a curis exterioribus. Hanc sufulsit pia recordacione passionis, mundicia
 castitatis, ardore caritatis, devocione oracionis, propter que comparatur in ho-
 5 dierna epistola floribus rosarum et liliorum, et igni fulgenti et tui ardenti, ut
 in rubore rosarum intelligatur memoria passionis, in candore liliorum mundicia
 castitatis, in igne fulgenti ardor dileccionis, in thure ardenti fervor oracionis. Ter-
 cia, canonica regula, de qua III Reg. II.: Edifica tibi domum, id est religiosum
 habitaculum, in Ierusalem, id est in medio fidelium, et habitabis ibi, et non egre-
 10 dieris huc atque illuc. Quocumque die egressus fueris, scito te interficiendum. In
 quibus verbis tria ponuntur, que debent esse in religiosis, scilicet contemplacio
 boni celestis, quo alliciantur, quia dicit: Edifica in Ierusalem, id est in visione
 pacis eterne. Gravitas solide mentis, qua stabiliantur, quia dicit: Habitabis ibi,
 et non egredieris huc atque illuc, contra illos, qui vel redeunt ad seculum, vel
 15 faciliter migrant ad aliud claustrum. Timor hostis iminentis, quo exerceantur,
 quia dicit: Quocumque die egressus fueris etc. Hanc sufulsit regulam scribendo,
 fratres congregando, verbo et facto multipliciter informando. Ideo dicitur, quod
 eius regulam qui amant et secuntur, viam tenent regiam, et ipsius sancto ductu
 20 reddeunt ad patriam. Quarta, mundialis machina, de qua dicit Clemens in Iti-
 nerario Petri: In principio fecit Deus celum et terram, tamquam domum unam,
 ut superna regio angelis habitaculum, inferior vero preberet hominibus. Hec est
 domus Laberinti habens parietes perplexos propter multos errores, de qua nul-
 lus potest exire sine glomere lini, id est gracia Christi, et adiutorio puelle, id est
 Beate Virginis. Quia dicit Isidorus De summo bono, quod profectus hominis do-
 25 num Dei est, nec potest quisquam a se corrigi, sed a Domino. Hanc non sufulsit,
 sed tamquam ruituram fugit et vitavit iuxta illud Ier. LI^o: Ffugite de medio Ba-
 bilonis, ut salvet unusquisque animam suam. Quinta est sepultura, de qua Iob
 III.: Morti trades me, ubi est constituta domus omni viventi. Hanc non sufulsit
 30 auri et argenti decoracione, sicut || quidam faciunt ad memoriam sui et ad lau-
 dem posterorum, quemadmodum fecit ille, de quo dicit Oracius in sermonibus:
 Summam patrimonii insculpere saxo heredes voluit. Hoc veluti virtute paratum
 speravit magne laudi fore. Quod quia vanum est, ideo reprehenditur. Is. XXII.:
 Excidisti tibi sepulchrum, excidisti in excelso memoriale. Sexta est celestis pa-
 35 tria, de qua Ps.: Replebimur in bonis domus tue. Hanc desideravit et intravit,
 ubi iam quod sitivit internum gustat eternum. Rogemus Christum, ut Augustini
 meritis illius domus fruamur gaudiis.

73a

35 sitivit: M situit

1 Eccli. 32,15 8 3 Reg. 2,36-37 18 eius regulam: AH 52,110 19 Rufin. Clement. 1,27;
 PG 1,1222A et B 24 Isid. sent. 2,5,3; PL 83,604A 26 Ier. 51,6 27 recte Iob 30,23
 30 Hor. sat. 2,3,90 32 Is. 22,16 34 Ps. 64,5

110. (DE SANCTO AUGUSTINO)
(Sermo) tercius

Quasi stella matutina in medio nebule et quasi luna plena in diebus suis lu-
cet et quasi sol refulgens, sic ille efulsit in templo; et quasi vas auri solidi
5 ornatum omni lapide precioso, Eccli. L. Augustinus super primam canonicam
Iohannis: Noli putare quemquam discere aliquid ab homine. Amonere possumus
per vocem, sed kathedram in celo habet, qui corda docet. Ideo nolite, inquit,
vobis vocare magistrum super terram. Unus est enim magister vester, qui in
celis est, Christus. Ideo ipse rogandus est. Quasi stella matutina. Sanctus Au-
10 gustinus maxime commendatur a subtilitate sapiencie et digne, quia omnium
artifex sapiencia docuit eum. Lecciones autem sapiencie sunt virtutes et scien-
cie, sicut dicitur Sapiencie VIII.: Sobrietatem docet, id est temperanciam, et
prudenciam et iusticiam et virtutem, id est fortitudinem, quibus nichil est utilius
in vita hominibus. Propter has virtutes spirituales comparatur sanctus vir quibus-
15 dam rebus naturalibus, altis et nobilibus, scilicet stelle et lune, soli et aureo vasi,
sicut patet in hiis verbis ad ipsius laudem inductis. Quasi stella etc. Stelle com-
paratur propter iusticiam operacionis, lune propter continenciam castitatis, soli
propter prudenciam rationis, solido vasi propter tolleranciam fortitudinis. Di-
co ergo, quot stelle assimilatur propter execucionem iusticie. Stella enim dicitur
20 a stando. Nam quamvis semper moveatur, semper tamen stare videtur. Quem-
admodum dicit ipse sanctus doctor super Genesim: Navigantibus videntur in
terra moveri, que stant, et intuentibus celum videntur stare sidera, que moven-
tur. Sic et iusticia perpetua est et immortalis, | ut dicitur Sap. VI. Et ipsa dicitur 73b
esse matutina pro eo, quod debet apprehendi a puericia quasi in mane diei,
25 quoniam nullo tempore, nulla etate licet esse iniustum. Et dicitur stare in me-
dio nebule, quia exhibenda est in turbacionibus seculi, quando aliquis cogitur
agere aliquid iniusti. Hec stella modo et si non cecidit, potuit cecidisse vide-
ri propter raritatem in terra iustorum. Ro. II.: Non est iustus quisquam. Ad hoc
designandum Astrea, que dicta est dea iusticie, fertur terra(m) reliquisse secun-
30 dum illud: Virgo cede madentes ultima celestium, terras Astrea reliquid. Lune
assimilatur propter virtutem temperancie, quoniam est frigida effective et stat
enim natura lunaris cordis ex natura aquarum, secundum Remigium. Albumasar
in libro De signis astrorum: Luna omnium stellarum ultima frigida est et humi-
da. Et secundum Ambrosium in Exameron: Luna est decor noctis, mater roris,
35 ministra humoris, donatrix maris. Est autem in ea quedam macula, quia cum se-
cundum se sit plumbei coloris, ubi habet corpus spissimum, non potest penetrari
ab ingressu radiorum solis, et remanet in suo colore. Sic continencia non caret
penitus inpugnatione, quoniam ut dicit Ber(nardus) super Cant.: Quantumlibet
profeceris, erras, si vicia putas emortua, et non magis (supressa). Velis, nolis,

19 assimilatur: M assimilantur

35 humoris: M add. et del. ubi

27 cecidisse: M cecididisse

39 magis: M add. et del. non

30 celestium: M cleestium

5 Eccli. 50,6-7 et 10 5 Aug. in epist. Ioh. 3,13; PL 35,2004 10-11 omnium artifex: Sap.
7,21 12 Sap. 8,7 21 Aug. gen. ad litt. 12,25,52; PL 34,475 23 recte Sap. 1,15 28 Rom.
2,10 30 Virgo cede: Ov. met. 1,149-150 32 Remig. Ant. - ubi? 32 Albumasar - ubi?
34 Ambr. - ubi? 38 Bern. serm. in cant. 58,10; PL 183,1060D

- in finibus tuis habitat Iebuseus; subiugari potest, sed non exterminari. Hinc est, quod lunam continencie persepe comederit lamia concupiscencie secundum illud dictum Sapientis: Te quoque, luna, traho: currus quoque carmine nostro pallet. Sed faciendum est nobis, ut pueri faciant in eclipsi lune, scilicet clamant et era
- 5 concuciant, ne luna audiat incantacionem, secundum quod dicitur: Temesea labores era tuos minuunt. Sic nos debemus clamare in oracione et nos concutere in mortificacione, atque ita fugit lamia concupiscencie a vastacione continencie. Notandum est autem hoc, quod vir continens comparatur lune plene, non medie, quia status continencie integritatem requirit omnis temporis usque ad mortem.
- 10 Non enim recipit dispensacionem ad contrarium actum, ut ieiunium et peregrinacio || Eccli. XVI.: Omnis ponderacio non est digna continentis anime. Preterea lune lucenti comparatur non obscure, quia mundus homo potest alios illuminare per exemplum. (I) Thim. IIII.: Exemplum esto fidelium in castitate. Soli assimilatur propter discrecionem prudencie, quia sol medium optinens celum lucem et radios ministrat. Aliis virtutibus ducatum prebet et direccionem, quemadmodum dicit Philosophus in libro Moraliu: Inter has virtutes prudencia reliquas
- 15 tres precedit tamquam ferens lucernam et aliis monstrans viam, eius est enim consulere, reliquarum agere. Unde Terencius: Priusquam incipias, consulto, et cum consulueris, mature opus est facto. Prover. IIII^{or}: Palpebre tue precedunt gressus tuos. Sed sol iste plerumque nube tegitur, dum serenitatem discrecionis obnubilat fervor ire vel festinacionis. Nam impedit ira animum, ne possit cernere verum. Effulsit autem in templo Dei, non in foro seculi, ad differentiam istorum, qui claruerunt gloria mundi in seculo. Quorum fulgorem quia Sanctus Iob non dilexit, dicit: Si vidi solem, cum fulgeret. Quasi diceret: non vidi, id est
- 25 gloriam secularem non appetivi, Iob XXXI. Ffulsit vero multipliciter et multis modis laudabilibus. Primo quidem, per noticiam veritatis, de quali modo fulgendi habetur Dan. XII.: Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, id est erunt clari ratione sapiencie sue. Et sicut radius solis discutit nubes, sic ipsius sapiencia removet errores. Et impletum est in eo dictum Psalmiste: Pre
- 30 fulgore in conspectu eius nubes transierunt. Secundo, per iusticiam operacionis, de quo modo fulgendi habetur Iob IX.: Fulserunt velud mundissime manus mee, scilicet quando opera viri iusti sunt clara et lucida. Tercio, per exemplum sanctitatis. Lu. XI.: Lucerna fulgoris, id est exemplum sanctitatis, illuminabit te. Quarto, per premium felicitatis, in qua est iam decoratus una stola et securus de reliqua. Iob XI.: Meridianus fulgor, id est clarissima gloria, consurget tibi ad
- 35 vesperam, scilicet mortis. Vasi auri assimilatur propter fortitudinem paciencie. Ffuit enim vas aureum per continenciam divinissime sapiencie | et profundissime sciencie, cuius oculus, id est mentis intellectus, vidit omne preciosum, id est omne secretum divinum, Iob XXVIII. Prout dicit de ipso Ieronimus in libro De XII leccionibus: Augustinus episcopus volans per moncium cacumina quasi multa celorum spacia, terrarum situs et aquarum circulum claro sermone

6 Temesea labores era: M Temerata labores eta 26 quidem: M quidam

3 Te quoque: Ov. met. 7,207–209 6 Temesea labores: Ov. met. 7,207–208 11 recte Eccli. 26,20 13 1 Tim. 4,12 16 Mor. dogm. 5; PL 171,1010D 18 recte Sall. Catil. 1,6 19 Prov. 4,25 21 impedit ira: Walther 11566 25 Iob 31,26 27 Dan. 12,3 29 Ps. 17,13 31 Iob 9,30 33 Lc. 11,36 35 Iob 11,17 39 Iob 28,10 39 Hier. – ubi?

pronuncciat. Ffuit eciam vas solidum per constantissimam inalterabilitatem in bonis consuetudinibus, quemadmodum dicitur Prover. XII.: Non contristabit iustum, quicquid acciderit. Seneca De formula honeste vite: Prout rerum varietas exigit, ita te accomodes tempori, nec te in aliquibus mutes, sed potius aptes, ut manus eadem est, cum in palmam extenditur et cum in pugnum astringitur. Ffuit eciam vas ornatum omni lapide precioso per possessionem cunctarum virtutum, que singule debent secum habere fortitudinem et pacienciam, nam virtus vidua est, quam non paciencia firmat, secundum dictum Prudencii in Sicomachia: Omnibus, inquit, una comes virtutibus associatur auxiliumque suum fortis paciencia miscet. Nulla anceps virtus luctamen vite virtute sine ista. Nam virtus etc. Rogemus, ut has virtutes conferat nobis rex virtutum, Iesus Christus.

111. DE <SANCTO> IO<HANNE> BAPTISTA. DE DECOLACIONE
(Sermo primus)

Male tractaverunt illum, qui a ventre consecratus est propheta, Eccli. XLIX. Propheta accipit interius beneficium illuminationis a Deo, ut intelligat, et reprehendit exterius officium predicationis populo. Rogemus Deum, ut sic me illuminet interius, ut vos possim aliquantulum instruere exterius. Male tractaverunt. Tradunt sancti sibi invicem commendationes suas propter assimilationem et convenienciam factorum suorum. Ideo quod dictum est de Ieremia propheta, possumus accipere de Iohanne Baptista, quem male tractaverunt Herodes et Herodias cum suis, quamvis esset propheta consecratus a ventre matris sue. Ex quibus verbis commendatur in ipso dura paciencia, quia male tractaverunt illum. Perfecta innocencia, quia a ventre consecratus est. Profunda sciencia, quia fuit propheta, id est videns, id est divina cognoscens. Prophete enim dicebantur videntes, secundum Ieronimum, quia || videbant ea, que alii non videbant. Nam apperiebantur celi Ezech(i)eli, qui erant clausi populo peccatori. De martirio eius, ubi patuit eius paciencia tormentis interrogata, agitur dupliciter in hodierno officio, scilicet de modo et de causa passionis in evangelio, ubi dicitur: Misit Herodes ac tenuit Iohannem, convinxit eum in carcerem propter Herodiadem. De premio autem et de gloria passi(onis) in epistola, ubi dicitur: Iustus de angustia liberatus est. De morte eius tria narrantur in ewangelio, scilicet quedam precedencia mortem ipsam, quedam concomitancia, quedam subsequencia. Siquidem preceedit causa, concomitatur modus et forma, subsequitur sepultura. Causa mortis sue fuit attestacio veritatis, qua dixit: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Prover. XXI.: Cogitat iustus de domo impii, ut retrahat impios a malo. Per hoc autem, quod propheta arguit Herodem, ostenditur, quod principes seculi debent subesse rectoribus animarum in culpis suis, quemadmodum dixit <Valentini>anus imperator in libro VII Istorie tripartite: Sedi pontificali capita mundi submittere

74a

11 has: M hac 19 factorum: M sanctorum 21 ventre: M ventris 38 libro VII: M VII libro

2 Prov. 12,21 3 Ps. Sen. – Mart. Brac. form. vit. 2,3–4 7–8 virtus vidua: Prud. psych. 177; PL 60,36B 8 Prud. psych. 174–177; PL 60,36B 14 Eccli. 49,9 25 Hier. epist. 53,4; PL 22,543 28 Mc. 6,17 30 Prov. 11,8 35 Prov. 21,12 38 Cassiod. epiph. hist. eccl. trip. 7,8,3

debemus, et eius monita, dum delinqueremus, veluti medicamenta suscipiamus. Numeri XXVII.: Ad verbum eius egredietur ipse etc. Multitudo fuit autem argu-
cio eius iusti, quia extra necessaria, quoniam fuit in adulterio immundus ducens
uxorem fratris viventis. Fuit etiam infaustus in solemnizando, quia fecit ce-
nam natalis sui, que magis dies luctus esse debuisset ex eo, quod natus erat in
5 miseram vitam mundi et inferni. Circa modum passionis eius determinatur ge-
nus mortis, cum dicitur: decollavit. Et locus occisionis, cum dicitur: in carcere.
Et quod factum est munus saltacionis, cum dicitur: dedit puelle. Hec tria facit
peccator diabolus significatus per Herodem. Primo, decapitat spoliando capitali
10 virtute, que est fides, ut Deo abhominabilem reddat, quoniam | sine fide im- 74b
possibile est placere Deo, Hebre. XI. Secundo, incarcerat ligando consuetudine,
ut facile non resurgat, quia medicina silet, ubi morbi causa senescit, secundum
dictum Sapientis. Tercio, puelle vir(tut)ibus enumerando donat, ut bona opera
facere non possit, sicut in illa voce malorum ostenditur: Virtutis nullum signum
15 valuimus ostendere, Sap. I^o. Circa sepulturam eius notificatur discipulorum sol-
licitudo in accedendo, quia venerunt, et sagacitas in auferendo, quia tulerunt
corpus eius, et devocio in sepeliendo, quia posuerunt illud in monumento. Ho-
rum exemplo instruuntur fideles primo, ut veniant infirmos visitando. Eccli. VII.:
Non te pigeat visitare infirmum. Secundo, ut tollant laguores alleviando, quia
20 presenciam amicorum minuit tristitias, ut minus senciantur, secundum Aristote-
lem in Ethicis. Thob. I^o: Pergebat per cognacionem suam et consolabatur eos.
Et si accidit, quot ante moriantur, tercio, sepeliant corpusculum contegendo.
Eccli. XXXVIII.: Contege corpus illius et ne despicias sepulturam illius. Post
passionem autem suam sanctus martir remuneratus est, et hoc dupliciter. In se,
25 cui gloria collata est, et in suo persecutore, de quo vindicta sumpta est. Et hec
duo notantur in hoc verbo: Iustus, Glosa: martir, de angustia, scilicet carceris
et mortis, liberatus est pergens ad Deum, qui dederat eum, et impius, id est
Herodes, traditus est pro eo, scilicet in infernum. Et impletum est in eis, quod
dicitur Eccles. IIII.: De carcere et de chathenis aliquis egreditur, ut Iohannes
30 ad regnum, scilicet celi, et alius natus in regno, ut Herodes, consumitur inopia,
scilicet inferni, ubi dives guttam non invenit, quia micam non dedit Lu. XVI^o.

112. <DE SANCTO IOHANNE BAPTISTA>

Sermo secundus

Defecit in dolore vita mea (Ps. XXX.). Ista verba conpetit dicere de se Sanc-
to Iohanni Baptiste, cuius vita revera defecit in dolore. Primo quidem, in dolore
35 austere penitencie, cum a puericia sua nobilissima et delicatissima in heremo
manens herbas comedit, aquas bibit et tegumentum de pilis camelorum || por- 74c
tavit. Ulumo autem, vita eius defecit in dolore eius passionis acerbe, cum in

6 miseram: M miseriam 8 saltacionis: M add. et del. cum dicitur in carcere, et quod factum
est 22 ante: M in marg. 23 Contege: M Contego

2 Num. 27,21 11 Hebr. 11,6 12 medicina silet – quis et ubi? 15 recte Sap. 5,13
18 Eccli. 7,39 21 Aristot. eth. Nic. 9,11 21 Tob. 1,15 23 Eccli. 38,16 29 Eccle. 4,14
31 Lc. 16,21 34 Ps. 30,11

scalore carceris duos corporis sustinens dolores decollatus est, et munus puelle saltantis factus est. Hic est penosus et luctuosus ille Ieremias, qui dicit: Addidit Dominus dolorem austere vite dolori mortis acerbe, Ier. XLV. Et si tam innocentem, quod ante sanctum quam natum, tantis Deus exposuit doloribus, quid faciet de illis, qui digni sunt dolore? Certe malos male perdet. Mt. XXI. 1^a Pet. III.: Si iustus vix salvabitur, impius et peccator ubi parebunt? Moraliter autem, quantum ad instructionem nostram dico, quod multiplex invenitur differentia dolorum et dolencium, ut de illis multis doloribus videamus, quis dolor sit assumendus, sustinendus et fugiendus. Dolent ergo quidam compacientes Christo Domino pro nobis patienti. Dicitur Lu. XXIII.: Percuciebant pectora sua, Glossa: cuius vitam dilexerant, mortuum dolebant. Et dolor iste dulcissimus est, quia ipse Dominus dolens dicit nobis Tren. 1^o: Attendite et videte, si est dolor etc. Hac de causa facit se pingi in parietibus, ut videatur et lugeatur ab omnibus dicentibus: Caput meum doleo, III Reg. 4. Quia dicit Sapiens: Cui caput infirmum est, cetera membra dolent. Zach. XII.: Dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti. Bernardus in Meditationibus: Fletum deducite, oculi mei, et liquescat anima mea igne compassionis super contricionem amabilis viri istius, quem in tanta amaritudine tantis video affectum doloribus. Quidam dolent habentes contricionem de peccato suo, de quibus dicitur Exo. XV.: Dolores optinu(erunt) habita(tores) Philistiim, id est peccatores. Et quia dolor iste utilis est et necessarius, ideo etiam appetendus est. Augustinus (in) libro Meditationum: Da michi, Domine, in hoc exilio panem doloris et lacrimarum, quem esurio super omnem copiam deliciarum. Sit penitencia amara comes etatis mee et continuus dolor. Et si non sum dignus oculos ad celum levare orando, certe non sum indignus eos cecare plorando. | Iob X.: Dimitte, ut plangam etc. Dicit autem dimitte, quia spacium penitendi Deus dat, ut plangam paululum, quia sufficienter satisfacere non possumus. Plures enim inveniuntur, secundum qui innocenciam servaverunt, quam qui condignam penitenciam egerunt. Dolorem meum, id est peccatum, quod dolore vindicandum est, ut dolor sit medicina doloris. Antequam vadam etc., id est in presenti vita, ubi solum dolor est fructuosus. Et non revertar, quia non est, qui agnitus sit reversus ab inferis, Sap. II. Sicut domus Laberinti intrari poterat, sed non exiri, et gurgustum facilliter intrat piscis, sed non sic facilliter exit. Unde Vergilius: Ffacilis descensus Averni, sed revocare pedem superasque evadere in auras, hic labor, hic opus est. Quidam dolent compacientes proximo mundanis adversitatibus presso, cuius vox est clamantis ad nos Tren. I.: Audite, obsecro, universi populi, et videte dolorem meum. Quia enim sumus invicem membra, debemus compati invicem nobis. I Cor(inthiorum) XII.: Si quid patitur unum membrum, compaciuntur omnia membra. Et quia dolor iste, scilicet adversitatis mundane, est inevitabilis in nobis et in proximis,

74d

3 dolori: M dolorem 9 quidam: M quidem 25 indignus: M dignus 27 secundum:
M nomen auctoris vacat 31 qui agnitus: M agnitus, qui 33 facilliter: M iter. et corr.
34 superasque: M superas quia 39 inevitabilis: M corr. ex inevitabilis

3 Ier. 45,3 5 Mt. 21,41 5 1 Pt. 4,18 10 recte Lc. 23,48 12 Lam. 1,12 14 4 Reg.
4,19 14 Cui caput: Walther 3839 15 Zach. 12,10 16 Ps. Bern. serm. de vita et pass.
Dom. 11; PL 184,960D 19 Ex. 15,14 21 Ps. Aug. ? – Anselm. Cant. orat. 74; PL 158,1012B
et medit. 3; PL 158,727C 25 Iob 10,20–21 27 Plures enim – quis et ubi? 29 dolor sit:
Walther 6252 33 Verg. Aen. 6,126–128 36 Lam. 1,18 37 1 Cor. 12,26

quoniam ut dicit Seneca: Nemo est, quem non attingit dolor morbusque, ideo sustinendus est et in paciencia tollerandus. Unde Eccli. II.: In humilitate tua pacienciam habe. Sed quidam sunt similes canibus, qui canem percussum et ululantem persequuntur et mordent. De qualibus fuit Semei, qui David fugientem
 5 filium suum blasphemabat, II Reg. XVI. Ps.: Quem tu percussisti, perse(cuti) sunt et super dolorem etc. Quidam dolent invidentes proximi bono, qui ad instar buffonum moriuntur odore vitis florentis. Et quidam serpentes Indie dicuntur rodere arbores aromaticas, ne florent. Sic invidi torquentur de bonis proximi, Ro. I.: Plenos invidia, Glosa: dolore alieni boni, et rodunt detraccionibus suis facta
 10 meliorum, || sicut dicit Sapiens: Detraccio mater, filia livoris, que cum benefacta negare non possit, quocumque modo pervertere temptat et minuit laudes, quas non abscondere fas est. Sed qui oblectantur casu iustorum, dolor consumet eos antequam moriantur, Eccli. XXVII. Quoniam invidia mordax sui est etiam in presenti. Unde dictum est: Iustius invidia nichil est, que protinus ipsum actorem
 15 rodit excruciatque suum. Et quoniam dolor iste sic est affliccius, ideo est abiiciendus, ut secundum apostolum gaudeamus cum gaudentibus et fleamus cum flentibus, Ro. XII. Quidam dolent deficientes mortis supplicio, quoniam mors amara est, quia dividit coniuncta, et dolor est finis divisionis continui, secundum prophetam Baruc II.: Mortui sunt in doloribus pessimis. Ps.: Circumdederunt me
 20 dolores mortis. Et iste dolor est abhorrendus et spe melioris vite temperandus, quoniam morientes transferuntur ad meliora. I Thessal. III.: Nolumus vos ignorare etc. Si enim credimus etc. Quidam dolent gementes in inferno. De quibus Is. LXV.: Clamabit pre dolore cordis. Sicut clamat lupus in pedica captus et ursus excoriatus. Ps.: Dolores inferni circumdederunt me. Et iste dolor, quoniam
 25 est perpetuus, Ier. XXX.: Insanabilis est dolor tuus, ideo diligentissime est precavendus. Lu. XVI.: Testetur illis, ne et ipsi veniant etc.

75a

113. DE NATIVITATE GLORIOSE VIRGINIS

(Sermo primus)

Ffluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui inde
 30 dividitur in III^{or} capita, Gen. II. Ps.: Flumen Dei, id est mater Christi, repletum est aquis, scilicet graciaram, iuxta quod testatur de ea angelus salutans eam Lu. I^o: Ave, gracia plena. Plenum autem ad facilem tactum ex sua plenitudine emittit. Ideo rogate ipsam, ut de sua plenitudine subveniat vacuitati nostre, ut possimus aliquatenus ipsam laudare. Ffluvius. Sicut fluvius paradisi dividitur
 35 in quatuor partes, sic hec sacra auctoritas loquens de fluvio, id est de virgine, potest dividi in III^{or} partes, | quoniam in ipso primo, recolitur virginis ortus, secundo, commendatur virtus, tercio, notificatur genus, quarto, beatificatur partus. Ortus nativitatis, quia egrediebatur. Virtus sanctitatis, quia fluvius. Genus nobilitatis, quia egrediebatur de loco voluptatis. Partus fecunditatis, quia divi-

75b

1 recte Cic. Tusc. 3,59 2 Eccli. 2,4 5 2 Reg. 16,5 5 Ps. 68,27 8 Rom. 1,29
 10 Detraccio mater – quis et ubi? 11 minuit laudes: cf. Walther 11535 13 Eccli. 27,32
 14 Iustius invidia: cf. Walther 13310 et 12753 17 Rom. 12,15 19 Bar. 2,25 19 Ps. 17,5
 21 1 Thess. 4,12 23 Is. 65,14 24 Ps. 17,6 25 Ier. 30,15 26 Lc. 16,28 30 Gen. 2,10
 30 Ps. 64,10 32 Lc. 1,28

ditur. Ortus produxit in lucem temporalem. Virtus deduxit per viam moralem. Partus sacrauit habitacionem ventris et mentis. Genus informavit per modum cause exemplaris, quia dicit Boecius III. Consolacionum: Hoc solum bonum est in nobilitate, quod nobilibus necessitudo posita est, ne a maiorum suorum virtute degenerent. Ieronimus in epistola: Nobilitatis tantum ad hoc memineris, ut cum claritate generis morum sanctitate contendas. Nam nobilitas sola est animarum, que moribus ornat. Sciendum est autem, quod domina nostra primo, egressa fuit in ortu, ut dicitur in presenti verbo: Ffluvius egrediebatur. Secundo, fuit progressa in coniunctu, sicut dicitur Cant. VI.: Que est ista, que progreditur etc. Aurora dicitur per bona nature, luna per bona gracie, sol per bona glorie. Tercio, fuit ingressa in obitu. Hester XV.: Ingressa est cuncta per ordinem hostia. Hostia sunt merita sanctorum, quibus intratur in celum tamquam per hostia, scilicet doctrina apostolorum, paciencia martirum, penitencia confessorum, mundicia virginum. Ista hostia transivit, quia supergressa est universos in meritis et stetit, ubi rex residebat, in solio regni sui, quod consistit in gloria, iuxta filium suum, detenta in plenitudinem sanctorum, id est in Christo, qui est plena beatitudo sanctorum, Eccli. XXIII. Quarto, regreditur continue in affectu, respiciens cottidie oculo miseracionis miseras nostras, et orans patrem misericordiarum, prout dicitur Apok. XII., quod mulier amicta sole habens in utero puerum clamat, ut pariat, sicut expositum est in festo Assumpcionis. Virginem vero egressam in ortu nativitatis sue assimilat fluvio. Et per hoc commendat multiplicem ipsius virtutem. Et primo, humilitatem, quia fluvius decurrit ad partem inferiorem. Mich. I.: Aque decurrunt in preceps. Sic ipsa cum esset domina mundi, ad nomen descendit ancille dicens Lu. I^o: Ecce || ancilla Domini, conformata per hoc luminari, quod minuitur in consumacione, id est lune, Eccli. XLIII. Quia tunc maxime se humiliavit, ut ancillam se diceret, quando maxime crevit, ut filium Dei conciperet. Gre(gorius) in Registro: Dum unigenitus Dei ex Marie utero natus est homo, investigabili miraculo facta est et ancilla hominis per divinitatem, et mater Verbi per carnem. Secundo, puritatem, quoniam ut dicit Constantinus in Viatico: Purior est aqua fluvialis, quam putealis, quia motus sui continuitate et aeris vicinitate eius substancia depuratur et subtiliatur. Putealis vero propter elongacionem eius ab aere puro et propter eius quietem pars parti unitur et ingrossatur. Et flumina quanto sunt a civitatibus remociora, tanto sunt magis pura, quoniam fluminibus civitatum influunt sordes balnearum, lavaturarum, que corumpunt fluminis puritatem. Sic ipsa fuit pura, quia ab habitacione mundanorum fuit remota. Sicut dicit Plato, quod sacerdotiis prediti extra consortium hominum vivebant, ne aliqua contagione castitas pollueretur. Tercio, potestatem, quia fluvius habet efficaciam abluendi sordes corporales. Vestes enim magis dealbat, omnes sordes perfeccius abluit, quam alia aqua, ut dicit Constantinus. Ideo dicit Vergilius: Donec me fluvio vivo abluero. Sic ipsa habet efficaciam mundandi sordes spirituales suis oracionibus. Zach. XIII.: Erit fons patens, scilicet

75c

26 crevit: M *add. et del.* quando
40 abluero: M abluere

33 sunt: M *add. et del.* pura

40 Donec: M Donet

3 Boeth. cons. 3, prosa 6; PL 63,746A 5 Hier. – *ubi?* 9 Cant. 6,9 17 Eccli. 24,10
19 Apoc. 12,1–2 20 sicut expositum est: *vide* serm. 98. 23 Mich. 1,4 24 Lc. 1,38
25 Eccli. 43,7 27 Greg. M. epist. 11,67; PL 77,1207D 29 Constant. Afr. – *ubi?* 36 Plato
Tim. 24 39 Constant. Afr. – *ubi?* 40 Verg. Aen. 2,719–720 41 Zach. 13,1

Virgo Maria, domui David, id est ecclesie, in ablucionem peccatoris. Quarto, obedienciam, quia fluvius indeterminatus est seipso, non habens proprium terminum, sed est facile terminabilis alio, obediens ei, quod tangit ipsum, ut dicit Aristoteles II. De generacione. Sic voluntas virginis non in seipsa subsistit, sed voluntati Dei se subiecit et ibi stetit, quando dixit: Fiat michi secundum verbum tuum, Lu. I. Bernardus super Missus est: Inclinauit Maria aurem suam ad obedienciam et cor suum ad disciplinam. Quinto, ad misericordiam, quia fluvius communis ad potandum omnibus et sui communicans peregrinis et incolis nec non et iumentis. | Stachius: Incubere vadis passim discrimine nullo turba. Similiter Ovidius: Usus communis aquarum, nec solem proprium natura, nec aera fecit, nec tenues undas. Sic eius misericordia communis est omnibus ipsam invocantibus secundum illud: O oliva fructifera, tu pietatis viscera nulli claudis hominum. Sexto, affluentiam, quia fluvius est perhennis aquarum decursus a ffluendo perpetim dictus, secundum Isidorum. Unde alio nomine fons dicitur eo, quod sit caput aque nascentis et de venis terre fluxu continuo emanantis, quasi fundens aquas. Augetur autem pluviis et nivibus. Unde et Danubius a copia nivium fertur nominari, quoniam in resolucione nivium plus habundat visceribus. Et miseretur omni tempore omnibus ad se confugientibus. Unde Bernardus: Usque in novissimum diem invocantibus sufficit universis, quoniam aucta est per spiritum pluviis, id est donis celestibus. Eccles. I^o: Omnia flumina, scilicet graciaram, intrant mare, id est in Mariam. Et potest habundare et sufficere omnibus. Septimo eleccionem, quia semper tendebat affectu ad Deum, quia ut dicit Constantinus: Ffluvius illa sunt meliora, que habent ortum ab aquilone de montibus altis et tendunt ad ortum solis, que vero ad meridiem et occidentem fluunt, peiora sunt. Eodem modo ipsa dissimilis aquiloni, id est diabolo, cucurrit per amorem et dileccionem ad orientem, id est filium suum dicens: Michi adherere Deo bonum est. Octavo, exaltacionem. Habet enim hoc proprium, quod eius aqua ita alte in fistulis ducitur, sicut oritur. Sicut enim in montis vertice scatuerit, ad eandem altitudinis quantitatem in alio monte perductum ascendit. Et in hunc modum ipsa sicut fuit alcior omnibus in gracia, sic facta est excellencior in gloria. Bernardus: Quantum gracie adepta est in terris pre ceteris, tantum et in celis optinet glorie singularis. Ffluvius iste irrigavit paradisum, id est ecclesiam, multiplici humore. Et primo, exemplo sancte conversacionis, quia ut dicit Ambrosius in libro De virginitate: Talis fuit Maria, ut eius unius vita omnium esset disciplina. Secundo, suffragia pie oracionis, quia ipsa promittit nobis III Reg. II.: Bene, ego loquor regi pro te. Propter quod dicit Bernardus: || Securus habes, o homo, accessum ad Deum, ubi habes filium ante patrem, matrem ante filium. Filius ostendit Patri latus et vulnera, mater Filio pectus et ubera. Nulla poterit esse repulsa, ubi tot concurrunt caritatis insignia. Tercio, dono nobilissime prolis, quia huic mundo lumen eternum effudit, Iesum Christum, Dominum nostrum. Apok. XII.: Peperit masculum, qui rectorus erat omnes gentes. Quarto,

8 communicans: M communicantes 9 iumentis: M corr. ex in mentis

4 Aristot. – ubi? 6 Lc. 1,38 6 Bern. hom. super Missus est 3,3; PL 183,72C 9 Stat. Theb. 4,809–810 10 Ov. met. 6,349 et 351 12 O oliva: AH 54,419 14 Isid. orig. 13,21,1 et 28; PL 82,489C et 493C 20 Eccle. 1,7 23 Constant. Afr. – ubi? 26–27 Michi adherere: Ps. 72,28 31 Bern. serm. ass. 1,4; PL 183,416D 34 Ambr. virg. 2,2,15; PL 16,222B 36 Bern. – ubi? 41 Apoc. 12,5

documento sacre erudicionis. Non enim incassum vocatur Maria, que multiplex illuminatrix. Ipsa est enim nobilis stella, cuius radius universum orbem illuminat, secundum Bernardum. Ipsa enim in multis docuit apostolos et evangelistas. Porro egressa fuit ad irrigandum paradisum in mense septembri, in quo III^{or} 5 notabilia concurrere inveniuntur. Primum, quod tunc Sol est in Virgine, per quod significatur, quod Christus, sol iusticie, intraturus erat in ipsam iuxta illud Eccli. XXIII.: Qui creavit me. Et sicut quando Sol intrat in illud signum, (quod) Virgo vocatur et similiter post exitum, ita Christus nascens ex ipsa, virginem invenit et reliquit. Gregorius in Registro X^o: Natus ex Maria materna viscera et 10 fecunda exhibuit et incorrupta servavit. Secundum, quod tunc est mensis plenitudinis. Remigius super Marcianum: Autumpnali tempore est rerum omnium fertilitas, quoniam tunc est maturitas et collectio omnium frugum. Per quod datur intelligi, quod Deus impleturus erat ipsam bonis celestibus. Eccli. XVI.: In terram respexit et implevit illam bonis suis. Unde terra excellit in diviciis 15 alia elimenta. Remigius: Superficies terre herbarum et florum varietate vestitur, in qua est totus gemmarum census et metallorum et rerum omnium incrementa, fruges saconum terra prodivit. Taliter et ipsa in diviciis graciaram excellit omnes creaturas. Prover. XXXI.: Multe filie congregaverunt. Tercium, quod totus fuit festivus, per quod designatur, quod dies luctus nostri ipsa mediante verterentur 20 in gaudium. Hester VIII.: Iudeis nova | lux oriri visa est, scilicet in ortu virginis, quoniam ex illo ortu processit gaudium ecclesie militantis, honor humani generis, tripudium curie celestis, secundum illud: De cuius nativitate gaudent angeli. Quartum, quod tunc fit equinoccium, id est equacio diei et noctis, quoniam in ipsa dies divinitatis breviata est per sui exinanicionem, et nox humanitatis 25 producta est per sui exaltacionem, et sic die decrescente et nocte augmentum capiente dies et nox equata sunt, quia Deus factus est homo et homo factus est Deus, atque in hunc modum fuerunt similes, in unum dives et pauper. Augustinus: Talis fuit illa unio, que Deum hominem faceret et hominem Deum. Apok. XII.: Raptus est filius eius ad Deum, Glosa: caro ad equalitatem Dei. Genus virginis notificatur, cum dicitur: egrediebatur de loco voluptatis, id est de Iudea, que dicitur locus voluptatis primo, propter maximam habundanciam rei temporalis. Deut. VIII.: Rerum omnium habundancia perfrueris. Secundo, propter spiritualem cultum summi creatoris. Ps.: Notus in Iudea Deus. Tercio, propter doctrinam salutarem preconum veritatis. Iob XXVIII.: Terra, de qua oriebatur panis, scilicet verbi Dei. Quarto, propter corporalem inhabitationem Domini Salvatoris. 30 Baruc III.: In terris visus est, scilicet Iudeorum. Atque ita colegit Dominus de spinis uvas et de tribulis ficus, dum de Iudeis reprobis matrem sibi elegit. Partus virginis notificatur, cum dicitur: Fluvius dividitur in III^{or} partes. Ipsa enim fuit divisa per enixionem filii ex seipsa, qui filius fuit III^{or} capita, quia effudit 4^{or} evangeliorum flumina, prout dicitur Eccli. XXIII.: Ego sapientia effudi flumina.

76b

24 exinanicionem: M exanimacionem

3 Bern. hom. super Missus est 2,17; PL 183,70C 7 Eccli. 24,12 9 Greg. – ubi? 11 Remig. Ant. – ubi? 13 Eccli. 16,30 15 Remig. Ant. – ubi? 18 Prov. 31,29 20 Esther 8,16
22 De cuius – ubi? 28 Aug. trin. 1,13,28; PL 42,840 28 Apoc. 12,5 32 Deut. 8,9
33 Ps. 75,2 36 Bar. 3,38 40 Eccli. 24,40

114. <DE NATIVITATE GLORIOSE VIRGINIS>
<Sermo> secundus

- Egrediatur virga de radice Iesse et flos de radice eius ascendet, Is. XI. Mt. VI.: Nichil tuleritis in via, nisi virgam tantum. Prohibetur predicatori proprie
 5 virtutis confidencia, quando dicitur: nichil tuleritis in via, scilicet de confiden-
 cia sciencie et eloquencie || vel cuiuscumque sufficiencie. Et adhibetur divine
 virtutis prestantissima gracia, quando dicitur: nisi virgam, id est Mariam, que
 dicitur predicatori socia et magistra, nam et nuncii magnorum regum virga utun-
 tur, prout dictum est missio Moysi in Egiptum. Exo. III.: Virgam hanc sume in
 10 manu tua. Ideo ipsam orate in hac fiducia, ut sicut virga tacta faciliter flectitur,
 sic ipsa invocata faciliter annuit et exaudit. Egrediatur. Sub methafora virge cor-
 poralis memoratur nativitas gloriose Virginis. Et primo quidem, predicatur eius
 nativitas in hoc verbo: Egrediatur. Secundo, commendatur eius sanctitas in hoc
 verbo: virga. Tercio, nobilitas in hoc verbo: de radice Iesse. Quarto, fecunditas
 15 in hoc verbo: et flos de radice eius ascendit. Egressio virginis in sua nativitate
 comparatur in scripturis primo, egressioni stelle, ut Numeri XXIII.: Orietur stel-
 la ex Iacob. Secundo, egressioni virge, sicut sequitur ibidem: et consurget virga
 de Israel, et hic in presenti verbo: egrediatur virga. Tercio, egressioni puelle,
 ut Gen. XXIII.: Rebecca egrediebatur, puella decora nimis. Stelle comparatur,
 20 quia nascebatur cum gracia sanctificationis. Nam illa stella, que dicitur stel-
 la maris, per quam proprie designatur divina gracia, habet situm sublimem in
 celo, quia posita est in vertice celi iuxta polum, quoniam dicitur esse stella pu-
 rissima, dicta polus articus, qui super nos ad differenciam poli Antartici, que
 est sub pedibus nostris iuxta illud Vergilii: Hic vertex nobis semper sublimis, at
 25 illum sub pedibus Stix atra tenet manes profundi. Et ita signat gratiam, quan-
 tum ad eius originem, quia est de celo. Habet eciam effec(tum) nob(ilem) in
 mundo, quia illuminat noctes. Gen. I.: Stellas posuit in firmamento, ut luceant
 super terram. Et ita designat gratiam, quantum ad eius effectum, qui est purgare
 peccata. Habet eciam utile aspectum in oceano, quoniam ut dicit Seneca: Na-
 30 vigantes ad stellam oportet | cursum dirigere. Et ita designat gratiam, quantum
 ad eius utilitatem, que est dirigere pedes nostros in viam salutis eterne. Puella
 comparatur, quia nascebatur cum munere laudabilis virginittatis. Sicut puella vir-
 go est, et licet nasci cum integritate carnis commune sit omnibus nascentibus,
 non tam laudabile est in aliis, quemadmodum in ista propter presenciam graciae
 35 iustificantis ab originali, que faciebat in ea laudabilem virginittatem. Ista puel-
 la dicitur fuisse pulchra, incognita et operta, quia tulit pallium et operuit se. Sic
 domina nostra fuit pulchra nit(or)e, quia sanctificata in utero, quia decuit regi-
 nam virginum singulari privilegio sanctittatis absque omni peccato ducere vitam,
 ut dicit Bernardus in epistola: Ideo post conceptum sanctificationem accepisse
 40 creditur. Ffuit incognita carne, quia Ioseph non cognovit eam. Augustinus De
 virginitate: Desponsata est viro iusto, non violenter ablaturum suam virginitatem,

23 Antartici: M Antratici 28 ad eius: M add. et del. orig.

3 Is. 11,1 3 recte Mc. 6,8 9 Ex. 4,17 16 Num. 24,17 19 Gen. 24,15 24 Verg.
 georg. 1,242-243 27 Gen. 1,17 29 Sen. - ubi? 39 Bern. epist. 174,7; PL 182,335D
 40 Aug. virg. 4,4; PL 40,398

sed potius contra violentos custodituro, quod illa iam noverat. Fuit operta cautela custodie, quia angelus eam in conclavi invenit. Lu. I^o: Ingressus angelus ad eam. Amb(rosi)us De virginitate: Virgo, que Christum requirit, non debet esse vulgaris, non in foro, non in plateis, voce querula, gressu lubrica, facilis auditu, vilis aspectu. Virge comparatur, quia nascebatur cum fecunditate concipiende prolis, quod bene designatur in virga propter modum concipiendi, quia virga germinat sine contactu alterius virge et sine semine, solo calore solis et beneficio humoris. Sic ipsa filium genuit a solo Deo, et beneficio gracie singularis. Sicut virga Aaron floruit absente homine, Numeri XVII. Virga ista sublimata est propria perfectione et aliena utilitate. Quantum ad propriam perfectionem dico, quod ad modum virge habuit gracilitatem, flexibilitatem et viriditatem. Gracilitas insinuat in ea paupertatem spiritus, quia caruit copia temporalium, sicut virga caret multitudine ramorum. Ber(nardus) super Missus est: Maria oblita est populum suum et patris sui || domum, quia nec populum augere prolis successionem, nec domui patris sui relinquere curavit heredem, sed quicquid honoris in populo, quicquid de paterna domo rerum terrenarum habere potuisset, omnia arbitrata est quasi stercora, ut Christum lucrifaceret. Fflexibilitas insinuat in ea pietatem affectus, quia compatitur omnibus et facilliter flectitur ad subveniendum omnibus. Nam sapientibus et insipientibus copiosa caritate debitoricem se fecit, omnibus misericordie sinum aperit, ut de plenitudine eius accipiant universi, ut dicit Ber(nardus) in sermone. Viriditas insinuat in ea inmarcessibilitatem glorie virginalis, quoniam et virgo dicta est a viridiori etate et puritate, sicut virga. Que cum clarifico semper sit nomine mater, semper virgo manet, ut dicit Sedulius. De virgine enim Deum nasci oportebat, ut dicit Anselmus. Quantum vero ad aliorum utilitatem dico, quod virgo ista facit penitere de malis. Et quo ad hoc designatur in virga Moysi, qua percuciantur Egypci et humiliantur peccatores ad penitentiam. Facit et proficere in bonis. Et quo ad hoc designatur in virga Iacob, ad cuius aspectum concipiebant oves et pariebant diversos fetus, Gen. XXXI. Sic ad exemplum virginis debent penitentes concipere bonum propositum et parere boni operis fetum. In qua ipsa corporis species simulacrum fuit mentis et forma probitatis, in cuius oculis nichil torvum, in verbis nichil procax, in actu nichil inverecondum, non gestus fraccior, non incessus lascivior, non vox petulancior, ut dicit Amb(rosi)us De virginitate. Facit etiam requiescere in celis. Et quo ad hoc designatur in virga Assueri, ad cuius inclinacionem et tactum Hester, id est anima salvanda, intravit in palacium, scilicet celi, Hester V. Nobilitas eius ex parte generis declaratur, quando dicitur: Egredietur de radice Iesse, id est de illa generatione, cuius radix, id est pater, fuit Iesse, et ita de genere regali, iuxta illud: Regali ex progenie Maria exorta refulget. Nam principes de Iuda sunt electi, ut legitur I^o Paral. XXVIII. | Fecunditas eius ex parte partus declaratur, quando dicitur: Et flos de radice eius ascendit, quia ex ea natus est Christus,

77a

77b

3 que Christum: M quam Christus
31 nichil: M add. et del. cor

26 virga: M virgo

30 simulacrum: M simulacionis

2 Lc. 1,28 3 Ambr. virg. 13,83; PL 16,301A 9 Num. 17,8 13 Bern. hom. super Missus est 3,3; PL 183,72C 21 Bern. serm. in dom. oct. ass. 2; PL 183,430C 24 Sedul. carm. pasch. 5,360-361; PL 19,743A 24 Anselm. Cant. cur Deus 2,8; PL 158,406C 28 Gen. 31,8 33 Ambr. virg. 2,2,7; PL 16,220C 38 Regali ex – quis et ubi? 39 1 Par. 28,4

flos campi et lilium convallium, Cant. 2. Qui cum sit flos, similes diligit, secundum Cant. II.: Fulcite me floribus, id est associate michi homines mundos. Sciendum autem, quod flos ex purissimis partibus arboris et herbe generatur. Nam calor celestis ad interiora radices penetrans purissimas partes ipsius
 5 aggregando coniungit et vis attractiva per occultos poros insensibiliter ad summitatem arboris educit, quarum quedam tendunt in materiam frondis et corticis, quedam transeunt in naturam fructus et floris, quedam transeunt in naturam medulle et stipitis. Sic Christus carnem assumpsit ex purissimis sagwinibus Sancte Virginis, ut dicit Damascenus in III. libro suo: Flos eciam confricatus vel spinis
 10 perforatus in cruorem, odorem reddit ad modum grani sinapis. Sic Christus passionibus attritus obnoxius rogavit pro transgressoribus, ut non perirent, Is. LIII., dicens: Pater, dimitte illis, Lu. XXIII. Fflos eciam de arboribus cito defluit, unde et flos dictus est a fluere sive a fluendo, secundum illud: Brevi vivens tempore repletur multis miseriis. Qui quasi flos egressus est in nativitate et contritus
 15 est in passione et occisus in iuventute, Iob XIII. Fflos eciam fructum pronunciat et designat et in eius adventu cadit. Sic Christus salutem nobis nunciavit et pro ipsa, ut nobis veniret in morte, occubuit. Ro. III.: Mortuus est propter delicta nostra etc.

115. (DE NATIVITATE GLORIOSE VIRGINIS)

(Sermo) tercius

20

Sapiencia edificavit sibi domum, Prover. VIII. Eccli. XXIII.: Sapiencia laudabat, id est laude dignam fecit, animam suam, id est matrem, quam diligebat ut animam suam. Ut ergo in multitudine presencium electorum habeat laudem, orate, ut possimus ipsam laudare. Sapiencia etc. Dicit Aristoteles in Ethicis, quod
 25 magnificus fabricat habitaculum conveniens sibi. Hoc enim || decorum est ei. Magnificus iste est Dominus Iesus, de quo dicitur Is. XXXIII.: Magnificus Dominus Deus noster, qui fabricatus est habitaculum conveniens sibi, id est honori suo, virginem Mariam, sicut nunc dicitur: Sapiencia edificavit etc. Cuius edificacio commendabilis est ab actore, quia edificavit sapiencia. Ab intencione, quia
 30 edificavit sibi, id est ad honorem suum. A perduracione, quia excidit in ea columnas VII ad perpetuam stabilitatem. Primo ergo, magnificatur hoc opus ex qualitate opificis, quando dicitur: Sapiencia edifi(cavit), id est Christus, qui non dicitur sapiens, ut alii sancti, Mt. XX.: Mitto ad vos sapientes, sed emphatice, id est expressissime ipsa sapiencia. I^a Cor(inthiorum) I^o: Factus est nobis a Deo.
 35 Sapiencia appellatur autem sic ratione attributionis, donacionis et manifestacionis, quoniam ipsi attribuitur sapiencia et ipse donat et manifestat sapienciam. Et hoc habes prosecutum inferius in illo sermone passionis Domini: „Cum aqua deleteret terram, iterum sanavit sapiencia.” Hic ergo edificavit. Et hoc pertinet ad

77c

 24 possumus: M possumus

 1 Cant. 2,1 2 Cant. 2,5 9 Ioh. Damasc. – ubi? 11 Is. 53,12 12 Lc. 23,34 15 Iob 14,1–2
 17 Rom. 4,25 21 Prov. 9,1 21 Eccli. 24,1 24 Aristot. eth. Nic. 4,6 26 Is. 33,21
 33 recte Mt. 23,34 34 1 Cor. 1,30 37 Cum aqua: vide serm. 187

commendacionem Marie, quia domus tanto est melior, quanto artifex eius fuerit pericior. In manu enim artificum, id est ipsa pericia manus artificum, opera laudabuntur, ut dicitur Eccli. IX. Ideo Salomon volens edificare Deo dignam domum, quesivit virum peritum dicens Iram regi Thiri: Mitte michi virum eruditum, qui sciat operari. Domus enim, quam cupio edificare, magna est nimis et inclita. Hedificavit autem sibi, id est ad honorem suum. In quo notatur finis et intencio edificantis. In quo eciam commendatur nobilitas. Marie digniori construitur domus nobilior. II Paral. II.: Domus, quam edificare cupio, magna est; magnus est enim Deus noster super omnes deos. Invenitur autem Dominus Iesus tria fecisse sibi, scilicet domum, | ut hic dicitur: Sapiencia etc. Fferculum, ut Cant. III.: Ferculum fecit sibi rex Salamon. Populum, ut Is. XLIII.: Populum istum formavi michi. Et hec omnia secundum aliud est Maria. Siquidem ipsa fuit domus Christi in carnis assumptione. II Paral. VI.: Edificavi domum, id est Virginem Mariam, et posui in ea arcam, id est humanitatem Christi. Hebre. III.: Christus tamquam filius est in domo sua. Ffuit eciam ferculum Christi in itineris peregrinatione. Nam rex Salomon, id est Christus, omnia regens et pacificans fecit sibi, id est ad usum suum. Ferculum a ferendo, id est portando dictum. Id est matrem, in cuius ulnis et utero ferretur de loco ad locum, ut puer baiulatur a matre, secundum illud: Beatus venter, qui te portavit, Lu. XI. De lignis Libani, id est de membris purissimis et sanctissimis prodivit eciam populus Christi in multitudinis congregacione. Is. LXVI.: Peperit Sion filios suos. Sion interpretatur invium et significat virginem, que fuit via viris invia, quia clauso utero genuit Christum. Ideo dicitur Christo in Psalmo: Vestigia tua non cognoscuntur. Sicut enim via colubri in petra et via navis in mari est incognoscibilis, sic via viri, id est Christi in adolescentula, id est in virgine, Prover. XXX. Hec peperit filios suos, Glosa: spirituales, quos peperit suffragiis, monitis et exemplis. Propter quod dicitur Gal. III.: Multi filii deserti, id est virginis solitarie, magis quam eius que habet virum, quoniam nulla mulier maritata peperit tot filios carnales, quod ipsa genuit Deo spirituales. Unde Rabanus in sermone: Legimus Maria Dei populum faciendo monebat spernere perituri luxus seculi, unde et innumerabilis utriusque sexus multitudo eius secuta est vestigia relictis nupciarum copulis. Ut autem domus esset perpetue stabilitatis, excidit in ea columpnas septem, que sunt septem dona signata in columpnis, quibus fulciebatur vestibulum orti et nemoris regis Assueri, quod regio cultu et manu consitum erat, Hester I. etc. ||

77d

78a

1 artifex: M artificii 23 Christum: M iter. 24 est: M et 33 vestibulum: M festibulum

3 Eccli. 9,24 4 Mitte michi: 2 Par. 2,7 et 5 8 2 Par. 2,5 11 Cant. 3,9 11 Is. 43,21
13 2 Par. 6,10-11 14 Hebr. 3,6 19 Lc. 11,27 21 Is. 66,8 23 Ps. 76,2 25 Prov.
30,19 27 Gal. 4,27 29 Hraban. – ubi? 34 Esther 1,5

116. IN EXALTACIONE S(ANCTE) CRUCIS
(Sermo primus)

Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, Phil. II. Bernardus in
Meditacionibus: Iesum Nazarenum a Iudeis innocenter condemnatum, a genti-
bus crucifixum nos Christiani divinis honoremus obsequiis. Sed quia per nos hoc
5 facere sufficientes non sumus, ideo ipsum rogemus, quatenus nostram intencio-
nem adiuvet et se honorandi nobis facultatem donet. Christus factus est etc. In
hac epistola describitur Dominus Iesus et inquantum est imitandus et inquantum
est desiderandus. Imitandus quidem est in humilitate passionis, desiderandus au-
tem in sublimitate exaltacionis. De primo dicitur: Humiliavit semetipsum. Hec
10 humilitas fuit maiestatis inclinata, quia factus est obediens. Ffuit finalis et con-
tinua, quia usque ad mortem crucis. Ad commendacionem autem crucis Chri-
sti enarranda est eius proprietas, dignitas et virtuositas. Ad proprietatem eius
pertinet humiliacio et cruciacio. Fuit enim turpissimum genus mortis, et ideo
15 humiliabat. Unde Augustinus in libro LXXXIII. questionum: Inter omnia gene-
ra mortis nichil erat illo genere execrabilius et formidolosius. Atque ideo ob
ostensionem humilitatis elegit Dominus tale genus mortis, ut nos eum imitemur
in humilitate. Augustinus in Glosa: Ecce habes, o homo, humilitatis exemplum,
superbie medicamentum, scilicet humilitatem Christi. Bernardus in meditacio-
nibus: Adhuc extento collo ambulas, o terra et cinis? Adhuc te superbia tua
20 supra te elevat? Adhuc inopia exagitat? Intuere humilitatis et mansuetudi-
nis speculum, Dominum Iesum, universe creature factorem, tremendum iudicem
vivorum et mortuorum, ante pedes hominis sua genua incurvantem. Disce, quia
mitis est et humilis corde, et confundere in superbia tua, erubescere | impacien-
25 ciam tuam. Ffuit eciam durissimum genus mortis atque ideo cruciabat. Unde et
crux a cruciatu denominata est. Papias: Crux dicitur patibulum mortis a crucia-
tu. Ferro enim necari facilius est, fame autem, frigore et cruce difficilius. Ideo
Iudei optabant mori gladio in obsidione Olofermis, ut esset finis eorum brevior
in gladio, et qui longior et ideo amarior efficiebatur in ariditate sitis, Iudit VII.
30 Et ad hoc designandum, quod humiliat crux et cruciat, passio Christi in cruce
appellatur accensio. Is. LXII.: Salvator eius ut lampas accendatur. Illud namque,
quod accenditur et ardet, minuitur. Sic caro assa, que per ignem conteritur et mi-
nor efficitur et amarescit sicut cinis, qui remanet de lignis adustis. Dignitas eius
colligitur uno modo ex hoc, quod tactu membrorum filii Dei sanctificata est se-
35 cundum illud: quod sacer cruor perunxit fusus agni cruore. Alio modo ex hoc,
quod ponitur in altis locis et eminentibus, ut puta in altari et in frontibus impe-
ratorum et in signis militaribus. Unde super illo verbo: Confirmat autem iustos
Dominus, dicit Augustinus: Crux finita est in pena et manet in gloria, et a lo-
cis suppliciorum transit ad frontes imperatorum. Virtuositas crucis apparet uno
40 modo ex hoc, quod vires demonum confringit. Unde Augustinus: Ubi signum

78b

5 divinis: M divini 25 genus: M iter. 36 altis: M aliis

3 Phil. 2,8 3 Ps. Bern. serm. de vita et pass. Dom. 1; PL 184,953D 15 Aug. divers. quaest.
25; PL 40,17 18 Aug. serm. 304,3,3; PL 38,1396 19 Ps. Bern. serm. de vita et pass. Dom.
5; PL 184,957C 26 Papias – ubi? 29 Iudith 7,17 31 Is. 62,1 38 Aug. in psalm. 36,17;
PL 36,366 40 Aug. – ubi?

crucis cum fide et timore Dei precessit, nichil ibi inimicus nocere poterit. Exemplum de Iudeo, quem invenit diabolus signatum cruce et dixit: Vas vacuum, sed bene signatum, et ideo non potuit ei nocere. Alio modo ex hoc, quot credentibus celum aperit. Is. XXII.: Dabo clavem domus David super humerum eius et
5 aperiet et non erit, qui claudat. Ieronimus in epistola: Saguus Christi clavis est paradisi. Rabanus De laude crucis: In cruce promittitur || ad eternam vitam resurreccio, speratur eterne beatitudinis adeptio et vere felicitatis acquisicio. De secundo dicitur: Propter quod illum Deus exaltavit. In quibus verbis tanguntur utilitates passionis Christi ex parte sua. In quibus ostenditur desiderabilis esse
10 cunctis gentibus, quarum prima est exaltacio sublimis, de qua dicit: exaltavit illum. De qua exaltacione videtur propheta predixisse, quando dicit: De torrente, id est de tribulenta passione, in via bibit, Glosa: moriendo. Propterea exaltavit caput, id est seipsum, qui est caput ecclesie. Augustinus: Ut Christus resurreccione clarificaretur, prius humiliatus est passione. Humilitas claritatis est meritum, claritas humilitatis est premium. Secunda est nuncupacio venerabilis, de qua
15 dicit: Dedit illi nomen glorie, honorificenciam, quod vocetur Deus. Is. LIII.: Deus omnis terre vocabitur. Tercia est subieccio universalis, de qua dicit: Ut in nomine Iesu omne genu flectatur, celestium, id est angelorum, terrestrium, id est hominum, et infernorum, id est demonum. Ps.: Omnia subiecisti. Quarta est confessio totius orbis, de qua dicit: Et omnis lingua confiteatur etc. Ps.: Confessionem, scilicet propter fideles, et decorem, patrum honoris, induisti, o Christe, amictus lumine, Glosa: undique habes creaturas, que te confitentur et laudant, que sunt decore et lumine.

117. <IN EXALTACIONE SANCTE CRUCIS>

25 Sermo secundus

Ego, si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum, Io. XII. Hoc ewangelium in exaltacione sancte crucis legitur, quia in eo causa nostre exaltacionis exprimitur, scilicet passio Christi. Exprimitur autem dupliciter, scilicet secundum
30 modum et secundum effectum. Modus fuit exaltacio a terra, secundum quod dicitur: Ego, si exal<tatus> fuero. Effectus fuit congregacio de terra, secundum quod dicitur: Omnia | traham. In modo passionis Christi, que dicitur exaltacio, id est crucifixio, possunt notari III^{or}. Primo, malicia crucifigentis, quia voluerunt eum cito morte finire, sed in cruce suspenderunt, ut diucius torqueretur. Dicit enim Augustinus IIII. De Trinitate, quod longa morte cruciabantur ligno
35 suspensi. Unde latronibus, ut iam morerentur et deponerentur, crura confracta sunt. Ille autem quasi mortuus inventus est, miraculo fuit, quod legimus Pilatum miratum fuisse. Mt. XV. Ex his habetur, quot mors illa est amarior, que est longior. Eccli. XXX.: Melior est mors, quam vita amara. Hinc est, quod de

10 sublimis: M sublimitatis 11 De qua: M De quo 21 decorem: M docorem 38 vita: M add. et del. mala

4 Is. 22,22 5 Hier. epist. 129,2; PL 22,1101 6 Hraban. – ubi? 11 De torrente: Ps. 109,7 13 Aug. in evang. Ioh. 104,3; PL 35,1903 16 Is. 54,5 19 Ps. 8,7 20 Ps. 103,1 26 Io. 12,32 34 Aug. trin. 4,13,16; PL 42,899 37 recte Mc. 15,44 38 Eccli. 30,17

quodam posito in tormentis legitur in Gestis Allexandri Magni, quod confessus est se conspirasse contra principem. Sed incerta fuit confessio sua, quia putatus est ideo sic dixisse, ut se cruciamine longo eripiens celeri finiret morte dolores. Secundo, verecundia patientis, quoniam maledictus erat omnis, qui pende-
 5 bat in ligno, dicitur Deuter. XXI. Amb(rosi)us Gal. III. ad litteram dicit hoc Moyses de reis mortis, ut reo mortis hoc sufficeret, si suspenderetur et ante vesperam deponeretur, quasi satis est ei ad penam, quod suspensus moritur, ne si diucius ibi sit, maius sit obprobrium generis eius. Sed tamen Christus Dominus attractive, id est secundum penam, quia paciebatur quidem, sed penam non merebatur,
 10 ut testatur Ieronimus in predicta epistola. Dicit enim quidam Sapiens, quod est gravius meritum pene, quam pena. Necari in cruce credo minus, quam meruisse crucem. Tercio, fiducia credentis, quia iam omnibus patet ad accedendum et ab omnibus videri potest ad imitandum tamquam exaltatus. Accedite ergo ad eum et illuminamini, quia lucerna posita est super candelabrum crucis. Non enim
 15 adhuc latet in sinu Patris, sed iam eminet in cornibus crucis. Unde Bernardus in sermone: Christus || ascendit in altum, ut melius videretur, clamavit fortiter, ut longius audiretur, clamoribus lacrimas addidit, ut homo compateretur. Quarto, stupor aspicientis. Lu. XXIII.: Omnis turba, que aderat ad spectaculum istud percuc(ientes) pectora sua revertebantur. Dicit enim Cassi(odorus) super Psalmum:
 20 Deus, Deus meus, quod a re crudeli solent oculi averti. Ideo dicit: revertebantur, tamquam non valentes pre nimio horrore hominem horrende cruentatum aspicere. In effectu passionis invenimus triplicem fructum, scilicet eius, qui patitur, exaltacionem, et eius, pro quo patitur, liberacionem, et eius, contra quem pa-
 25 titur, humiliacionem. Patitur enim Filius Dei pro redemptione generis humani ad deieccionem hostis antiqui. De prima utilitate agitur in epistola, de 2^a et 3^a in ewangelio. Ex parte ergo patientis Christi exprimitur in epistola quadruplex utilitas, scilicet exaltacio sublimis, nuncupacio venerabilis, subieccio universalis, confessio tocius orbis. Et hoc habes prosecutum in precedenti sermone. Ex parte hominis redempti effectus passionis Christi designatur iterum quadruplex.
 30 Primus, purgacio nostri a sorde vite immunde, secundum quod exponit Augustinus misterium ruffe vacce, Numeri XIX. Vacca, inquit, est caro Christi infirma. Ffemineus enim sexus positus est propter infirmitatem carnalem. Rufa, id est passione cruentata etatis integre, quia XXXIII annorum, in quo nulla est macula originalis seu actualis, nec portavit iugum peccati, ex cuius cinere, id est acerbe mortis exustione fit aqua aspersionis, id est baptismi. Unde mu(n)dantur
 35 homines a contactu mortuorum, id est ab infeccione peccatorum. Hebre. IX.: Sagwis Christi emundavit | conscienciam nostram ab operibus mortuis. Secundus, congregacio nostri in fide sancte ecclesie. Is. XI.: Levabit dominus signum, scilicet crucis, et congregabit profugos Israel a IIII^{or} plagis terre, id est de to-
 40 to mundo. Iohannes XII.: Iesus moriturus erat, ut filios Dei, qui dispersi erant

79a

79b

8-9 attractive: M active 16 Christus: M iter. 24 enim: M iter. 26 Christi exprimitur: M corr. ex exprimitur Christi

1 in Gestis Allexandri Magni - Curt. ? - ubi? 5 Deut. 21,23 5 Ambrosiast. in Gal. 3,13; PL 17,375A 10 Hier. - ubi? 11 est gravius - quis et ubi? 15 Bern. - ubi? 18 Lc. 23,48 19 Cassiod. in Ps. - ubi? 28 in precedenti sermone: vide serm. 116 31 Aug. quaest. hept. 4,33; PL 34,733 31 Num. 19,2 36 Hebr. 9,14 38 Is. 11,12 40 recte Io. 11,52

etc. Tercius, sublimacio nostri in honore superne patrie. Is. LXIII.: In dileccione sua ipse redemit eos et portavit eos cunctis diebus seculi. Bernardus in sermone: Rex ille dives et predives exinanitur et excelsus humiliatur, sed quo fructu? Nempe, ut omnes eius paupertate locupletemur, eius humilitate sublevemur, eius minoracione magnificemur. Quartus est liberacio nostri ab errore vane culture. Is. II.: Exaltabitur Dominus, scilicet in cruce, et idola penitus conterentur. Aug(ustin)us De ci(vitate) Dei: Vera divinitas Christi subvertit falsam divinitatem demonum. Unde dictum est de Egipto: corruent simulacra Egypti. De aliis eciam terris dicit: Exterminabo nomina simulacrorum de terra et non erit eorum memoria. Secundum hunc quadruplicem effectum quadrupliciter potest exponi dictum suum: omnia traham ad meipsum. Traham, inquam, de errore ad me veritatem, de inmundicia ad me sanctitatem, de dispersione ad me unitatem, de peregrinacione ad me eternam mansionem. Sed, que trahit ad se, dico, quod omnia, id est encia, id est caritatem habencia, quoniam alii nichil sunt. I Cor(inthio)rum XIII.: Si caritatem non habuero, nichil sum. Ber(nardus) super Cant. XX.: Quantitas cuiusque anime estimatur de mensura caritatis, quam habet. Verbi gracia: que multum habet caritatis, magna sit, que parum, parva, que vero nichil, nichil. Ex parte hostis devicti effectus passionis est expugnacio victorie triumphalis, de qua dicit: Princeps mundi huius eicietur foras. Eiecit autem eum || foras quadrupliciter, scilicet primo, de celo empireo. Eze. XXVIII.: Repleta sunt interiora tua iniquitate et eieci te de monte Dei. Gaufridus: Brevis hospes erat, quia celum ferre superbum non poterat, sed ibi mox lucifer ut fuit ortus, cecidit. Secundo, de hominum consorcio. Non enim concessum est ei habitare nobiscum in terra, ne nimis infestarent multipliciter turbando, sed exceptit eos caliginoso aeris habitaculo et inferni, sicut dicit Iudas apostolus: Angelos, qui non servaverunt, scilicet per humilitatem, suum principatum, id est quod in aliis spiritibus principabantur, sed dereliquerunt, scilicet per superbiam, suum domicilium, id est celestem habitacionem, in iudicium magni diei, vinculis eternis, id est corde inpenitenti, sub caligine, scilicet huius aeris iam dampnatos, reservavit, scilicet gravioribus penis. 3^o, de cordis habitaculo, sicut dicitur hic: eicietur foras, Glosa: de cordibus credencium. Aug(ustin)us III^o De tri(nitate): Verus vite mediator illum spiritum mortuum et mortis mediatorem a spiritibus in se credencium foras misit, ut non regnaret intrinsecus, sed forinsecus oppugnaret, nec tamen expugnaret. Quarto, de corpore obsesso, ne corpora nostra tamquam vile solum senus sibi vendicet Idrus. Lu. XI.: Erat Iesus eiciens demonium. Et quia iam eiectus, agendum est, ne revertatur. Unde Aug(ustin)us in libro LXXXIII. q(uesti)onum inducit sic dictum cuiusdam Sapientis: Agite, o miseri mortales, ne unquam malignus spiritus polluat domicilium hoc, ne sensibus immixtis incestet anime sanctitatem lucemque mentis obnubilet. Quod nobis prestet victor et eiector dia(boli), id est Christus.

79c

10 quadrupliciter: M quadruplex 16 XX.: M add. VII. 28 diei: M dei 33–34 oppugnaret: M obexpugnaret

1 Is. 63,9 2 Bern. serm. annunt. 3,8; PL 183,396D 6 Is. 2,17–18 7 Aug. – ubi?
15 1 Cor. 13,2 15 Bern. serm. in cant. 27,10; PL 183,919B 19 Princeps mundi: Io. 12,31
20 Ez. 28,16 21 Gaufr. Vinos. poetr. nova 1449–1451 25 Iudas 1,6 31 Aug. trin. 4,13,17;
PL 42,899 34 ne corpora: Sedul. carm. pasch. 2,258–259 35 Lc. 11,14 36 Aug. divers.
quaest. 12; PL 40,14

118. DE SANCTO MATHEO APOSTOLO ET EWANGELISTA

Cum transiret Iesus, vidit hominem sedentem in thelonio, Matheum | nomine, 79d
 et ait illi: Sequere me, Mt. IX. I^a Tim. I^o: Ffidelis sermo et omni acceptione di-
 gnus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere. Sermo,
 5 qui est de salute peccatorum, est fidelis, quia Deus promisit, et est acceptabi-
 lis, quia multum utilis. De tali ergo sermone loquebatur, scilicet fideli, propter
 utilitatem et veritatem. Inplorandus est Christus, salvator peccatorum, et ego lo-
 quar veraciter et vos audiat ut utiliter. Cum transiret etc. Hoc scripsit Matheus,
 homo veniam consecutus, ad commendacionem divine pietatis et consolacio-
 10 nem peccatricis multitudinis, ut nemo desperet de venia. Et sunt ibi tria, scilicet
 commendacio affectus divine pietatis in vocatione peccatoris. Et hoc ibi: Cum
 transiret etc. Et insinuacio concursus sanande multitudinis ad fontem pietatis.
 Et hoc ibi: Factum est discumbente eo in domo. Et confutacio fastus pharizee
 15 malinitatis. Et hoc ibi: Videntes pharisei dixerunt: Quare cum publicanis? De
 vocatione peccatorum ista sunt querenda, scilicet qualiter vocavit, quo oculo re-
 spexit, unde removeri voluit, et quam facilem obedienciam invenit. Ad primum
 dico, quod Christus vocat tripliciter, scilicet spiritu inspiracionis. Iob III.: Por-
 20 ro ad me dictum est verbum absconditum. Sponsione remuneracionis. Mt. XI.:
 Venite ad me omnes etc., et ego reficiam vos. 3^o, verbo predicacionis, ut hic:
 vidit hominem et ait illi: Sequere me. Et hoc fecit transiens ad ostendendum,
 quot transire deberet, scilicet a culpa ad penitenciam, sicut Hebreus transivit de
 Egypto in desertum, Exo. XIII. Et ut tempus salutis transire monstraret. Iesus
 enim transit, quia in alia vita salus queri non poterit. Io. IX.: Venit nox, quando
 25 nemo potest operari. Unde ad exemplum eius et nobis transeundum est ex hoc
 mundo ad posteriorem, quia Iesus transit et ad transitum vocat. Eccli. XXIII.:
 Transite ad me omnes. Et debemus transire de mundo, || primo, propter ipsius 80a
 fedtatem, sicut transitur in locis fetidis velociter naribus clausis, dicit Iuvena-
 lis. I Io. II.: Omne quod est in mundo, concupiscencia carnis est etc. Secundo,
 propter eius sterilitatem, sicut fames fugat homines de vacuis municionibus. Ec-
 30 cli. LI.: Quid adhuc retardatis? Anime vestre siciunt vehementer. Nam animam
 ad imaginem Dei factam nichil Deo minus implere potest. 3^o, propter hostium
 vicinitatem, sicut fugitur de castro latronibus pleno. Mundus enim plenus est
 demonibus et peccati occasionibus. Eccli. IX.: In medio laqueorum ingredieris.
 Quarto, propter ipsius brevitatem, quia vicinus est ruine. I^o Io. II.: Mundus tran-
 35 sit et concupiscencia eius. Omne, quod concupiscibile est in eo, fugitur, sicut
 de domo inclinata ad casum, secundum quod dicit Poeta: Cumque dedit paries
 ventura signa ruine, sollicito vacuus fit locus ipse metu. Ps.: Interficistis univer-
 si vos, scilicet per dileccionem mundi incumbentes, supple: ei, tamquam parieti
 40 inclinato, Glosa: inclinatus paries facile corrui etiam non impulsus, sicut con-
 struccio saxorum sine ligamine cementi circa ortos et vineas. Augustinus ad

2 thelonio: M thelonio 22 monstraret: M *corr. ex* monstravit 30 adhuc: M ad hoc
 35 fugitur, sicut: M sicut fugitur

3 Mt. 9,9 3 1 Tim. 1,15 17 Iob 4,12 18 Mt. 11,28 23 Io. 9,4 25 *recte* Eccli.
 24,16 28 Iuv. – ubi? 28 1 Io. 2,16 30 Eccli. 51,32 33 Eccli. 9,20 34 1 Io. 2,17
 36 Cumque dedit: Ov. Pont. 3,2,11-12 37 Ps. 61,4 40 Aug. epist. 127,1; PL 33,483

Paulinam: Ne tardes converti ad Dominum. Nisi forte adhuc mundus amandus est, tanta rerum labe contritus, ut speciem seduccionis amiserit. Nam quantum illi laudandi sunt, qui dignati non sunt eciam cum mundo florente florere, tantum increpandi sunt, quos cum pereunte perire delectat. Ad secundum dico, quod

5 Christus habet VII oculos, ut habetur Zachar. III.: Super lapidem unum septem oculi sunt, quibus videt nos. Primus est oculus miseracionis, quo videns civitatem flevit super illam, Lu. XIX. | Et isto oculo inspexit specialiter Beatum Matheum, secundum quod dicitur: vidit hominem, Glosa: non tam corporeo intuitu, quam miserentis affectu. Secundus est predestinacionis. Io. I.: Cum esses

10 sub ficu, Glosa: in lumbis Ade latitantis, sub ficu, id est ab eterno, vidi te. Tercius est simplicis cognicionis, quo videt preterita, presenciam et futura. Ps.: Tu cognovisti omnia novissima, id est futura et antiqua, id est preterita. Quartus est approbacionis. Gen. I^o: Vidit Deus cuncta, que fecerat, id est approbavit et pro bono habuit. Quintus est illuminacionis. Gen. XXII.: Nunc cognovi, Glosa:

15 feci cognoscere, quod times Deum. Sextus est iustificacionis. Lu. XXII.: Respexit Dominus Petrum, et egressus foras flevit amare. Septimus retribucionis. Sap. III.: Respectus in electos illius, Glosa: digna retribucio. Ad tertium dico, quod vocando removet eum Christus specialiter a sessione avaricie, quia sedebat in thelonio, id est pertinacio animo lucris temporalibus iniabat, secundum

20 Glosam. Ad quartum dico, quod obediencia apostoli fuit perfecta per integritatem. Unde dicitur: surgens secutus est eum, Glosa: non tam corpore, quam mente. Ieronimus: Qui exterius vocavit, ipse interius accendit, ut se sequeretur. Si in magnetem lapide est vis trahendi stipulam, multo magis Deus omnium, quos voluit ad se traxit. Ffuit festina per acceleracionem. Unde Rabanus: Raciones

25 vectigalium imperfectas reliquit cupidus sequendi Christum. Ffuit expedita per omnium abiencionem. Rabanus: Ut pauperem Christum gressu et affectu sequi potuisset, reliquit propria, qui rapiebat aliena. Concurrencium vero peccatorum ad curacionem notificat evangelium nostrum, quando dicit: Multi, || et officium, quando dicit: publicani, et officii vicium, quando dicit: peccatores. Talia enim

30 negocia vix exercentur sine culpa. Eccli. XXIII.: Difficile exiit negotians a negligencia et non iustificabitur caupo a peccatis laborum. Et vicii remedium, quod fuit duplex, scilicet unum: exemplum apostoli, de quo dicit Glosa: Exemplo Mathei multi convertuntur peccatores. Aug(ustinus) VIII. Confessionum: Multis noti, multis sunt auctoritate ad salutem et multis preeunt secuturis. Aliud:

35 consorcium Domini, quia discumbabant cum Iesu. Ieronimus: Ibat ad consorcium peccatorum, ut occasionem haberet docendi et spirituales cibos dandi, et ut humilitas Domini eundo ad peccatores et potencia doctrine eius in conversione penitencium ostenderetur. Ffactum vero reprehendencium confutat Dominus. Primo, proposito maxime, quando dicit: non est opus valentibus m(edico). Hoc

40 est enim communis animi concepcio et per se nota propositio, quod non est

15 times Deum: M timeas Dominum 19 thelonio: M theolonio 22 sequeretur: M add. qui
 24 Raciones: M add. et del. vegetalium 25 vectigalium: M vetigalium 25 imperfectas: M imperfectam 34 preeunt: M pereunt

5 Zach. 3,9 7 Lc. 19,41 9 Io. 1,48 11 Ps. 138,5 13 Gen. 1,31 14 Gen. 22,12
 15 Lc. 22,62 17 Sap. 4,15 22 Hier. in Matth. 9,9; PL 26,57C 24 Hraban. – ubi?
 26 Hraban. – ubi? 30 recte Eccli. 26,28 33 Aug. conf. 8,4,9; PL 32,752 35 Hier. – ubi?

opus etc. Est autem medicus Christus, valentes dicuntur de meritis presumentes et mala sua nescientes, male habentes, peccata sua agnoscentes. Dicit ergo Dominus, quod valentibus, id est superbis, non est opus medico, quia indigere se non credunt et ideo medicum non requirunt, sed male habentibus, id est culpam suam confitentibus, qui dant locum medico, quoniam secundum Sapientem: Laguens affectat medicum, lugens solamen, egenus subsidium. Secundo, documento scripture, dicens: Euntes, Glosa: temeritate vituperacionis, discite, hoc est scripturas diligencius inquire, quod est, quod dicit propheta Osee VI.: Misericordiam volo, scilicet peccata remittendo, et non sacrificium, scilicet sine compassione delinquentium. Prover. XI.: Facere misericordiam magis placet Deo, quam | victime. Tercio, exemplo miseracionis sue, quia dicit: Non veni vocare, Glosa: misericordiam sequimini, sicut ego, qui non veni vocare iustos, id est falso se iustificantes, sed peccatores, id est de peccatis suis se recognoscentes etc.

119. DE SANCTIS MAURICIO, EXUPERIO, CANDIDO ETC.

Beati, qui persecucionem paciuntur propter iusticiam, quoniam ipsorum est regnum celorum, Mt. V^o. De istis patientibus persecucionem, quos hic beatificat Dominus, fuit Sanctus Mauricius cum suis sociis, qui cogeantur laniare Christianos. Et quia iustum fuit non ledere tales et ipsi in hoc precepto imperatoris non obedientes interfecti sunt, sequitur, quod pro iusticia passi sunt persecucionem. Quot patet etiam ex verbis ipsorum sic dicentium: Dextere iste pugnare adversus impios sciunt, adversus pios nesciunt. Pro civibus sumpsimus arma, non contra cives. Pugnavimus semper pro iusticia, pro pietate, pro innocencium salute. Et quia sic dixerunt et fecerunt, ideo depositis armis cesi sunt gladiis more bidencium. Et quoniam ex parte cause fuit tam preciosa mors eorum, merito impleta est in eis promissio Domini, quod ipsorum est regnum celorum, quia dignum est, ut qui certavit in campo, consoletur in palacio. II Cor(inthio)rum I.: Sicut socii passionum estis, sic eritis et consolacionis. Unde primo, commendat ibi Dominus causam mortis sanctorum, quando dicit: persecucionem paciuntur propter iusticiam. Secundo, notificat excellenciam remunerationis sanctorum, quando dicit: ipsorum est regnum celorum. Nam magnitudo premii animat milites in prelio, ut dicit Stachius: Prestantesque viros vocat ad sua premia virtus. Augustinus in primam (epistolam) Iohannis: (Si) deficiebas in laboribus, promissa mercede fortis esto. Deus promisit, qui te non fallit. Dicendo autem: qui persecucionem paciuntur propter iusticiam, innuit esse et aliam paciendi causam, que non fit propter iusticiam, || sed potius propter culpam. Et vere, quia quidam paciuntur propter stulticiam suam, sicut illi, qui prodige expendunt substantiam suam vivendo luxuriose cum meretricibus, lenonibus et istrionibus, ut

13 recognoscentes: M recognoscentis 25 merito: M merita

6 Laguens affectat: Gaufr. Vinos. poetr. nova 966-968 8 Os. 6,6 10 recte Prov. 21,3
17 Mt. 5,10 21 Dextere iste: AASS sept. XXII. p.342. 27 2 Cor. 1,7 32 Stat. Theb.
6,295 33 Aug. in epist. Ioh. 3,11; PL 35,2003

filius prodigus, Lu. XV., qui postea ad tantam inopiam devenit, quod cupiebat
 implere ventrem suum de siliquis porcorum et nemo illi dabat. Quidam paciuntur
 propter maliciam suam, ut fures et latrones, homicide et incendiarii, de quibus
 Sap. IX.: Iuste paciebantur secundum suas nequicias. Quos boni iusticiarii ele-
 5 vant in suspensio propter timorem aliorum, ne similia faciant, sicut et lex dicit
 in libro Autenticorum: Inobedientes vehementer punias, ut sint aliis exemplum
 abstinendi, quot quisvis implicantur malis similibus, subdentur penis. Sed sancti
 Dei paciuntur propter iusticiam et ideo sunt beati. I Pe. III.: Si quid patimini
 propter iusticiam, beati. Convenit autem pati propter iusticiam, quoniam tales
 10 pro iusticia patientes liberantur a malo. Prover. X.: Iusticia liberabit a morte.
 Promoventur in bono. Prover. XI.: Qui sequitur iusticiam, diligitur ab eo. Exal-
 tantur in premio. Prover. XX.: Qui operatur iusticiam, ipse exaltabitur. Et de hoc
 specialiter dicitur hic: Beati, qui persecucionem paciuntur, quoniam ipsorum est
 regnum celorum. Dico autem, quod regnum celorum debetur innocentibus. Lu.
 15 XVIII.: Sinite parvulos venire ad me, talium est enim regnum celorum. Miseri-
 cordibus. Mt. V^o: Beati pauperes spiritu, scilicet qui sua aliis largiuntur et ipsi
 pauperes efficiuntur, quoniam ipsorum etc. Unde dicit Augustinus: Venale habeo
 quidem regnum, quod emitur paupertate. Patientibus. Et hoc tam in penitencia,
 Mt. III.: Penitentiam agite, appropri(nquavit). Quam in martirio, ut hic: Beati,
 20 qui persecucionem etc. Innocentibus | debetur iure successionis, quia facti sunt
 filii Dei in baptismo. Io. I.: Dedit eis potestatem, quibus debetur hereditas pa-
 tris, quoniam si filii et heredes, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi,
 Ro. VIII. Compacientibus debetur iure empcionis, quia dant terrena, ut accipiant
 celestia, quia dictum est Lu. VI.: Date et dabitur vobis. Lu. XIX.: Quaecumque
 25 habes (vende) et da pauperibus et habebis thesaurum in celo. Augustinus in ser-
 mone: Non sine thesauro remanebis, si quod habes in terra sollicitus, habebis in
 celo securus. Sed quibusdam monachis avaris legitur dictum esse de celis, quia
 dimisistis, date, amisistis, dabitur. Penitentibus et martiribus datur iure acquisi-
 tionis, quia optinuerunt per victoriam a peccato et a diabolo. Mt. XI.: Regnum
 30 celorum vim patitur et violenti rapiunt illud.

120. SERMO DE SANCTIS COSMA ET DAMIANO

De eruditis ruent, ut conflentur et eligantur et dealbentur usque ad prefinitum
 tempus, quia adhuc aliud tempus erit, Dan. XI. Urbs beata Ierusalem construitur
 in celis vivis ex lapidibus et ponuntur in eius edificio tunsionibus et pressuris
 35 expoliti lapides. Ideo sancti martires, ut essent idonei in illo edificio ordinare,
 permiserunt se expoliri tunsionibus tribulacionum et pressuris passionum, sic-
 ut nunc dicitur: De eruditis ruent. Quod significatum fuit III Reg. VI., in eo,

11 diligitur: M dirigitur 18 quod: M quo 28 iure: M in marg. al. man. corr. ex nur ?

1 Lc. 15,16 4 recte Sap. 19,12 5 lex dicit: Iustinianus – ubi? 8 recte 1 Pt. 3,14
 10 Prov. 10,2 11 recte Prov. 15,9 12 recte Eccli. 20,30 14 Lc. 18,16 16 Mt. 5,3
 17 Aug. – ubi? 19 Mt. 3,2 21 Io. 1,12 23 Rom. 8,17 24 recte Lc. 18,12 25 Aug.
 – ubi? 29 Mt. 11,12 33 Dan. 11,35 33 Urbs beata: AH 51,110 37 3 Reg. 6,7

quod lapides templi extra parati sunt, et in domo edificanda malleus et securis non sunt audita. Ffuerunt autem tria in istis sanctis, que possunt elici ex verbis inductis, scilicet tormentum martirii. Et hoc notatur, quando dicitur: De eruditis || ruent. Temperamentum supplicii. Et hoc notatur, quando dicitur: Quia 81c
5 adhuc aliud tempus erit. Tormentum inflixit crudelitas. II Mach. VII.: Iussit rex ignem amoveri et spirantem torreri. Temperamentum immisit pietas Dei. I Cor(inthio)rum X.: Ffidelis Deus est, qui non pacietur vos temptari supra id, quod potestis. Solamentum prestitit eternitas regni. II Mach. VII.: Modico dolore sustentato sub testamento vite eterne effecti sunt. In tormento martirii fuit
10 passorum sublimitas, penarum acerbitas, paciendi utilitas. Sublimitas passorum ostenditur in sciencia et erudicione, quia dicitur de eruditis, Glosa: de sanctis, quales fuerunt isti martires, qui fuerunt eruditi contempnere mundum, quia cum essent medici pro cura morborum, nichil accipiebant contempnentes mundana, sed quod gratis acceperant a Spiritu Sancto, gratis dabant, Mt. X. Despicere tirannum, quia cum tracti essent ad martirium, ilari vultu astiterunt ante iudicem,
15 tamquam securi et audaces, scientes dictum esse a Domino Mt. X.: Nolite time-re eos, qui occidunt corpus. Credere Dominum, quoniam mater eorum, Sancta Theodora ipsos ab infancia sacris litteris erudivit, ut Creatorem agnoscerent et agnitum colerent. Omnis enim scriptura divinitus inspirata utilis est ad erudien-
20 dum, ut perfectus sit homo in iusticia, II Tim. III. Acerbitas penarum ostenditur in ruina et morte, quia dicitur: De eruditis ruent. Ruerunt autem, ut dicitur Dan. XI., in gladio, in flamma, in captivitate et (in) rapina. In quibus verbis ponun-tur duo genera penarum, scilicet confiscacio bonorum fortune. Et hoc notatur in eo, quod dicuntur ruere in rapina, scilicet | temporalium. Et destructio bono-
25 rum nature. Et hoc dupliciter, scilicet vel quantum ad libertatis ablacionem, et sic ruere dicuntur in captivitate, scilicet carcerum et cathenarum, vel quantum ad vite terminacionem. Et iterum dupliciter, scilicet aut ferro membra ceden-te, et sic ruerunt in gladio, aut igne corpus adurente, et sic ruerunt in flamma. De hoc duplici genere penarum habetur Thob. I.: Iussit eum occidi, quantum
30 ad personam, et tulit omnem substanciam eius, quantum ad pecuniam. In tor-mento persone sancti exhibuerunt invincibilem pacienciam. Unde: Non murmur resonat, nec querimonie, sed cor tacitum etc. In ablacione pecunie habuerunt spiritualem leticiam. I Hebre. X.: Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. Utilitas paciendi ostenditur in mundicia et decoracione, quia dicitur:
35 ruent, ut conflentur. Et ponit triplicem paciendi utilitatem. Prima est culparum abstersio. Et quo ad hoc dicit: ut conflentur, id est purgentur, scilicet a rubigi-ne viciorum, quia in igne probatur aurum, homo vero in humiliacione, Eccli. II. Sap. III.: Tamquam aurum in fornace. Secunda est virtutum apposicio. Et quo ad hoc dicit: et dealbentur, scilicet pulchritudine virtutum, ut sint quasi vas auri
40 fabricatum in passione solidum per fortitudinem, ornatum omni lapide precioso, id est omnibus virtutibus preciosis, Eccli. L. Tercia est in numerum sanctorum segregacio. Et quo ad hoc dicit: et eligantur, scilicet in partem sortis sanctorum

1 parati sunt: M sunt pati 6 torreri: M tereri 42 et: M suprascr.

5 2 Mach. 7,5 7 1 Cor. 10,13 8 2 Mach. 7,36 14 Mt. 10,8 16 Mt. 10,28 20 2
Tim. 3,16 21 Dan. 11,33 29 Tob. 1,22 31 Non murmur – quis et ubi? 33 Hebr. 10,34
37 Eccli. 2,5 38 Sap. 3,6 41 Eccli. 50,10

in lumine. Numeri XV.: Notum faciet Dominus, qui ad se pertineant, et sanctos applicabit sibi. Dicitur autem Abacuk III., quod cum iratus, misericordie recordabitur, ideo sequitur: usque ad prefinitum tempus, quasi diceret: ruent, sed non semper, imo quamdiu Deus vult et in quantum vult, quia et persecutorem potenter refrenat et martirem multipliciter consolatur. Iob 2.: Ecce in manu tua est, verumtamen animam eius serva. Gregorius: Permissionem verberis committatur || custodia proteccionis. Nullus enim sustinet pro Deo, qui non habeat multam 82a consolacionem ab eo in sustinencia sua, quia dicit Sapiens: omnia cum quodam veniunt incomoda fructu. Nulla dies adeo est australibus humida nimbis non intermissis, ut fluat imber aquis. Nil adeo fortuna gravis miserabile fecit, ut minuant nulla gaudia parte malum. Hoc senserat propheta, qui dicebat: Secundum multitudinem dolorum meorum, Glosa: Multi sunt dolores amari, sed multe consolaciones non desunt laboranti, quia cum eternas tribulaciones cogitat, temporalia mala pro nichilo portat. Dicitur autem Thob. III., quod Dominus post tempestatem tranquillum facit. Ideo sequitur: quia adhuc aliud tempus erit, Glosa: quietis post tribulacionem. Et hoc erit in alia vita. Tempus autem vite alterius aliud erit. Et quo ad qualitatem, quia erit tempus pacis et tranquillitatis. Ps.: Qui posuit fines tuos pacem, Glosa: quod in celo est, pace fruitur, extra guerram est. Et quo ad quantitatem, quia erit tempus vite continue et eternitatis. Unde et inproprie tempus dicitur, quia tempus est mora motus mutabilium rerum. Sed tempus ponitur pro spacio durante in eternum. De quali duracione habetur Is. LXVI.: Erit mensis ex mense et sabbatum ex sabbato.

121. SERMO DE ANGELIS IN DIE S(ANCTI) MICHAELIS (Sermo primus)

Gracia vobis et pax ab eo, qui est et qui erat et qui venturus est, et a septem spiritibus, qui in conspectu troni eius sunt, Apok. I^o. Ieronimus ad Damasum: Necesse est, ut labia tangerentur et fugetur iniquitas. Ideo deprecemur Deum, ut peccatorum sorde detersa primo possim Dei sacramenta conspiciere, dehinc que video, enarrare. Gracia vobis et pax. Dicit Sanctus Gregorius in omelia, quod angelus nomen est officii, non nature. Spiritus enim sunt secundum substantiam, angeli vero secundum officium. Ps.: Qui facit angelos suos spiritus, id est quos apud se habet spiritus, quando vult, facit angelos, id est missos. Unde et angelus | interpretatur nuncius, quia discurrit inter Deum et animam, et nunciat hominibus Dei voluntatem. Quod designatur in scala Iacob, in qua angeli ascendebant et descendebant quasi euntes et revertentes. Et quando ad nos veniunt, non vacuis manibus descendunt, sed dona Dei nobis deferunt, sicut dicitur in presenti verbo: Gracia vobis et pax etc. Deferunt autem gratiam, ut vivamus sinceri- 82b

6 committatur: lege comitatur ? 12 Multi: M Multe 37 verbo: M add. et del. Pax
37 Gracia vobis: M corr. ex vobis gracia

1 recte Num. 16,5 2 Hab. 3,2 5 Iob 2,6 6 Greg. M. – ubi? 8 omnia cum: Walther 19966 9 Nulla dies: Ov. Pont. 4,4,1–2 et 5–6 14 Tob. 3,22 18 Ps. 147,14 22 Is. 66,23 26 Apoc. 1,4 26 Hier. epist. 18,19; PL 22,374 29 Greg. M. in evang. 34,8; PL 76,1250C 31 Ps. 103,4

ter, quoniam gracia mundat peccata. Augustinus in libro Confessionum: Gracie tue deuto, Domine, quod peccata mea tamquam glaciem solvisti. Gregorius in Moralibus: Cum nos suprema gracia visitat, statim ad lacrimas per sua desideria instigat. Deferunt eciam pacem, ut vivamus concorditer, quoniam pax confederat
 5 corda. Augustinus de verbis Domini: Pax est securitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, consortium caritatis. Curandum est autem magno conatu, ut quando a nobis revertuntur, similiter bona referant Domino a nobis in elemosinis et oracionibus et in aliis similibus. Sicut leguntur fecisse in Sancto Thobia, Thob. XII.: Quando orabas cum lacrimis et sepeliebas mortuos,
 10 ego obtuli oracionem tuam Deo. Bernardus super Cant.: Offert vota, refert dona. Munus ergo gracie et pacis Deus offert et angelus defert, atque ideo dicitur: Gracia vobis et pax ab eo, qui est, scilicet in presenti, et qui erat, scilicet in preterito, et qui venturus est, scilicet in futuro. Quibus verbis descripsit Dei eternitatem per comprehensionem totius duracionis. Et a VII spiritibus. Ubi commendatur
 15 in sanctis angelis benignissima condescendencia, plenissima gracia, subtilissima natura, beatissima gloria. Benignissima eorum condescendencia notatur, quando dicitur: a spiritibus. Racione huius preposicionis angeli dignantur enim nobis servire cum nobis superiores. Chrisostomus H(omili)a 1^a: Hoc est opus Christi, quod angelis nobis || superioribus precipit ad nostram salutem suum exhibere
 20 ministerium. Chrisostomus in sermone: Quamvis multum intersit inter angelos et homines, propinquos tamen nobis eos fecit, quia nostre saluti student, propter nos discurrunt, nobis suo funguntur officio. Plenissima eorum gracia declaratur ex hoc, quia dicit: a VII. Glosa: quia septiformi spiritu illustrantur. Licet enim sint fere infiniti, tamen septem esse dicuntur, ut habetur et Thob. XII.: Ego sum
 25 unus de septem angelis, qui stamus coram Deo. Et hoc propter plenitudinem et perfeccionem septiformis gracie in ipsis, quoniam ut dicit Ambrosius in libro De Spiritu Sancto: Spiritus Sanctus omnem supereminens creaturam, tamen nostre mentis arva tamquam inferiora perstringat, celestem illam angelorum naturam effusione sanctificationis ubertate letificat. Subtilissimam eorum naturam
 30 manifestat per hoc, quod dicit: a spiritibus. Quoniam ut dicit Bernardus super Missus est: Spiritus ex subtilitate sue substantie hoc habet in natura, ut nec ferreis muris eius arceatur ingressus. Beatissimam ipsorum gloriam manifestat, quando dicit: qui in conspectu troni eius sunt. Tria autem de trono Dei predicantur in scripturis, scilicet eternitas, ut Hebre. 1^o: Tronus tuus, Deus, in seculum
 35 seculi. Claritas, ut in Psalmo: Tronus eius sicut sol in conspectu meo. Caliditas, ut Dani. VII.: Tronus eius flamma ignis. Sunt ergo ante tronium Dei, id est in eternitate beate duracionis. Augustinus XII. Confessionum: Domus tua, que peregrinata non est, quamvis non sit tibi coeterna, indeficienter tamen tibi coherendo nullam patitur vicissitudinem temporum. Isidorus De summo bono: Inest

22 discurrunt: M discurrent
 38–39 coherendo: M coherenda

28 arva: M archana

29 sanctificationis: M sanctificatione

1 Aug. conf. 2,7,15; PL 32,681

2 Greg. M. moral. 9,57,87; PL 75,907C

5 Ps. Aug. serm.

97; PL 39,1931

9 Tob. 12,12

10 Bern. serm. in cant. 31,5; PL 183,943A

18 Ioh. Chrys.

– ubi? 20 Ioh. Chrys. – ubi?

24 Tob. 12,15

26 Ambr. spir. 1,16,158; PL 16,771A

30 Bern. hom. super Missus est 3,1; PL 183,71D

34 Hebr. 1,8

35 Ps. 88,37

36 Dan. 7,9

37 Aug. conf. 12,11,13; PL 32,831

39 Isid. sent. 1,10,2; PL 83,554A

angelis mutabilitas in natura, sed fecit eos incorruptos caritas sempiterna. Sunt
eciam ante tronium Dei, id est in claritate perspicue cognicionis. Mt. XVIII.:
Angeli eorum, Glosa: visione Dei manifesta perfruuntur. Unde Dionisius III.
Angelice ierarchie appellat eos specula clarissima et radii principalis | luminis 82d
5 susceptiva et inclita caritate sancte impleta. Sunt eciam ante tronium Dei, id est
in ardore fervide dileccionis. Is. XXXIII.: Quis habitabit ex vobis cum ardori-
bus sempiternis, id est cum angelis sempiternae dileccionis ardore ferventibus.
Dionisius III. Angelice ierarchie: Semper ad superius extenti sunt in fortitudine
divini amoris. Rogemus Christum, angelorum dominum, ut faciat nos habitare
10 cum ardoribus sempiternis.

122. <DE ANGELIS IN DIE SANCTI MICHAELIS>
Sermo secundus

Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in celis est, Mt. XVIII. In-
sinuat nobis Dominus in hoc dicto excellenciam angelice felicitatis, que consistit
15 in visione Dei Patris. Sed quia denarius diurnus non datur, nisi laborantibus, Mt.
XX., ideo primo, premittitur actus ministracionis eorum, quo merentur, quando
dicitur: Angeli eorum, id est pusillorum, scilicet custodes, de quibus premis-
sum est: Videte, ne contempnatis etc. Secundo, subiungitur actus speculationis
eorum, quo fruuntur, quando dicitur: vident. Et ita duo, scilicet exterius ministe-
20 rium et interior speculacio possunt convenire in eis, quia cum ad nos veniunt,
ab interioribus non recedunt, cum Deus sit ubique, ut dicit Gregorius. Unde Ra-
phael angelus dicebat se stare ante Dominum, cum esset in terra cum hominibus,
Thob. XII. Dico ergo, quod beati spiritus sunt angeli pusillorum, id est custodes
humilium. Is. VI.: Seraphim stabant super illud, Glosa: angeli super ecclesiam
25 tamquam custodes. In signum autem promptitudinis et alacritatis eorum in of-
ficio custodie et discursus alati esse dicuntur. Et hoc propter velocem motum
eorum et propter accionem ad omnia sine mora transeuntem, ut dicit Dionisius
XV. Angelice ierarchie. Ps.: Qui ambulas super pennas ventorum. Dan. VIII.:
Vir Gabriel cito volans tetigit me. Consideracione autem dignum est, an eorum
30 missio in ministerium nostri sit rationabilis ex parte Dei, et an sit generalis ex
parte ipsorum angelorum, et an sit utilis ex parte || nostra. Et est dicendum ad
primum, quod in veritate rationabilis est eorum missio, quoniam per hoc primo,
commendatur divina bonitas, dum ad auxilium nostrum nichil obmittit de contin-
gentibus, et quot tales sibi coniunctos et sublimes facit nobis ministros. Secundo,
35 declaratur divina potestas, que tanta est, ut eciam per suos servos ne dum per
semetipsum sufficiat arcere contrarias potestates, ita ut merito possit dici: Deus
exercituum. Tercio, adiuvarur humana infirmitas, quia necesse habemus per eos
adiuvari, cum simus infirmi et ipsi eque potentes, et ideo non est timendum sub
tantis custodibus, quod superemur aut seducamur. Quia custodes nostri potentes

2 Mt. 18,10 3 Ps. Dion. Areop. coel. hier. 3,2; Dionysiaca 788 6 Is. 33,14 8 Ps. Dion.
Areop. coel. hier. 4,2; Dionysiaca 805 13 Mt. 18,10 21 Greg. M. in evang. 34,13; PL
76,1255A 23 Tob. 12,14 24 Is. 6,2 27 Ps. Dion. Areop. coel. hier. 15,6; Dionysiaca 1016
28 Ps. 103,3 28 recte Dan. 9,21 37 Deus exercituum – ubi?

- sunt et prudentes, ut dicit Bernardus super Cant. Quarto, promovetur angelica felicitas, quia aliquid merentur ministrando nobis et si non premium essentiale, tamen aliquid aliud, ratione cuius dicuntur gaudere super uno peccatore penitentiam agente, Lu. XV. Bernardus super Cant.: Gaudet angeli in conversione et
- 5 penitencia peccatorum salutem hominum sicientes lacrimaeque penitentium sunt vinum eorum. Est etiam dicendum, quod missio eorum videtur esse generalis, scilicet quod omnes mittuntur. Et hoc apparet primo, per auctoritatem Hebre. 1^o: Omnes sunt amministratorii spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. Is. VI.: Volavit ad me unus de seraphim. Et ille fuit
- 10 de superioribus. Et si ille missus est, tunc magis mittuntur inferiores. Secundo, per oppositum, quia omnes demones impugnant nos, ideo conveniens est quod omnes angeli iuvent nos. Tercio, a minori, quia Filius et Spiritus Sanctus missi sunt, ideo non est mirum, si omnes angeli mittuntur. Bernardus in sermone: Ministerium illud non dedignatur angelorum quispiam, in quo precedit eos, cui
- 15 tota (cum aviditate et felicitate) in excelsis ministrant. Quarto, ab effectu, quia ex omnibus | assumuntur ad singulos ordines ad supplementum ruine eorum, ut dicit Gregorius. Quoniam de singulis aliqui ceciderunt, ideo conveniens est, ut singulorum ordinum angeli iuvent nos ad salutem, quatenus eorum numerus per nos impleatur. Unde secundum Ber(nardum) super Cant.: Frequenter dicunt il-
- 20 lam vocem Dei clemenciam invocantes: Benigne fac in bona voluntate tua etc. Est etiam dicendum ad tertium, quod est utilis nobis eorum missio propter multa comoda, quae nobis exhibent. Primo enim, propulsant a nobis mala imminencia. Gen. XLVIII.: Angelus eripuit me de cunctis malis. Ps.: Inmittit angelus Domini in circuitu timencium eum, Glosa: ut muniat eos et eripiat a malis. Exemplum
- 25 de tribus pueris, quos liberavit angelus de igne, Dan. III. Secundo, ammonent nos ad bona facienda. Thob. XI.: Ubi introieris in domum tuam, statim adora Deum tuum et gratias age ei. Bernardus super Cant.: In omni loco tamquam sedulus quidam anime pedissecus non cessat sollicitare eam et assidue monere. Discurrit medius offerens vota, referens dona, excitat istam, placat illum. Tercio,
- 30 revelant nobis secreta celestia. Apok. X.: Iohannes accepit librum, id est cognitionem occulorum, de manu angeli. Dionisius: Patres nostri per medias celestes virtutes instruebantur. Damascenus: Super apparent hominibus et divina eis revelant misteria. Quarto, collocant nos in superna gloria. Nam et hoc pertinet ad angelicum officium. Unde dicitur voce divina Sancto Michaeli archangelo:
- 35 Michael, constitui te super omnes animas suscipiendas. Exemplum de Lazaro, Lu. XVI., de Sancto Martino, quem etiam susceperunt angeli. Bernardus super Cant.: Gratanter colligunt in palacio, quem dignanter visitant in sterquilinio. Denique letati sunt de conversione, et non agnoscent || in assumptione? In hu-
- ius rei signum apparuit angelus cum clave, Apok. XX., ut ostenderet se habere

6 eorum: M iter. 22 exhibent: M exhibet

1 Bern. serm. in Ps. Qui habitat 12,8; PL 183,234C 4 Lc. 15,7 et 10 4 Bern. serm. in cant. 30,3; PL 183,935B 7 Hebr. 1,14 9 Is. 6,6 13 Bern. serm. s. Mich. 1,2; PL 183, 448C 17 Greg. M. – ubi? 19 Bern. – ubi? 23 Gen. 48,16 23 Ps. 33,8 26 Tob. 11,7 27 Bern. serm. in cant. 31,5; PL 183,942D et 943A 30 Apoc. 10,10 31 Ps. Dion. Areop. coel. hier. 4,3; Dionysiaca 811 32 Ioh. Damasc. fid. orth. 2,3; cf. PG 94,871C 35 Michael, constitui – ubi? 36 Lc. 16,22 36 Bern. serm. in cant. 7,7; PL 183,810A 39 Apoc. 20,1

potestatem apperendi celum. Hec 4^{or} angelica beneficia opponuntur illis quatuor incommoditatibus, que nobis propter peccatum primi hominis sunt infligte, secundum Bedam, scilicet infirmitas in mente, concupiscencia in carne, malicia in voluntate, ignorancia in ratione. Sed sancti angeli inpotenciam adiuvant
5 mala propulsando, ignoranciam illuminant secreta revelando, maliciam purgant ad opera excitando, concupiscenciam sedant vite gaudia instillando, quoniam gustato spiritu desipit omnis caro, secundum Gregorium. Et quoniam humilitas exaltat, ideo post humilitatem ministracionis sequitur felicitas fruicionis, cum dicitur: semper vident etc. Que visio est tota merces ministracionis. Aristoteles in Ethicis X.: Actus angelorum, quod agunt in excellencia sue glorie, est
10 speculacio, id est Dei contemplacio. Et in ista contemplacione hoc est maxime optimum, quod semper vident, non ad horam. Bernardus super Cant.: Illam visionem nulla interpolat vicissitudo. Nam quod apparet, ut invariabile in se est, ita invariabiliter intuentibus presto est. Est eciam maxime optimum in hac visione,
15 quod vident faciem, in qua est perfectissima cognicio hominis. Per quod intelligitur, quod ipsi perfectissime cognoscunt Deum, quantum possibile est creature. Describitur autem hec facies ab Augustino VIII. De Trinitate: Bona facies est dimensa pariliter, affecta ilariter, colorata luculenter. Dimensam pariliter dicit propter equalitatem Trinitatis, quia una persona non est minus, quam tres, nec
20 tres maius aliquid, quam una. Augustinus VIII. De Trinitate: Tanta est equalitas in Trinitate, ut non solum Pater non sit maior, quam Filius, sed nec Pater nec Filius simul maius aliquid sint, quam Spiritus Sanctus, aut quelibet persona |
minus aliquid sit, quam ipsa Trinitas. Affectam ilariter dicit propter felicissimam iocunditatem beatissime Trinitatis. Augustinus VI. De Trinitate: In illa Trinitate
25 summa origo est omnium rerum, et perfectissima pulchritudo, et beatissima delectacio. Coloratam luculenter dicit propter immensitatem lucis inaccessibilis. I Tim. VI.: Lucem habitat inaccessibilem. Sciendum est autem, quod dispositio precedens hanc visionem est purgacio cordis. Illi enim possunt videre, qui sunt mundo corde, Mt. V^o. Augustinus: Deus est res invisibilis, non oculo, sed
30 corde querendus est. Sed quemadmodum si solem istum videre volumus, oculum corporis purgamus, quo videri lux potest, volentes videre Deum, oculum cordis purgemus, quo Deus videri potest. Dispositio vero consequens hanc visionem est delectacio cordis. Qui enim vident eum, delectantur in eo, quoniam delectabile est oculis interioribus videre solem eternum, Eccles. XI^o. I^a Pe. II^o:
35 In quem desiderant angeli prospicere. Bernardus super Cant.: Quibus apparet, nichil videre desiderabilius volunt, nichil delectabilius possunt. Rogemus ergo etc.

83d

18 dimensa: M divisa 18 Dimensam: M Divisam

3 Beda Ven. – ubi? 7 Greg. M. – ubi? 10 Aristot. – ubi? 12 Bern. serm. in cant. 31,1; PL 183,940D 17 Aug. trin. 8,3,4; PL 42,949 20 Aug. trin. 8, proem.; PL 42,947 24 Aug. trin. 6,10,12; PL 42,932 27 1 Tim. 6,16 29 Mt. 5,8 29 Aug. in epist. Ioh. 7,10; PL 35,2034 34 Eccle. 11,7 34 recte 1 Pt. 1,12 35 Bern. serm. in cant. 31,1; PL 183,940D

123. <DE ANGELIS IN DIE SANCTI MICHAELIS>

Sermo tercius

Numquid est numerus militum eius, et super quem non fulget lumen illius? Iob XXV. Gregorius in omelia: Sunt nonnulli, qui amant et ardent et loquen-

5 do alios accendunt, et quos verbo tangunt, ardere in amore faciunt. Quid ergo istos, nisi seraphim dixerim, quorum cor in igne conversum lucet et urit. Rogemus ergo Deum, ut et nunc in presenti predicacione faciat ardere et accendere. Numquid est numerus. Dictum viri sapientis tria commendat in milicia exercitus celestis, scilicet multitudinem, fortitudinem et pulchritudinem. Habent enim

10 multitudinem in personarum numerositate. Et quo ad hoc dicitur: Numquid est numerus militum eius, quasi diceret: non. Et revera apud nos non est diffinitus numerus militum Dei, sed apud Deum, sic qui numerat etiam multitudinem stellarum. || Hoc autem, quod omnipotens Deus tam multos condidit angelos,

15 primò, divinam commendat maiestatem, quoniam in multitudine populi consistit dignitas regis, Glosa: Christi, Prover. XIII. Unus enim Dominus et unus rex est, qui frequentia civium, non depulsione letatur, ut dicit Boecius De consolacione. Secundo, nostram procurat utilitatem, quia omnes sunt amministratorii spiritus in ministerium missi. Et quanto plures sunt, tanto magis nobis suffragantur. Quoniam ex hoc habemus et honoracionem. Ieronimus Mt. XVIII.: Magna

20 dignitas animarum, ut unaqueque anima habeat ab ortu nativitatis in custodiam sui angelum delegatum. Chrisostomus in sermone: Intellige, quantus honor nobis existat, ut ad nos sicut ad amicos suos angelos destinet Deus. Et tuicionem. Zach. IX.: Circumdabo domum meam ex hiis, qui militant michi. Tercio, mutuum augmentat iocunditatem. Quoniam qui cum multis gaudet, magis gaudet,

25 sicut ex pluribus lignis maior fit ignis. Augustinus IIII. Confessionum: Quando cum multis gaudetur, in singulis uberius est gaudium, quia fervere faciunt se et inflammantur ex alterutro. E converso autem dicit Tullius, quod nullius rei sine socio iocunda est possessio. Quarto, demoniacam refrenat iniquitatem. Quanto enim plures, tanto sunt efficaciores resistere malignis spiritibus. Inde est, quod

30 Eliseo ostensus est mons plenus curruum et equorum igneorum et dictum est puero pusillanimitas: Noli timere, plures nobiscum sunt, quam cum illis, scilicet Syris, id est demonibus. Plures enim sunt boni angeli, quam mali, ideo potenter possunt eos expugnare et numero et virtute, III Reg. VI^o. Dicuntur autem angeli currus, in quibus multa copulata volvuntur, ut ibi: Currus | Dei X milibus multi-

35 plex. In quo signatur coniuncta eorum societas eo, quod concorditer ascensu uno elevantur ad divina. Dicuntur et rote, quia sicut rota in semetipsam revolvitur et circa unum et idem centrum semper movetur, sic spirituales rote in semetipsas revolvuntur et circa centrum suum, id est Deum, contemplando moventur, quia desiderium eorum est inextingwibile, et quod desideratur inconprehensibile. Dicuntur et equi. Quandoque albi, quantum ad nudam et apertam Dei

40 cognicionem. Quandoque nigri, quantum ad occultam divine maiestatis incom-

84a

84b

6 urit: M in marg., corr. ex uret

4 Iob 25,3 4 Greg. M. in evang. 34,11; PL 76,1253C 15 recte Prov. 14,28 16 Boeth. cons. 1, prosa 5; PL 63,642A 19 Hier. in Matth. 18,10-11; PL 26,135A 21 Ioh. Chrys. — ubi? 23 Zach. 9,8 25 recte Aug. conf. 8,4,9; PL 32,752 27 recte Sen. epist. 6,4 33 4 Reg. 6,16 34 Currus Dei: Ps. 67,18

prehensibilitatem. Niger enim color tenebrosus est et visum repellit. Quandoque
rubei propter ignitum fervorem voluntatis. Quandoque varii propter diversita-
tem virtutum et officiorum. Habent etiam fortitudinem in pugnarum strenuitate.
Et quo ad hoc dicitur: militum eius. Militant autem Deo multipliciter. Primo,
5 divinas decantando laudes. Is. VI.: Clamabant seraphin alter ad alterum: Sanctus, sanctus, sanctus. Dionisius VI. Angelice ierarchie: Alii multum laudabilem
et venerandissimam illam reclamant theologiam: Sanctus etc. Damascenus II.
libro: Unum opus habent: impnis laudare Deum. Secundo, aereas expugnando
potestates. Iudi. V^o: Stelle, id est angeli, pugnaverunt contra Sisaram, id est Lu-
10 ciferum. Gregorius in *Moralibus*: Angelicos spiritus Dei milites dicimus, quia
eos decertare contra aereas potestates scimus. Gregorius in *omelia*: Potestates
vocantur hii, qui in suo ordine hoc potencius perceperunt, ut eorum dicioni vir-
tutes adverse subiecte sint, quorum potestate refrenantur, ne corda hominum
tantum temptare valeant, quantum volunt. Tercio, custodiendo homines in mun-
15 do. Angelis enim suis Deus mandavit, ut custodiant homines in omnibus viis
suis. Eccli. XVII.: In unamquamque gentem || posuit rectorem, Glosa: ange-
lum. Damascenus II.: Custodientes partes terre gentibus et locis presidentes et
nobis sunt semper auxiliantes. Quarto, collocando animas in celo, quoniam ip-
sis tradidit Deus animas sanctorum, ut perducant eas in paradisum exaltacionis.
20 Lu. XVI.: Mendicus portatus est ab angelis in sinum Abrae. Prover. XXV^o:
Nunccius fidelis de terra longinqua. Beda: Cottidie angeli de patria descenden-
tes in mundo iustos vel in temptatione roborant, vel finito certamine ad palmam
portant. Habent etiam pulchritudinem in graciaram copiositate. Et quo ad hoc
dicitur: super quem non fulget lumen illius. Ffulget autem super ipsos multiplex
25 lumen. Primo, nature clarissime. Eccli. XXIII.: Ego feci in celis, ut oriretur
lumen indeficiens, id est angelica natura perpetua stabilitate firmata. Damasce-
nus: Angelus est substantia intellectualis, incorporea, Deo ministrans. Secundo,
sciencie subtilissime. II Reg. XIII.: Habet sapienciam angelus Dei. Augustinus
De civitate Dei: Sicut habent angeli permanendi eternitatem, ita cognoscendi fa-
30 cultatem. Habent enim deiformem intellectum, secundum Dionisium. Et sicut
Deus videt omnia facienda sine collacione, ita et angeli. Visio enim angeli su-
bito fit, quia nec videt per radium, nec apprehendit per sensum. Et ideo dicit
Gregorius in *Moralibus*: Sciencie eorum longe super nos incomparabiliter dila-
tantur, quia ipsum fontem sciencie contemplantur. Tercio, gracie copiosissime.
35 Angeli enim naturaliter super omnia corporalia constituti immediate Deo sunt
coniuncti. Unde copiosius et multiplicius ab illo graciaram hauriunt et vicinius
contemplando respiciunt. Iob XXXVII.: Subter omnes celos, id est angelos, ce-
lorum cives ipse considerat, scilicet benigna providencia implendi eos gracia
sua, et | lumen illius, id est donum gracie eius, super terminos terre, id est an-

84c

84d

19 perducant: M perducatur 37 Subter: M Super

5 Is. 6,3 6 Ps. Dion. Areop. – ubi? 7 Ioh. Damasc. fid. orth. 2,3; cf. PG 94,871C 9 Iud.
5,20 10 Greg. M. moral. 17,13,19; PL 76,20D 11 Greg. M. in evang. 34,10; PL 76,1251C
16 Eccli. 17,14 17 Ioh. Damasc. fid. orth. 2,3; cf. PG 94,871A 20 Lc. 16,22 20 Prov.
25,25 21 Beda Ven. – ubi? 25 Eccli. 24,6 27 Ioh. Damasc. fid. orth. 2,3; cf. PG 94,886A
28 2 Reg. 14,20 28 Aug. – ubi? – cf. Ps. Bern. hum. cond. 4,11; PL 184,492C 30 cf. Ps.
Dion. Areop. coel. hier. 15,2; Dionysiaca 994 33 Greg. M. moral. 2,3,3; PL 75,556C 37 Iob.
37,3

- gelos, in quibus finita est terrenitas. Divine enim voluntati omnino se coaptant, nec per aliquod desiderium iniquitatis in aliquo ab eo discordant. Puri enim sunt et absoluti ab omni corpulencia et appetitu eorum, quia Christi sunt. Quarto, glorie excellentissime. Si enim iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui, tunc
 5 non minus angeli, et forte magis. Unde Michael gloriosus apparuisse fertur in conspectu Domini indutus decore a Domino etc.

124. DE S(ANCTO) IERONIMO DOCTORE
 (Sermo primus)

- Eruditus in verbo reperiet bona, Prover. XVI. Ex verbis istis commendatur in
 10 Sancto Ieronimo studium sacre sciencie, cum dicitur: Eruditus in verbo. Et fructus sancti studii, remuneratio glorie, cum dicitur: reperiet bona, Glosa: eterna. Dico autem, quod sanctus doctor iste fuit eruditus. Primo, in animo per scienciam. Ipse est enim, quem implevit Dominus spiritu sapiencie et intellectus, Eccli. XV^o. Qui fuit unus de eruditis cordis in sapiencia, quem Deus posuit in
 15 mundo ad illuminationem, sicut solem in celo et lucernam in candelabro, de quo potest intelligi, quod dicitur Eccli. XXVI.: Lucerna splendens, id est homo sapiens, super candelabrum sanctum, id est auctoritatem ecclesiasticam. Secundo, fuit eruditus in verbo per doctrinam, ut dicitur hic: Eruditus in verbo etc. Quia non solum in se fuit eruditus per scienciam, sed etiam alios erudit per doctrinam, secundum quod dicitur Prover. X.: Labia iusti erudiunt plurimos. Prover.
 20 XIII.: In corde prudentis requiescit sapiencia et indoctos quosque erudiet. Erudit autem multipliciter, quia verbis et scriptis et exemplis. Et excellenter, quia litteralibus et allegoricis. Transtulit enim Bibliam ad litteram et luculenter exposuit eam. Et utiliter, quia cum verbo dedit et exemplum. Quoniam artissimam
 25 vitam tenuit, ut ipse dicit in epistolis suis. Et sicut gallus, antequam cantet, se percutit, sic ipse prius se || afflixit, quoniam alios docuit. Et finaliter, quia usque
 30 ad ultimam senectutem, ita ut per funem trabis elevaretur de lecto ad studium sancte leccionis. Tercio, fuit eruditus in opere per execucionem mandatorum Dei, (iuxta) illud, quod legitur Exo. XXXVI^o, quod omnis vir eruditus sponte se obtulit ad faciendum opus. Quarto, in conversacione per ostensionem boni exempli. Ps.: Constituit eum Dominus dominum domus sue, quia primo fuit presbiter cardinalis, postmodum rector cenobii monachalis, ut erudiret, scilicet per exemplum et verbum, principes eius, id est alios prelatos, sicut semetipsum. Et quoniam sic fuit eruditus et eruditor aliorum, ideo reperit bona. Hec
 35 sunt autem, que dicuntur bona in scripturis, scilicet cultus divinitatis. Eccli. 46.: Bonum est obsequi sancto Deo. Opus caritatis. Gal. VI.: Operemur bonum ad omnes. Affectus imitacionis. Ps.: Ecce, quam bonum. Studium veritatis. Ps.: Bonum michi lex ori. Gaudium eternitatis. Mt. 17.: Bonum est nos hic esse, scilicet in loco glorie, ubi Christus videtur glorificatus. Et quoniam habuit hec omnia,
 40 iuste dicitur reperisse bona etc.

85a

21 indoctos: M inindoctos

9 Prov. 16,20 14 Eccli. 15,5 16 Eccli. 26,22 20 Prov. 10,21 20 Prov. 14,33 29 Ex. 36,2 31 Ps. 104,21-22 35 Eccli. 46,12 36 Gal. 6,10 37 Ps. 132,1 37 Ps. 118,72 38 recte Mt. 15,4

125. (DE SANCTO IERONIMO DOCTORE)
Sermo secundus

Dedit illi in preceptis suis potestatem docere Iacob testimonia et in lege sua
 5 lucem dare Israel. Quia contra illum steterunt alieni, et propter invidiam circum-
 dederunt illum homines in deserto, Eccli. 45. Hoc dictum est de Aaron, primo
 sacerdote, sed potest accipi etiam de Sancto Ieronimo, magno presbitero et doc-
 tore, quoniam et ipsi dedit Deus in preceptis suis, id est in scripturis, in quibus
 continentur precepta sua, multiplicem potestatem, scilicet discendi per ingenium,
 10 docendi per verbum, faciendi per effectum, explanandi per scriptum, dispensan-
 di per cenobium. Dico ergo, quot dedit illi in preceptis suis potestatem. Primo,
 discendi per bonum ingenium. Nam et hoc donum Dei est. Sap. VII.: Ipse dedit
 michi | horum, que sunt, intelligenciam ultra naturam. Ps.: Dilata os tuum, sci-
 15 licet desiderio discendi, et implebo illud, scilicet sciencia intelligendi. Eze. III.:
 Aperui os meum. Quod fit, cum puer ad litteras et primo discit 'a', quod cum
 apercione oris pronuncciatur. Et cibavit me volumine, id est intelligencia scriptu-
 re. Gregorius: Tociens ad os cordis nostri quasi manum porrigit, quociens nobis
 intellectum aperit. Dicit autem Avicenna VI. Naturalium, quod ad discendum
 necesse est, quod materia forme interioris sit multum facilis ad imprimendum
 20 ei, ad quod non facit, nisi humor. Ideo humide complexionis homines sunt bo-
 ni ingenii et faciliter apprehendunt, sicut aqua faciliter recipit impressiones. Et
 signum huius est, quod ponit Aristoteles in II^o De anima, quod qui sunt bo-
 ni tactus et molles carne, sunt apti mente. Quod etiam verum est spiritualiter,
 quod qui habent humidiora devocionis ad Deum et facilitatem obediencie ad
 25 magistrum, bene adiscunt. Et hanc potestatem habuit sanctus iste, quia puer Ro-
 me baptizatus est et litteris Grecis, Latinis et Hebraicis plenissime eruditus est.
 Secundo, dedit ei in preceptis suis potestatem docendi per verbum, et de hoc
 specialiter dicitur hic: Dedit illi potestatem docere Iacob. Exo. III^o: Ego ero in
 ore tuo doceboque te, quid loquaris. Et ista potestas veraciter est a Deo, quia
 30 dicit Origenes super Exodum: Eorum qui verba Dei locuntur, os Deus aperit,
 eorum vero, qui locuntur mendacium, falsum testimonium, turpitudines, detrac-
 ciones, os diabolus aperit. Tercio, faciendi per effectum. Eze. XX.: Ffaciam ut
 in preceptis meis ambuletis et operemini. Nam sine Deo nec bonum cogitatur in
 corde, nec desideratur in voluntate, nec perficitur in opere. Unde Bernardus in li-
 bro (De libero) arbitrio: Deus tria hec, scilicet bonum, cogitare, velle, perficere,
 35 operatur in nobis. Primum sine nobis, secundum in nobis, || tertium nobiscum
 facit. Siquidem immittendo bonam cogitacionem nos prevenit, immutando etiam
 malam voluntatem sibi per consensum iungit, ministrando consensui facultatem
 foris per aptum opus nostrum internus opifex innotescit. Quarto, explanandi per
 40 scriptum. Unde vox est sibi conveniens Sap. VI.: Ab inicio nativitatis investiga-
 bo, quia pene ab ipsis amabilis inter grammaticos et rethoricos et philosophos

85b

85c

11 discendi: M docendi 12 ultra: M *suprascr.* 26 ei: M eis 28 veraciter: M *iter. et corr.* 32 Deo: M *suprascr.*

5 Eccli. 45,21-22 11 Sap. 7,17 12 Ps. 80,11 13 *recte* Ez. 3,2 16 Greg. M. in Ezech. 1,10,5; PL 76,887C 17 Avicenna - *ubi?* 21 Aristot. - *ubi?* 27 Ex. 4,12 29 Orig. - *ubi?* 31 *recte* Ez. 36,27 33 Bern. lib. arb. 14,46; PL 182,1026B 39 Sap. 6,24

decretus fuit, et ponam in lucem, id est in manifestacionem, scilicet per exposicionem, scienciam illius. Hinc est, quod dicit in Prologo libri Iob: Ego Christianus et vexillum crucis in mea fronte portans, cuius studium fuit obmissa repetere et depravata corrigere et sacramenta ecclesie puro sermone aperire. Et hoc fuit sibi
 5 datum a Christo, qui est sapiencie dux et sapiencium emundator, in cuius manus sumus nos et sermo, Sap. VII^o. Quinto, dispensandi perfectum cenobium. Ffuit enim primum presbiter cardinalis, postmodum prelati monachalis. Ideo potestatem habuit dispensandi in statutis monasticis. Leo papa: Ubi necessitas fuerit ad utilitatem ecclesie, qui potestatem habet sanctorum, primum instituta
 10 dispenset. Ex necessitate enim fit mutacio legis. Specialiter autem loquitur istud dictum de potestate docendi, quia dicitur: Dedit illi potestatem docere, id est ut doceret. Cuius doctrina designatur materia, effectus et subiectum susceptibile. Materia doctrine fuerunt testimonia et lex, id est ewangelium et Penthatheucus, ut testimonium referatur ad ewangelium. Quoniam ewangelium proprie dicitur
 15 testamentum, quod confirmatum est morte testatoris, Hebre. IX. Lex autem ad Penthatheucum, quoniam | doctrina data per Moysen proprie dicitur lex. Io. I^o: Lex per Moysen data est. Docuit ergo testimonia legis et legem, id est ewangelium, et illud, quod proprie lex appellatur. Effectus doctrine sue fuit illuminacio auditorum ab ore suo et inspiciencium in scriptis suis, quod notatur, cum dicitur:
 20 Dedit illi potestatem docere et lucem dare. Et secundum sequitur ad primum, quia docti illuminantur. Unde Rabanus Ecc. XII.: Quanto quis ardencius legem Dei discit, tanto magis illustratur lumine science. Susceptibile doctrine fuit Iacob et Israel, id est activi et contemplativi. Nam Iacob, qui est urebatur et gelu, significat activos, Israel autem, qui vidit Dominum a facie ad faciem, con-
 25 templativos, qui omnes docti sunt a sapiencia Sancti Ieronimi. Unde conpetit sibi vox illa Eccli. XXIII.: Illuminabo omnes sperantes in Domino. Dicit autem Boecius in libro De consolacione: Aput improbos mores semper periculis est la-cescita sapiencia in his, qui moribus philosophie instituti, studiis improborum dissimiles videbantur. Ideo post claritatem sciencie vite et doctrine sequitur in
 30 eo persecucio invidie, cum dicitur: Contra illum steterunt alieni, id est heretici. Qui dicuntur alieni propter defectum fidei, homines vero propter infeccionem peccati, quia homo hic sonat carnalitatem, sicut I^o Cor. III.: Secundum hominem ambulatis. Et isti dicuntur fuisse in deserto, quia deserti erant a Deo et gracia. Isti inviderunt ei propter claritatem sapiencie sue, sicut bubo non potest susti-
 35 nere lucem solis. Urit enim fulgore suo, qui pregravat, id est autenticat, artes infra se positas, id est quos suscepit elucidandas, ut dicit Oracius in epistolis.

11 quia: M qui 11 docere: M *corr. ex* docendi
 35 pregravat: M pregravata

32 carnalitatem: M incarnalitatem

2 Hier. – ubi? 6 Sap. 7,15 8 Leo M. – ubi? 15 Hebr. 9,17 16 Io. 1,17 21 Hraban.
 – ubi? 26 Eccli. 24,45 27 Boeth. cons. 1, prosa 3; PL 63,608A 32 1 Cor. 3,3 36 Hor.
 epist. 2,1,13–14

126. DE SANCTO DIONISIO
(Sermo primus)

Lucerna splendens super candelabrum sanctum, Eccli. XXVI. Beatus Dionisius cum || laudes describeret angelicas, ducem sui sermonis Christum fieri
5 postulavit, ut habetur III. Angelice ierarchie. Et nos, cum laudes Beati Dionisii hominis angelice vite dicere debeamus, ducem sermonis nostri Christum fieri similiter postulemus, quoniam ipse est sapientie dux et sapientium emundator, in cuius manu sumus nos et sermones nostri. Lucerna splendens divina sapientia, cuius domicilium fuit Sancti Dionisii anima, a tribus in hiis verbis commen-
10 datur, scilicet a luculencia, quando dicitur: Lucerna splendens. Ab eminencia, quando dicitur: super candelabrum. A mundicia, quando dicitur: super candelabrum sanctum. Quantum ad primum commendatur ex comparacione. Quia alie sciencie ut plus sunt lucerna, hec sola est lucerna splendens. Propter quod dicitur Sap. VII.: Omne aurum, scilicet sapientie mundane in comparacione illius, scilicet sapientie divine, arena est exigua. Quantum ad secundum conmmenda-
15 tur ex ordine. Quia alie omnes sciencie sunt subter istam, hec autem est super omnem aliam mundanam sapientiam. Ideo dicitur: super. Et iuxta hoc dicitur eciam Sapientie VII.: Luci, scilicet secularis sciencie, comparata prior invenitur, id est alcior et dignior. Quantum ad tercium commendatur ex mansione, quia
20 alie sciencie frequenter reperiuntur in perversis, hec tantum manet in sanctis. Ps.: Tu autem in sanctis habitas. Est autem triplex lucerna. Una est ignorancia heretici, secunda est sapientia mundi, tertia sapientia fidei. Prima est dampnosa et ideo detestabilis, de qua scriptum est Iob XVIII.: Lux, scilicet rationis, obtenebrata est in tabernaculo eius, id est in corde, et lucerna, scilicet falsi nominis sciencie, que super eum est, exstinguetur. Secunda est curiosa et ideo
25 inutilis, de qua dicitur in epistola Ieremie: Lucernas, scilicet scienciarum, accendunt, scilicet studendo, et quidem multas, quia diversas addiscunt seculares sciencias, ex quibus nullam videre possunt, quia per nullam illarum cognoscunt Deum cognicione amoris et experientie. Et istis dicitur Eccli. III.: In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter. Seneca: | Quid te torques in ea quescione,
30 quam utilius est contempsisse, quam solve. Indignor nonnullos ex eo tempore, quod vix ad necessaria sufficit, magnam partem in supervacua erogare. Tercia est fructuosa et ideo desiderabilis, ut testatur actor libri Sapientie: Super salutem et speciem dilexi sapientiam, Sap. VII. Per hanc enim sapientiam sanati sunt omnes, quicumque placuerunt Deo. Sciencia ergo fidei, que est ipse Christus, dicitur lucerna propter naturam sanctissimam, quia fuit in eo cera carnis producta de floribus, id est de purissimis sagwinibus Beate Virginis, secundum Damascenum. Papyrus anime rationalis. Sap. VIII.: Sortitus sum animam bonam. Sed lucerna cum hac addicione: splendens, dicitur propter gratiam plenissimam. Io.
35 I^o: Plenum gracie. Habet autem hec lucerna duplicem splendorem, scilicet inte-

16 autem: M add. et del. sunt 28 nullam: M ulla 32 ad: M corr. ex ex

3 Eccli. 26,22 5 Ps. Dion. Areop. coel. hier. 1,2; Dionysiaca 729 7 ipse est: Sap. 7,15
14 Sap. 7,9 18 Sap. 7,29 21 Ps. 21,4 23 Iob 18,6 26 Bar. 6,18 29 Eccli. 3,24
30 Sen. epist. 49,6 et 5 34 Sap. 7,10 34 Per hanc: Sap. 9,19 38 Ioh. Damasc. – ubi?
38 Sap. 8,10 39 Io. 1,14

- riorem et exteriorem. Interiorem iterum triplicem, scilicet divinitatis sibi unite, quoniam Deus erat in Christo, II Cor. V^o. Glosa Lu. I.: Lux incorporea divinitatis corpus in Maria suscepit humanitatis. Sapiencie et sciencie sibi collate. In ipso enim sunt thesauri sapiencie et sciencie absconditi, Col. II. Virtutis et gracie
- 5 sibi infuse. Prover. XXI.: Thesaurus desiderabilis, scilicet virtutum, et oleum, scilicet gracie, in habitaculo iusti, id est in corde Christi. Exteriorem splendorem eciam triplicem habuit. Primus est virtus miraculorum, secundus victoria inimicorum, tercius sanctitas exemplorum et operum bonorum. Primus splendor philosophos prostravit. Unde et Dionisius ad illuminationem ceci dicitur fuisse
- 10 conversus et proconsul credidit, cum vidisset subitam Elime magi execucionem, Act. XIII. Bernardus super Cant.: Intonat tuba salutaris, coruscant miracula et mundus credit. Cito persuadetur, quod dicitur, dum quod stupetur, ostenditur. Secundus tyrannos superavit, quos martires paciencia vicerunt. Unde Gedeon fugavit Madian cum tubis, scilicet predicacionis, et lagenis, id est corporibus || 86c
- 15 in martirio expositis, cumque confregissent, scilicet per mortem, lagenas, id est corpora sanctorum, apparuerunt lampades, id est claruerunt in mundo victoriae eorum, Iud. VII. Tercius conversos illuminavit iuxta illud Mt. V^o: Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant etc. Lu. XII. Precipimur tenere in manibus lucernas ardentes, ut scilicet proximis nostris per bona opera lucis exempla
- 20 monstremus, secundum Gregorium. Hec lucerna perutilis est nobis, quoniam per eam iter ambulantibus ostenditur. Ps.: Lucerna pedibus meis, Glosa: Christus est lucerna, qui lucet in nocte huius seculi ut lucerne radius. Res perdita reperitur. Lu. XV.: Mulier, divina sapiencia, accendit lucernam, quando posuit divinitatem in humanitate, et everrit domum consciencie peccatoris, et invenit dragmam, id
- 25 est animam perditam. Homo sibi manifestatur. Prover. XX.: Lucerna Domini spiraculum hominis. Beda: Cum Deus mentem hominis illuminat, eam sibimetipsi manifestat, que ante malas cogitationes portabat et pensare nesciebat. Et quoniam sapiencia in altissimis habitat, ideo hec lucerna dicitur fuisse super candelabrum sacrum, id est Beatum Dionisium, qui quoniam fuit lucidus, dicitur
- 30 candelabrum, quod est sustentaculum luminis. Et quia fuit mundus, ideo dicitur candelabrum sanctum, quem Deus ab errore gentilitatis remotum illuminavit et sanctificavit. Act., XVII.: Quidam viri adherentes Paulo crediderunt, in quibus et Dionisius Ariopagita. Istud candelabrum sanctum describitur Zach. III., ubi dicitur: Vidi, et ecce candelabrum aureum totum, scilicet propter consummacionem
- 35 totius bonitatis in ipso. Septem lucerne huius candelabri sunt VII artes, triviales et quadriviales, que fuerunt in eo lucentes et eminentes. Unde et Athenis cunctis philosophis prefuit. Septem infusoria fuerunt VII dona, VII arcium regimenta. Nam donum timoris | regimentum est puerorum in grammatica, 86d
- 40 quasi capiti presidens fuit superintellectualis sciencia. Due olive. Una sciencia moralis a sinistris, que stillat oleum doctrine illuminatricis et vicia ab affectu propellit. Alia sciencia naturalis a dextris, que creaturas ad consideracionem

24 everrit: M evertit 36 quadriviales: M quadruviales

2 2 Cor. 5,19 4 Col. 2,3 5 Prov. 21,20 11 Act. 13,12 11 Bern. serm. in cant. 59,9;
PL 183,1065D 17 Iud. 7,16 17 Mt. 5,16 18 Lc. 12,35 20 Greg. M. in evang. 13,1;
PL 76,1124A 21 Ps. 118,104 23 Lc. 15,8-9 25 Prov. 20,27 26 Beda Ven. - ubi?
32 Act. 17,34

dextere, id est beatitudinis eterne, adduxit. Vel due olive sunt duo socii Dionisii, scilicet Rusticus et Eleuterius. Locus vero huius candelabri est templum, quia Sanctus Dionisius hodie translatus est ad celum.

127. (DE SANCTO DIONISIO)

Secundus sermo

5

Ex Egypto vocavi filium meum, Osee XI. Veritas huius dicti impleta fuit in conversione Sancti Dionisii, quem vocavit Deus ex Egypto, id est de tenebris gencium, ut per eum lucem sanctam illuminaret ecclesiam suam, sicut testatur vox sibi conveniens, Gal. I.: Vocavit me per gratiam suam, ut revelaret Filium suum in me. Notificatur autem in hiis verbis vocacionis eius terminus „a quo” et „ad quem”. Vocatus est enim de errore gentilitatis ad gratiam filiacionis. Ffuit ergo terminus vocacionis eius „a quo”: Egyptus. Interpretatur autem Egyptus tenebre et denominat in scripturis gentilitatis errorem, ut Is. IX.: Populus, qui ambulabat in tenebris. Iniquitatis operacionem, ut Ro. XIII.: Abiciamus opera tenebrarum. Seductoris temptacionem, ut Iob XXXIII.: Non enim perii propter imminentes tenebras, id est infestantes temptaciones. Ignorancie cecitatem, ut in Psalmo: Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulant, Glosa: excecati sunt. Culpe infeccionem, ut Exo. X.: Super terram Egypti erant tenebre dense, id est multitudo peccatorum, tribus diebus, id est per tres vires anime. Gehenne cruciacionem, ut Iob XVIII.: Expellet eum de luce ad tenebras. Cum ergo ex hiis malis, que per tenebras designantur, Sanctum Dionisium Dominus vocaverit, iuste dicitur: Vocatus ex Egypto. Ideo autem Dominus in- || fidelitatem Egyptum nominavit potius, quam aliam terram, quoniam in Egypto maior erat idolatria et quo ad multitudinem deorum et quo ad irrationabilitatem tales deos colencium. Nam de multitudine deorum Egypti glorians Hermes Egypcius sic dixit: Egyptus imago celi est, vel si verius dicendum est, terra nostra tocus mundi templum. De irrationabilitate vero colencium tales et tam multos deos, dicit Iuvenalis in ultima egloga libri sui: Qualia demens Egyptus portenta colit, cocodrillon adoratur pars hec, illa pavet saturam serpentibus ibim. Opida tota canem venerantur, porrum et cepe nefas violare ac frangere morsu. O sanctas gentes, quibus hec nascuntur in ortis numina! lavatis animalibus abstinet omnis mensa, nefas illic fetum iugulare capelle. Et quoniam erat caput idolatrie, ideo primum ibi Deus incarnatus idolatriam contrivit. Is. XIX.: Ingredietur Egyptum et corruent simulacra Egypti. De termino vocacionis eius, „ad quem” dico, quod Dominus ipsum et alios vocat primo, ad gratiam filiacionis, sicut nunc dicitur: Ex Egypto vocavi filium meum. Ad hoc enim vocat, ut filios faciat. Io. I.: Dedit eis potestatem. Et quoniam Pater est, dileccio debetur ei ex parte nostra, quia dicit Philosophus in Moralibus: Vicissitudinaria dileccio debet esse filiorum erga parentes. Aristoteles in Ethicis: Filii amant parentes eo, quod fieri ipsorum est ab ipsis. Sed conquerens de ingratitude nostra Deus noster dicit

87a

6 Os. 11,1 9 Gal. 1,15 13 Is. 9,2 14 Rom. 13,12 15 recte Iob 23,17 17 Ps. 81,5 18 Ex. 10,21 20 Iob. 18,18 25 Herm. Trism. – Asclepius III,24b; Hermetica 1,340
28 Iuv. 15,1–3 et 7–10 33 Is. 19,1 36 Io. 1,12 38 Vicissitudinaria dileccio – quis et ubi?
39 Aristot. eth. Nic. 8,14

Mal.: Si ego pater sum, ubi est amor meus? Quidam enim similes sunt vipere, que occidit matrem in ortu suo, et catulo, qui cecus nascitur et genitorem non agnoscit, et pullis perdicum | et coturnicum, qui statim nati deserunt matrem. De qualibus I Reg. VIII.: Non ambulaverunt filii illius in viis eius. Sed nobis
 5 dicit pater noster Deus Ier. III.: Patrem vocabis me et post me ingredi non cessabis. Secundo, ad mundiciam sanctitatis. I Tess. IIII.: Non vocavit nos Deus in immundiciam, sed in sanctificationem. I Pe. II.: Vocavit nos sanctum, ut in omni conversacione sancti sitis. Tercio, ad intelligenciam veritatis. I Pe. II.: De tenebris vocavit nos in admirabile lumen suum. Mt. XV.: Vocavit duos cecos
 10 et illuminavit eos. Quarto, ad penitenciam perpetrata iniquitatis. Lu. IX.: Veni vocare peccatores ad penitenciam. Is. XXII.: Vocavit Dominus ad fletum et ad planctum et ad cingulum sacci. Quinto, ad pacienciam sustinende adversitatis. I Pe. II.: Si beneficientes patienter sustinetis, hec est gracia apud Deum, id est per hoc efficiemini grati Deo, in hoc enim, id est ad hoc, vocati estis, scilicet
 15 ut patienter sustineatis. Sexto, ad gloriam promerite felicitatis. I Pe. V.: Vocavit nos in eternam suam gloriam. Apo. XIX.: Beati, qui ad cenam nupcialiam agni vocati sunt.

87b

128. DE S(ANCTO) LUCA
 (Sermo primus)

20 Designavit Dominus et alios LXXII et misit illos ante faciem suam, Lu. X. I Tim. II.: Wlt omnes homines salvos fieri. Omnes autem homines distinguuntur in Iudeos et gentes. Lu. XV.: Homo quidam habuit duos filios, Glosa: Iudeos et gentes. Iudei sunt distincti per XII tribus, gentes in LXXII liguas. Ut ergo omnes homines venirent ad veritatem, primo, elegit XII apostolos propter XII tribus
 25 Israel. Secundo, LXXII^{os} discipulos propter totidem nacionum populos, ut numerus predicatorum concordaret cum numero liguarum. Et isti designantur per XII || fontes et LXX palmas, Exo. XV. Sanctus autem Lucas non fuit de numero
 30 istorum, sed de ordine istorum, quia dicit Glosa super isto verbo Exo. XXV.: Duo circuli sint in latere uno et duo in altero, quod duo ewangeliste Christo in carne predicatorum adhererunt, duo alii post ascensionem eius ad fidem venerunt et discipuli apostolorum facti sunt. Quare ergo fui de discipulis secundi ordinis, ideo legitur de ipso illud evangelium, in quo agitur de missione discipulorum secundi ordinis. In quo narratur eleccio discipulorum, cum dicitur: Designavit Dominus. Et missio electorum, quando dicitur: et misit illos binos. Et informacio misso-
 35 rum, quando dicitur: Nolite portare sacculum. Sciendum est autem, quod electi apostoli designantur duplici signo, scilicet interius et exterius. Et sicut in apostolis forma est episcoporum, sic in discipulis forma est presbiterorum. Qui interius designantur inpressione characteris, quo spiritualis potestas datur ordinato et officium. Est autem character distincio inpressa anime rationali a caractere eterno

87c

29 duo: M due 32 quo: M qua 33 quo: M qua

1 Mal. 1,6 4 1 Reg. 8,3 5 Ier. 3,19 6 1 Thess. 4,7 7 1 Pt. 2,15 8 1 Pt. 2,9
 9 recte Mt. 20,32 10 recte Mt. 9,13 11 Is. 22,12 13 1 Pt. 2,20 15 1 Pt. 5,10
 16 Apoc. 19,9 20 Lc. 10,1 21 1 Tim. 2,4 22 Lc. 15,11 27 Ex. 15,27 28 Ex. 25,12

secundum imaginem consignans trinitatem creatam Trinitati creanti et recreanti, et distinguens a non consignatis secundum statum fidei. Est autem triplex status fidei, scilicet inchoacionis. Qui status constituitur per characterem baptismalem, quando datur fides, ut distinguatur baptizatus a non baptizato. Et confirmacionis, qui per characterem datum in confirmacione, ut (...) Christi stent in fide accepta et eam defendant. Et propagacionis, qui per characterem inpressum in ordine, ut patres spirituales habeant potestatem et officium generandi Deo filios spirituales. Et hanc designacionem facit Dominus, id est Christus Iesus sicut hic dicitur: Designavit | Dominus. Ipse est enim sapiencia docens fidem et miles pugnans 87d
 10 fortiter pro fide et sacerdos offerens sacrificium fidei. In quantum ergo est sapiencia docens divinam veritatem, que est in articulis fidei, imprimit characterem baptizmi. In quantum autem pugnat, ut staret fides in nobis, designavit nos caractere confirmacionis. In quantum vero est sacerdos offerens sacrificium fidei seipsum, designat suos ministros caractere ordinis. Hec triplex designacio significatur in distincione antiqui populi, in quo prima facie fuit duplex distincio. 15 Una generalis, scilicet populi Dei, et non populi Dei. Hester XI.: Duas sortes esse precepit, unam populi Dei, alteram ceterarum gentium. Alia specialis in ipso populo. Et hoc iterum fuit duplex. Una forcium, qui deffendebant cultum et populum Dei manu pugnando, de quibus II Reg. XXIII.: Hec sunt nomina forcium 20 Daniel. Alia sapiencium, qui lingua erudiendo, de quibus I Paral. XXV.: Fuit numerus eorum, qui erudiebant canticum Domini, cuncti doctores CCLXXXVIII. Exterius autem designantur isti discipuli tonsione capitis, quia comam et barbam debent deponere. Sub quo significacione debent esse sex signata sua signo conveniencia. Quorum signatorum primus est affectus depuratus, ut caste vivant, a libidine caveant et in conspectu Dei puro corde et mundo corpore ministrent, ut dicit Decretalis. Is. LII.: Mundamini, qui fertis vasa Domini. Ieronimus in epistola: Adolescenciam tuam nulla sorde commacules, ut ad altare Christi de thalamo quasi virgo procedas, et habeas de foris bonum testimonium femineque 30 nomen tuum noverint, vultum autem nesciant. Sed de contrario modo se habentibus dicit Bernardus in libro De consideracione: Audent agni immaculati sacras contingere carnes et intingere in sanguine Salvatoris manus nefarias, quibus paulo ante, pro dolor, (carnes) meretriceas atractaverunt, sic et altaria circuire, || 88a id est ecclesias frequentare, psalmos decantare, cum eiusmodi laus sit execrabilis et oracio fiat in peccatum. Secundum est intellectus illuminatus. Clericus enim secretorum Dei non ignarus esse debet, sed potius ut sciat et doceat et iuste regat. Gregorius in omelia: Previderi debet, quales ordinentur ut prius aspi- 35 ciatur, si studium leccionis habuit, si annis plurimis continens fuit. Isidorus De summo bono: Sacerdotes populorum iniquitate dampnantur, si eos aut ignorantes non erudiant, aut precantes non arguant. Tercium est incessus maturus, ut 40 non currant, quemadmodum dicit Decretalis: Si equali gressu incedant, ut maturitate itineris equalitatem indicent mentis, quia incessus hominis enunciat de illo, scilicet levitatem vel maturitatem, ut dicitur Eccli. XIX. Gregorius super

5 post ut: M locus vacuus 33 psalmos: M suprascr.

16 recte Esther 10,10 19 2 Reg. 23,8 20 1 Par. 25,7 26 Decret. – ubi? 26 Is. 52,11 26 Hier. epist. 125,17; PL 22,1082 30 Ps. Bern. cont. mund. 12,13; PL 184,444D 36 Greg. M. – ubi? 37 Isid. sent. 3,46,1; PL 83,714C 40 Decret. – ubi? 42 Eccli. 19,27 42 Greg. M. in Ezech. 1,3,4; PL 76,807B

- Ezechielem: Non facile predicacio doctoris accipitur, si levis in moribus esse videatur. Ideo dicit Augustinus De vita clericorum: Incessu, statu, habitu et omnibus motibus vestris nichil fiat, quod cuiusquam offendant aspectum, sed quod vestram deceat sanctitatem. Quartum, habitus honestus, qualem determinat Decretalis, ut non deferant vestes incisas, ut varii coloris, ut rubeas vel virides, nec minus breves vel preciosas sub talaribus, frenis, calcaribus deauratis non utantur nec corrigias auri vel argenti ornatum habentes, fibulas omnino non ferant, sed nec anulos, nisi quibus competit ex officio dignitatis. Bernardus in epistola: Cernitur in nonnullis sacerdotibus vestium cultus preciosus, virtutum vel nullus aut exiguus. Idem in epistola: Conceditur tibi, ut si bene deservis, de altario vivas, non | autem, ut de altario luxurieris aut superbias, ut inde compares tibi frena aurea, sellas depictas, calcaria deaurata, varia griseaque pellicia. Quintum, esus temperatus, ut a crapula et ebrietate abstineant, vinum sibi temperent et se vino. Nec ad bibendum mutuo se incitent, quia per hoc libidinosi efficiuntur, ut dicit Decretalis. Ieronimus in epistola: Vinolentos sacerdotes et apostolus dampnat et vetus lex prohibet. Qui altario deserviunt, vinum et siceram non bibant. Sicerca Hebreo sermone omnis pocio nuncupatur, qui inebriare potest. Bernardus: Non ordinavit Deus hiis, qui ewangelio serviunt, de ewangelio querere delicias, sed vivere, ut ait Paulus, ex eo, ut videlicet sint contenti alimento corporis, non gule irritamenta vel libidinis incentiva habere, et quibus tegantur, non quibus ornentur, accipere. Sextum est actus excitatus, ut quemadmodum dicit Decretalis: Clerici in officiis et in aliis bonis studiis se exercent diligenter. Qui enim sui loci dignitate exigitur summa dicere, hac eadem necessitate compellitur summa monstrare. Bernardus in epistola: Honorificabis ministerium tuum non cultu vestium, non fastu equorum, non amplis edificiis, sed moribus ornatis, studiis spiritualibus ac bonis operibus. In negotio missionis electorum discipulorum exprimitur modus missionis, quia misit binos. Et locus, in quem misit, quia in omnem civitatem. Et necessitas mittendi, quia messis multa est, id est homines in mundo, sed operarii, id est predicatorum, pauci in populo. Et motivum admittendi, || scilicet oratio fidelium, de quo dicit: Rogate Dominum messis etc. Et mansuetudo missorum, quia misit eos sicut agnos, ut scilicet sensum servantes innocencie morsum non habeant malicie. Et duricia eorum, ad quos missi sunt, quia inter lupos. Ps.: Transferentur montes, id est apostoli, in cor maris, id est in medium multitudinis malorum. Missos vero discipulos informavit primo, quantum ad cavenda, cum dixit: Nolite portare saculum, id est expensas in bursa, nec peram, id est panem in pera, neque calciamenta, id est subalaria totaliter clausa propter caliditatem terre. Concessit tamen eis sandalia, id est soleas sub plantis, Mt. VI., ne pedes eorum lederentur. Et neminem per viam saluta(verint), ut scilicet tempus non perdant in locucionibus, sed velociter pergant ad opus predicationis. Nec duas tunicas habeatis, id est superfluas, sed tantum necessarias. Secundo, quantum ad offerenda, cum dixit: In quamcumque domum, etc., Pax

1–2 esse videatur: M *corr. ex* videatur esse 8 competit: M comperat 29–30 admittendi: M admittendum

2 Aug. – ubi? 5 Decret. l. 3. t. 1. c. 15 8 Bern. epist. 42,2,4; PL 182,813A 10 Bern. epist. 2,11; PL 182,86C 15 Decret. l. 3. t. 1. c. 14 15 Hier. epist. 52,11; PL 22,536 17 Ps. Bern. cont. mund. 17,10; PL 184,449B 21 Decret. l. 3. t. 1. c. 15 24 Bern. epist. 42,2,4; PL 182,812B 33 Ps. 45,3 38 *recte* Mc. 6,9

huic domui, Glosa: offerte pacem, ut ipse ingressus pacis benedictione sanctificetur, et si ibi fuerit filius pacis, id est predestinatus ad vitam, requiescet etc., sin autem, ad vos revertetur, id est fructu laboris vestri non privabimini. Tercio, quantum ad accipienda, cum dixit: In eadem domo manete, scilicet donec
5 opus fuerit, edentes etc. Ecce, qui saccum prohibuit, sumptus ex predicatione concedit, quia dignus est operarius mercede sua. Que duplex est, una cum qua presens sumptus, alia pro qua merces eterna, in omelia: Uni vestro operi due mercedes debentur. Una in via, que nos in labore sustentat, altera in patria, qua nos pius | Dominus in resurrectione remunerat. Sciendum est autem, quod il- 88d
10 lud dictum Domini: edentes et bibentes, que aput illos sunt, non est in precepto perfectionis, ut indifferenter omnia comedamus utentes deliciis secularium, sed dispensacione infirmitatis. Natura autem dispensacionis talis est, ut qui ea non utuntur, perfectiores habeantur. Unde apostolus ewangelium predicans de suo labore vivebat, quamvis Christus ordinasset de ewangelio vivere. Et supererogacionem vocat gloriam suam, I Cor. IX. Unde differenciam faventes in cibis, ut meliora vitent et viliora sumant, perfectiores sunt in hac parte, quam illi, qui manducant omne appositum, quoniam illi, ut perfectiores, supererogant ultra id, quod tenent. Alii autem utuntur concessione sibi facta, ut infirmiores. Preterea si omnia edere pertinet ad perfectionem, tunc omnes Christiani cadunt a perfec-
20 cione in diebus ieiuniorum, quando comedunt viliora, sicut et Christus, quando ieiunavit XL diebus, Mt. III., quod absurdum est dicere etc. Non legitur enim carnes comedisse propter carnes sacramentalis agni paschalis. Ideo dicit Ambrosius III. De <fide>: Non per luxuriam Christus nobis, sed per ieiunium salutem attulit. Preterea hoc dictum est apostolis tempore persecucionis, quando non quilibet offerebat eis, quod volebant. Quapropter differenciam in cibis facere non poterant. Moderni autem predicatorum honorantur pro Christo et eciam aliis cibis exhibentur, quos facilius est recipere ad ova, quam ad gallinam, ad caseum, quam ad ovem. Preterea abstinentia carnum pertinet ad maximam penitenciam et carnis || maceracionem, quam qui non habent vix penitentes. Ideo dicit Augu- 89a
30 stinus De vita clericorum: Carnem vestram domate ieiuniis et abstinentia esce et potus. Bernardus super Cant. LXVI.: Abstinebo a carnibus, ne dum nimis nutriunt carnem, simul et carnis nutrant vicia. Preterea illud dictum: edentes et bibentes, que aput eos sunt, potest intelligi negative, id est non plus querentes in bonitate cibi et potus, quam potest exhiberi, ut si hospes habeat malum vinum, ne cogas eum emere melius, et sic veraciter pertinebit ad perfectionem. Hec dicta sunt adversus eos, qui de nichilo faciunt sibi cornua et de abusioibus assumunt sibi laudem.

5 sumptus: M subtus 7 post eterna: M om. verba nonnulla 23 De <fide>: M De tri<nitate>
35 ne: M non

15 1 Cor. 9,14-16 21 Mt. 4,2 23 Ambr. fid. 3,1,6; PL 16,615A 30 Aug. - ubi?
31 Bern. serm. in cant. 66,6; PL 183,1097A

129. (DE SANCTO LUCA)
Sermo secundus

- Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, ad annuniciandum mansuetis
misit me, ut mederer contritos corde, Is. LXI. Lucas ewangelista, ut testatur Ie-
5 ronimus in Prologo, Spiritu Sancto instigante scripsit ewangelium. Ideo rogemus
Spiritus sanctum, ut qui dedit illi possibilitatem ewangelium scribendi, nobis
det facultatem aliquatenus ipsum commendandi. Spiritus Domini. Predicatori
tria sunt necessaria, scilicet idoneitas ex parte ipsius predicantis, et auctoritas
ipsius predicandi ex parte mittentis, et utilitas predicacionis ex parte audientis.
10 Idoneitatem operatur Spiritus sancti gracia. Auctoritatem confert mittentis ex-
cellencia. Utilitas audientis consistit in consolacionis influencia. Hec tria fuerunt
in sancto, qui de plenitudine graciae in se existentis dicit: Spiritus Domini su-
per me etc. De auctoritate mittentis dicit: ad annuniciandum mansuetis misit
me. De predicacionis utili fine dicit: ut mederer contritos corde. De existen-
15 cia Spiritus Domini in sanctis no- | tandum est hoc, quod aliquando Spiritus 89b
Domini dicitur esse super, sicut hic: Spiritus Domini super me. Et hoc propter
dignitatem et excellenciam, qua fertur super aquas, id est super omnes creaturas
fluxibiles et mutabiles, Gen. I. Aliquando dicitur esse intus, ut Is. LIX.: Spiritus
meus, qui est in te. Et hoc propter effectum, quia illuminat et perficit interius.
20 I Io. II.: Unctionem, quam accepistis, maneat in vobis. Et non necesse habetis,
ut aliquis doceat vos. Hic ergo Spiritus sublimis in dignitate, utilis in effectu
unxit sanctum ewangelistam. Est autem triplex unctio, scilicet sanctitatis, digni-
tatis et roboris. Quidam enim inunguntur ad mundiorem cultum, ut sacerdotes.
Exo. XXIX.: Oleum unctionis fundes super caput eius, atque hoc ritu consecra-
25 bitur. Quoniam, ut dicit Innocencius LXXXI. distincione, si sancti non sunt,
sancta attractare non possunt, id est non debent, atque alieni efficiuntur a mi-
nisterio, quod vivendo illicite polluerunt. Quidam ad forciolem conflictum, ut
pugiles, de quorum consuetudine dicit Stacius: Pigwique cutem fuscatur olivo.
Quidam ad alciolem gradum, ut reges. I Paral. ultimo: Unxerunt Salomonem
30 in principem. Sic et sanctus ewangelista triplici de causa fuit unctus a Spi-
ritu sancto. Primo, ut haberet plenitudinem mundicie, quia in virginitate Domino
maluit servire existens sine uxore et liberis, ut testatur Ieronimus. Secundo, ut
haberet fortitudinem paciencie, quia crucis mortificationem iugiter in suo cor-
pore portavit pro Christi amore, ut dicit ecclesia. Tercio, ut haberet altitudinem
35 excellencie, quia fuit scriptor legis graciae, et unus de quatuor ewangelistis, sic-
ut dicit apostolus II Cor. VIII., cuius laus est in ewangelio, scilicet scripto. Sic
unctum misit Dominus ad annuniciandum. De qua || annuncciacione querend- 89c
um est, que sit materia annuncciacionis, et quis modus annuncciandi, et quibus
fiat annuncciatio. Et est dicendum, quod materia annuncciacionis triplex est,
40 scilicet misericordia relaxans peccata. Ps.: Ad annuniciandum mane. Doctrina
corda illuminans. Amos III.: Annuncciat homini eloquium suum. Gloria corpus

16 dicitur: M *suprascr.* 27 forciolem: M *formanciolem*

4 Is. 61,1 5 Hier. – *ubi?* 18 Gen. 1,2 18 Is. 59,21 20 1 Io. 2,27 24 Ex. 29,7
25 Innocencius: Decr. p. 1. d. 81. c. 6. 28 Stat. Theb. 6,576 29 1 Par. 29,22 32 Hier. –
ubi? 36 2 Cor. 8,18 40 Ps. 91,3 41 Amos 4,13

et animam beatificans. Gen. XLII.: Nuncciate omnem gloriam meam. Modus
annunciandi triplex est, quia oportet annunciari celeriter. Is. XVIII.: Ite ange-
li veloces ad gentem convulsam. Integraliter. Ps.: In labiis meis, id est in officio
docendi, pronunciaui omnia. Ffinaliter. II Pe. I.: Iustum arbitror, quamdiu sum
5 in hoc tabernaculo excitare vos in commonicione. Ceterum annunciatio debet
fieri mansuetis, sicut nunc dicitur: ad annunciandum etc. Quibus tria bona pro-
mittuntur in scripturis, scilicet leticia oblectans concupiscibilem. Ps.: Audient
mansueti. Sapiencia irradians racionabilem. Eccli. V^o: Verbum Dei et cum sa-
piencia proferes responsum verum. Gracia reprimens irascibilem. Prover. III.:
10 Mansuetis dabit gratiam. Utilitas annunciacionis medela est cordis, sicut dici-
tur: ut mederer etc. Omnia enim verba illius anime laguentis fuerunt medicina,
ut dicit Ieronimus. Quamobrem debemus honorare hunc medicum propter ne-
cessitatem, etenim creavit illum Altissimus, Eccli. 38. Sunt autem tres species
medicacionum artis, secundum Isidorum, scilicet dieticum, chirurgicum et farma-
15 ceuticum. Dieta est legis ac vite observacio. Chirurgia est feramentorum incisio.
Ffarmacia | est medicamentorum curacio. Sancti ergo predicatorum dietant per 89d
precepta et prohibiciones, quasi hoc comedas, scilicet olera et legumina, hoc
non, scilicet carnes et piguia. Ro. XIII.: Qui infirmus est, scilicet in peccatis,
olus manducet, Glosa: utatur aridis cibis. Cirurgizant per flagella et correcciones,
20 quia Ierusalem per flagellum eruditur, Ier. VI. Is. VIII.: In forti manu erudit
me. Ffarmaciant per premia et promissiones. Faciunt enim sancti, sicut astuti
medici, qui amaritudinem pilule involvunt dulcedine nebule, ut scribit Mt. V^o:
Beati pauperes, ecce pilula amara, quoniam ipsorum est regnum celorum, ecce
suavis nebula.

25 130. <SERMO> SIMONIS ET IUDE

Isti sunt due olive et duo candelabra, in conspectu Domini terre stantes, Apo.
XI. Quoniam sancti apostoli pares sunt meritis et dignitate, iustum est, ut eciam
pares sint in laude et honore. Ideo tam ecclesia, quam scriptura combinat eos.
Ecclesia in honore festi, quia de utroque simul hodie solempnizat. Scriptura in
30 commendacione fa<cti>, in auctoritate proposita. Ex qua commendatur in eis per-
fectio sancte vite, quia dicuntur olive. Illuminacio vere doctrine, quia dicuntur
candelabra. Recta intencio in utroque, quia dicuntur stare in conspectu Domini
terre. Plena remuneracio, pro utroque in eisdem verbis: in conspectu Domini etc.
Secundum aliam expositionem habuerunt ergo oleum pietatis et caritatis in vita
35 et propter hoc dicitur: Isti sunt due olive. Oliva habet in fructu piguedinem, in
colore pulchritudinem, in radice amaritudinem. Eodem modo sancti apostoli oli-
ve assimilati habundaverunt piguedine honestatis in conversacione, amaritudine
|| mortificacionis in carne. Est autem triplex differencia olivarum secundum tria 90a

5 hoc: M add. et del. seculo 14 chirurgicum: M cirrugicum 15 Chirurgia: M cirugia 15 fe-
ramentorum: lege ferramentorum 19 Cirurgizant: M cirugizant

1 recte Gen. 45,13 2 Is. 18,2 3 Ps. 118,13 4 2 Pt. 1,13 7 Ps. 33,3 8 Eccli. 5,13
9 Prov. 3,34 12 Hier. – ubi? 13 Eccli. 38,1 14 Isid. orig. 4,9,3; PL 82,193B 18 Rom.
14,2 20 Ier. 6,8 20 Is. 8,11 27 Apoc. 11,4

loca, in quibus nascitur oliva. Est enim oliva campestris, ortensis et silvestris. Oliva campestris sunt activi in seculo. Ortensis religiosi in claustro. Silvestris mali in peccato. Dicit autem Philosophus De vegetabilibus, quod planta habet tres vires. Primam ex genere terre, secundam ex genere aque, terciam ex genere ignis. A terra enim est fixio plante, ab aqua coagulacio, ab igne coadunacio. 5 Terra ergo affigit, aqua coagulat, ignis consolidat. Et secundum hec oliva campestris, id est activus in seculo, figitur in terra humilitatis per sollicitudinem et laborem, quia exercet temporalia. Coagulatur in aqua misericordie et compassionis. Consolidatur in igne caritatis per amorem Dei et proximi. Oliva ortensis, 10 id est religiosus in claustro, debet figi in terra per votum paupertatis, quia terra conculcatur ab omnibus. Sic fecunda virorum paupertas oditur ab omnibus et contempnitur. Coagulari ab aqua per votum obediencie, quoniam aqua non est terminabilis proprio termino, sed alieno, secundum Philosophum De generacione. Sic voluntas obediencie debet terminari ad voluntatem iubentis. Coadunari 15 in igne per votum castitatis, quoniam ignis imputribilis, secundum Philosophum III. Metheororum, et ex ipso nichil nascitur propter nimiam ipsius siccitatem. Sic continens imputribilis debet esse per incorruptionem, ut nichil ex ipso nascatur per carnalem generacionem. Oliva silvestris, que proprie oleaster dicitur, figitur in terra avaricie, coagulatur in aqua luxurie, consolidatur in igne iracundie et invidie. Habuerunt etiam sancti apostoli lucem veritatis | in doctrina. Et propter 20 hoc dicitur de ipsis: isti sunt duo candelabra. Officium candelabrorum est illuminare. Exo. XXV.: Facies lucernas super candelabrum, ut luceant ex adverso. Tria autem sunt consideranda in candelabro, scilicet causa faciendi, forma modi et materia metalli. Causam habebat sanctam, scilicet ut illuminaret, formam decoram, qua ornaret, et materiam preciosam, qua significaret. Eodem modo doctrina 25 fidei debet habere causam sanctam quantum ad intencionem docentis, ut faciat propter Deum et salutem hominum, non propter lucrum seu ostentacionem. I Tess. II.: Exortacio nostra non fuit in dolo, Glosa: Etiam veritas est quandoque in dolo, id est in fraude et astucia, quando scilicet non amore veritatis et utilitatis auditorum predicatur, sed ut gloria vel aliquod lucrum acquiratur. Contra quod dicit Dominus Mt. X.: Gratis accepistis. Augustinus De baptismo parvulorum: Non venale est ewangelium, ut pro temporalibus predicetur. Si enim sic vendunt magnam rem, vili vendunt. Accipiant ergo sustentacionem necessitatis a populo, sed mercedem remuneracionis expectent a Domino. Debent etiam habere 30 formam decoram quantum ad ordinacionem et distincionem dicendorum, ut honeste proponatur, mature et intelligibiliter. Dicitur Nee. VIII.: Legerunt in libro legis Dei distincte et aperte ad intelligendum. Augustinus III. De doctrina christiana: Cum per artem rethoricam vera suadeantur et falsa, quis audeat dicere, adversus mendacium in defensionibus suis inhermem debere consistere veritatem, ut illi videlicet, qui res falsas persuadere conantur, noverint falsa 40 breviter, aperte, verisimiliter dicere et ista vera sic narrent, || ut audire tedeat, intelligere non pateat, credere non libeat? Quis ita desipiat, ut hoc sapiat? Debet

14 Coadunari: M Coadunatur
42 hoc: M hic

41 verisimiliter: M virisimiliter

41 tedeat: M redeat

3 Ps. Aristot. – ubi? 13 Aristot. – ubi? 15 Aristot. – ubi? 22 Ex. 25,37 28 1 Thess. 2,3 31 Mt. 10,8 31 Aug. – ubi? 36 2 Esdr. 8,8 37 Aug. doct. Christ. 4,2,3; PL 34,89

eciam habere materiam preciosam quantum ad ea, que dicuntur in predicacione, ut de Deo, de anima, de virtute, pena et gloria cum probacionibus sacrarum scripturarum, secundum illud: Prome fidem, culpas, virtutes, premia, penas. Dicit tamen Augustinus Contra inimicum legis et prophetarum, quod licet divine auctoritati unde voluit, quod verum invenerit, testimonium sumere, sicut Paulus cum loqueretur Ateniensibus ait de Deo: In illo vivimus, movemur et sumus, sicut et quidam secundum vos dixerunt, Act. XVII. Ita divina auctoritas unicuique sumit, quod necessarium invenit. Habuerunt eciam propositum placendi Deo in utroque, scilicet in vita et doctrina. Et propter hoc dicuntur in conspectu Domini terre stantes, Glosa: quid Deo placeat attendentes. Eccli. XLIX.: Gubernavit ad Dominum cor ipsius, sicut navis gubernatur ad portum salutis. Habuerunt eciam fructum remunerationis pro utroque, scilicet pro merito bene vivendi et recte docendi. Unde alio modo dicuntur in conspectu Domini terre stantes, id est in presencia Dei in celo existentes, ut victores ante ducem, heredes ante patrem, advocati ante iudicem, sicut dicit Eccli. L.: Circa illum, scilicet Dominum, steterunt quasi rami palme, omnes filii Aaron, id est discipuli Christi in gloria sua. Ad quam gloriam meritis apostolorum suorum nos perducatur rex glorie, Iesus Christus. Amen.

131. SERMO IN FESTO OMNIUM SANCTORUM
(Sermo primus)

Ecce, ego Iohannes, vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi, Apok. VII. Duas revelaciones sibi factas recitat Sanctus Iohannes in hac epistola, in quarum prima manifestat meritum sanctorum, in secunda premium eorum. Meritum eorum fuit susceptio signaculi, de qua dicit: Signemus servos | Dei nostri. Premium eorum est esse in presencia Dei, de quo dicitur: Vidi turbam magnam etc., stantes ante, Glosa: in presencia Dei. In inpressione signaculi III^{or} concurrunt, scilicet auctor signans, subiectum signatum, modus signaculi et effectus signacionis. Auctor signans est Christus, subiectum signatum est frontis locus. Modus signaculi est forma crucis, effectus signacionis est repressio diabolice malignitatis. In actore signante primo, commendat officium nuncciationis dicens: vidi alterum angelum, Glosa: Christum, qui dictus est angelus officio, non natura, qui nuncciauit nobis Dei voluntatem. Dionisius III^o Angelice ierarchie: Ipse Iesus angelus magni consilii est appellatus. Etenim sicut ipse dicit, ut decet angelum quecumque audivit a Patre, annuncciauit nobis, Io. XV^o. Secundo, beneficium illuminationis dicens: ascendentem ab ortu solis, Glosa: mundum illuminantem ad similitudinem solis. Eccli. XLIII.: Mundum illuminans in excelsis Dominus. Tercio, supplicium passionis dicens: habentem signum Dei vivi. Primo ideo, quia in ipso Deus vivus

90d

6 cum: M *iter. et corr.* 18 Amen: M *al. man.*

3 Prome fidem – *quis et ubi?* 4 Aug. c. adv. leg. 2,3,13; PL 42,647 7 Act. 17,28 10 Eccli. 49,4 15 Eccli. 50,14 22 Apoc. 7,2 33 Ps. Dion. Areop. coel. hier. 4,4; Dionysiaca 820 35 Io. 15,15 37 Eccli. 43,10

pendit. Deuter. 33.: Erit vita tua pendens ante faciem tuam, quoniam Christo moriente in cruce secundum carnem divinitas illesa mansit, sicut ariete immolato Isaac iuxta Gen. XXII. Et si lignum in sole secares, lignum incidis, sed non radicem. Et si ferrum ignitum in aquam mittes, ignem exstigueres, ferrum non lederes, secundum Damascenum. Gregorius super Ezechielem: Sic in sacrificio
 5 pro nobis ex humanitate est mortuus, ut tamen immortalis maneret ex divinitate. Secundo ideo, quia per eam nos vivificavit, secundum dictum apostoli Col. II.: Cum mortui essetis in delictis, convivificavit vos cum illo, id est cum sanguine illius. Sicut avis pellicanus dicitur pullos suos editos mortuos vivificare
 10 calido sanguine suo, cui avi Deus passus se comparat dicens in Psalmo: Similis sum pellicano. || Et hoc propter talem modum vivificationis nostre, scilicet per sanguinem suum. Tercio ideo, in vite ianua apparebit in iudicio. Mt. XXIII.: Apparebit signum filii hominis in celo. Hugo de Sancto Victore: Vexillum crucis in sublimi luce rosea micans hostes terret, amicos confortat. Signantur autem
 15 signandi in loco, frontis, sicut nunc dicitur: Signemus in frontibus eorum. Dico autem, quod fideles in triplici loco signantur. Primo, in fronte, erubescencie loco, ut Christum confiteri non erubescant, secundum dictum apostoli I^o Tim. I^o: Noli erubescere testimonium Domini nostri. Ambrosius: Constanciam habendam docet Dominus: non esse erubescendum in professione, quia et si Christus
 20 visus homo, gestis tamen apparuit Deus. Secundo, in pectore, desiderii loco, ut mens Crucifixi amore ferveat, dicens cum sponsa Cant. II.: Fasciculus mirre, id est congeries amaritudinum Christi, inter ubera mea. Ber(nardus) super Cantica: Super omnia reddit amabilem te, Iesu bone, calix, quem bibisti, opus redemptionis nostre. Hoc est, quod nostram devocionem blandius allicit, iustius
 25 exigit, arcus stringit et vehemencius afficit. Tercio, in scapulis, roboris loco, ut propter Crucifixum sub honore penitencie vel tribulacionis animus noster non tepescat, ut impleatur in nobis dictum apostoli II Cor. III.: In omnibus tribulacionem patimur, sed non angustiamur, id est propter hoc non in amore Dei. Fforma vero signaculi est crux, de qua dicitur: Quoadusque signemus, Glosa:
 30 signo crucis. Dico autem, quod impressione huius signi Dominus noster primo, nos honorat, quia sub eodem signo nos voluit ambulare, sub quo | ipse ambulavit, cum duceretur ad mortem. Io. XIX.: Baiulans sibi crucem exivit in Calvarie locum. Ambrosius: Actor pietatis in cruce moriens pietatis officia dividebat: persecucionem apostolis, pacem discipulis, corpus Iudeis, Patri spiritum,
 35 virgi(ni) paranimfum, latroni paradisum, crucem Christianis penitentibus commendavit. Augustinus super Iohannem: Crucem Dominus gestans suo humero pro virga regni nobis commendavit. Secundo, in modo imprimendi nobis percipit, quia sibi impressit formam crucis ferro et sanguine, nobis autem oleo et balsamo, et est facilius ungi oleo, quam sanguine proprio. Tercio, imprimendo
 40 nos munivit, prout dicitur in sequentibus huius epistole: Clamavit voce magna,

91a

91b

37 imprimendi: M *corr.* ex deprimendi

1 *recte* Deut. 28,66 3 Gen. 22,13 5 Ioh. Damasc. *fid. orth.* 3,26; *cf.* PG 94,1095A 5 Greg. M. in Ezech. 1,6,15; PL 76,835B 7 Col. 2,13 10 Ps. 101,7 12 Mt. 24,30 13 Hugo S. Vict. – *ubi?* 17 2 Tim. 1,8 18 Ambrosiast. in 2 Tim. 1,8; PL 17,513B 21 *recte* Cant. 1,12 22 Bern. *serm.* in cant. 20,2; PL 183,867C 27 2 Cor. 4,8 32 Io. 19,17 33 Ambr. – *ubi?* 36 Aug. in evang. Ioh. 117,3; PL 35,1945

id est in forti imperio, III^{or} angelis, id est universis demonibus III^{or} plagas mundi ledentibus: Nolite nocere terre, id est humilibus, et mari, id est penitentibus, qui sunt in amaritudine peccati, neque arboribus, id est misericordie opera facientibus, quoadusque signemus, quasi postquam signavimus. Eciamsi
5 volueritis nocere, non potestis, dicente Domino Eze. IX.: Super quem videritis tau, id est formam crucis, ne occidatis. Quemadmodum si diceretur furi, ne fureris in domo, donec firmemus seris. In secunda visione, que manifestat premium sanctorum signatorum, laudat inspector visionis sanctorum contubernium, negocium, amictum et triumphum. Contubernium eorum laudat a numerositate
10 dicens: Vidi turbam magnam etc. Hoc autem, quod tam multi sunt ex nobis salvati, quod non possunt supputari, redundat primo, in commendacionem divine maiestatis, secundo, in promocionem nostre utilitatis, tercio, in exultacionem mutue iocunditatis. Et hoc habes prosecutum in illo || sermone sancti Michaelis: 91c
'Numquid est numerus militum eius'. Negocium eorum laudat a pietate, cum dicit: Stantes ante tronum. Stant enim ante tronum, id est ante Dei vultum, primo ideo, ut pro nobis orent, prout testatur vox ipsis competens II Mach. I.: Hic sumus orantes pro vobis. Bernardus in sermone: Non est infructuosa sanctorum memoria, quia eorum intercessione iuvatur infirmitas nostra. Secundo ideo, ut Deum honorent. Apok. VII.: Stant ante tronum Dei, et serviunt ei die ac nocte. Tercio ideo, ut morti se non succumbere demonstrent. Sap. V.: Stabunt iusti
20 in magna constancia. Ulterius enim morte perffrui non possunt, quoniam mors ultra non erit, Apok. XXI. Amictum a speciositate, dicens: Amicti stolis albis. Album vestimentum signum est primo, mundicie interioris. Apok. III.: Ambulabunt mecum in albis, Glosa: in innocencia. Secundo, festive solempnitatis, quia dictum est: Festos albatos celebret. Mt. XVI.: Viderunt iuvenem coopertum stola candida. Gregorius: In stola candida apparuit, quia sue et nostre festivitatis gaudia nunciavit. Tercio, causa lacrimacionis. Aristoteles De animalibus: Oculi lacrimantur, quando respiciunt rem albam lucidam. Sic illi sancti dicuntur albis indui, quia gaudent innocencia puritatis. Is. 33.: Populus, qui habitabat in
30 ea, auferetur ab eo iniquitas. Quia festum agunt divine laudis. Ps.: Beati, qui habitant in domo tua. Quia eorum recordacio lacrimas provocat nostri cordis. Eze. 47.: Aque, scilicet lacrimarum, redundabant a latere dextro, id est ex eorum recordacione, qui sunt in dex- | tera Dei. Triumphum a perpetuitate, quando dicit: Palme in manibus eorum, Glosa: victorie, que ex operibus procedunt. 91d
35 Isidorus: Palma dicitur, quia manus victricis ornatus sit. Est enim arbor insigne victorie. Dicit autem Ambrosius III. Exameron, quod palma, que primo germinavit folia sine ulla substitutionis successione, conservat ea. Sic illi victoriam in mundo obtentam tenent inamissibiliter numquam ulterius peccato vel diabolo succumbentes. Quod et nobis prestat Iesus Christus. Amen.

4 postquam: M posquam 27 Tercio: M Tercia 34 Palme: M Palmes 35 quia: M quod
38 diabolo: M diabolus

5 Ez. 9,6 14 Numquid est: vide serm. 123 16 2 Mach. 1,6 17 Bern. serm. omn. sanct. 2,1; PL 183,462D 19 Apoc. 7,15 20 Sap. 5,1 22 Apoc. 21,4 25 Festos albatos – quis et ubi? 25 recte Mc. 16,5 26 Greg. M. – ubi? 27 Aristot. – ubi? 29 Is. 33,24 30 Ps. 83,5 32 Ez. 47,2 35 Isid. orig. 17,7,1; PL 82,609A 36 Ambr. hex. 3,17,71; PL 14,199B

132. <IN FESTO OMNIUM SANCTORUM>
Sermo secundus

- Quam pulchra tabernacula tua, Iacob, et tentoria tua, Israel! Ut valles nemo-
rose, ut orti iuxta fluvios irrigui, ut tabernacula, que fixit Dominus, Numeri 24.
5 Unius sancti non sufficimus enarrare gloriam, quoniam auris non audivit etc.,
que preparavit etc., multo magis in omnium commendacione deficimus. Ideo
Deus rogandus est, ut ipse loquatur ad sanctorum suorum laudem, qui eos fe-
cit laudabiles. Quam pulchra. In congregacione sanctorum, in tabernaculo celi
10 commorantium hic sacra auctoritas laudat ipsos habitatores a prerogativa vite et
ipsa habitacula a prerogativa glorie. Vita sanctorum, in qua meruerunt, duplex
est, scilicet activa in exercicio boni operis, et contemplativa in desiderio superne
inspeccionis. Hec duplex vita exprimitur in auctoritate predicta in duobus unius
hominis nominibus. Nam Iacob, qui die ac nocte estu urebatur et gelu, Gen. 31.,
15 activam designat. Israel vero, qui vidit Dominum facie ad faciem, Gen. 32., con-
templativam designat. Ipsa vero habitacula servorum Dei, in quibus || sunt positi 92a
merito excellentis vite, sunt mire vetustatis, iocunde amenitatis, copiose ferti-
litis, incusse stabilitatis, ut ostenditur ex his verbis. De mira eorum vetustate
dicitur: Quam pulchra sunt tabernacula tua. Quasi diceret: valde pulchra sunt. Et
non mirum, si pulchra sunt, quoniam si locum habitacionis Assueri regis mira
20 varietate picture decorabat, Hester I., inestimabiliter amplius locum habitacionis
Christi et suorum decorat pictura varia. Sunt autem iste picture rationes eterne
in mente sapientie. Est enim sapientia ars quedam omnipotentis et sapientis
Dei plena rationum omnium vivencium incommutabilium, ut dicit Augustinus
VII. De Trinitate. Ideo sanctus Ilarius, cum de ipsa ageret, speram ipsam nomi-
25 navit propter pulchritudinem. Quod autem superior pars celi, ubi habitant sancti
cum Christo, sit tante pulchritudinis, colligitur a minori per partem eius inferio-
rem, que respicit peccatores. Que tante pulchritudinis est, ut ei nomen Greci ab
ornatu dederint, quia nichil pulchrius mundo oculis carnis aspicimus, ut dicit Isi-
dorus. Unde Basilius in secundo Exa(meron): Si sanctorum talis introitus est, ut
30 vestibulum templi sic decorum sit et splendidum, ut elegancia sue pulchritudi-
nis oculos nostre mentis irradiet, qualia censenda sunt sancta sanctorum. Quasi
dicat: multo pulchriora censenda sunt. Quia dicit propheta: Qui fecit forcias, for-
cior est, et qui fecit pulchra, pulchrior est illis. De iocunda eorum amenitate
dicitur: ut valles nemorose. In quibus vallibus est sanctis in mundo fatigatis um-
35 bra ad refrigerium et herba ad quiescendum. Eze. 34.: Ibi requiescent in | herbis 92b
virentibus. Ibi enim dicit rampnus, id est humilis Christus: Venite et sub um-
bra mea requiescite, Iud. IX. Hinc est, quod glorians anima salvata dicit Cant.
II.: Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi. Hanc vallem, id est locum pa-
radisi, concludunt duo montes, scilicet humanitas et divinitas Christi. Nemora
40 vallium sunt utriusque characteristicum idiomata, secundum Damascenum. Hic lo-

15 designat: M in marg. 40 characteristicum: M carateristica

4 Num. 24,5-6 5 auris non: 1 Cor. 2,9 13 Gen. 31,40 14 Gen. 32,30 20 Esther
1,6 23 recte Aug. trin. 6,10,11; PL 42,931 24 Hil. - ubi? 29 Isid. orig. 10,1,2; PL 82,471
29 Basil. M. - ubi? 32 Qui fecit: cf. Sap. 13,4 35 Ez. 34,14 37 Iud. 9,15 37 Cant.
2,3 40 Ioh. Damasc. - ubi?

cus est amenus, quoniam ad amandum movet mentem, ut fecerat in eo, qui dicit:
 Quam dilecta tabernacula etc., concupiscit et deficit etc. Hac amenitate motus
 Petrus dixit Mt. XVII.: Bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacu-
 la, scilicet unum Christo cum matre, secundum angelis, tertium hominibus. Et
 5 hanc amenitatem movemur intrare per sanctum Sedulium dicentem: Amena vi-
 recta! Florentum semper nemorum sedesque beatas per latices intrare pios, id
 est per aquas baptismi. De copiosa eorum fertilitate dicitur: ut orti iuxta fluvios
 irrigui. Aquarum enim sufficiens irrigatio copiose facit ortum fructificare. Ier.
 XVII.: Ad humorem mittit radices suas, ut numquam desinet facere fructum. Po-
 10 eta: Nec sentire sitim patitur; bibuleque recurvas radices fibras labentibus irrigat
 undis. Hec autem irrigatio est donorum Spiritus Sancti copiosa effusio in civi-
 bus celi. Ps.: Ffluminis impetus, Glosa: Spiritus Sancti inundacio. Ambrosius in
 libro De Spiritu Sancto: Civitas Dei illa Ierusalem celestis non meatu alicuius
 fluvii terrestri alluitur, sed ex vite fonte procedens Spiritus Sanctus in cele-
 15 stibus spiritibus redundancius effluit pleno || VII virtutum spiritualium fervens 92c
 meatu. De incussa eorum stabilitate dicit: ut tabernacula, que fixit Dominus,
 hoc est immobiliter statuit, sicut ipse dicit I Paral. XVII.: Dedi locum populo
 meo, plantabitur et habitabit in eo et ultra non commovebitur. Unde in populo
 illius tabernaculi impletum est, quod dicit Is. XXX.: Oculi tui videbunt Ierusa-
 20 lem, civitatem opulentam, tabernaculum, quot nequaquam transferri potest. Ad
 quod tabernaculum perducatur nos precibus sanctorum suorum edificator taberna-
 culi, Iesus Christus. Hodiernum festum institutum est primo, propter tollendam
 idolatriam, ut in illo templo, quod Pantheon vocabatur, in quo erant dii gencium
 demonia, exclusa multitudo demonum multitudo ista honoraretur sanctorum.
 25 Secundo, propter reformandam nostram negligenciam, ut quod minus fecimus in
 laude sanctorum toto anno, suppleremus aliquantulum saltem una die, et ille unus
 dies esset nobis pro toto anno, ut dicitur Eze. 4.: Diem pro anno dedi tibi. Ter-
 cio, propter supplendam nostram indigenciam, ut Deus desideratam nobis sue
 propiciacionis habundanciam multiplicatis intercessoribus largiatur. Quarto, ad
 30 insinuandam omnium eorum unam esse communem leticiam, quibus in presenti
 fuit spiritus unus, una fides, unum baptisma, Eph. 4°.

133. <IN FESTO OMNIUM SANCTORUM>

Sermo tercius

Beati, qui habitant in domo tua, Domine, in secula etc. <Ps. LXXXIII.> Di-
 35 cit Sanctus Augustinus in expositione huius dicti, quod omnis beatus habendo
 vel agendo dicitur beatus. Et sancti Dei, quos nunc colimus, veraciter sunt be-
 ati, quia habent aliquod magnum et agunt aliquod magnum. Habent | enim 92d

10 radices: M radices 10 fibras: M fibris 13 Spiritu: M corr. ex Spiritus 15 redundan-
 cius: M corr. ex reduncius 34 Ps. LXXXIII.: M in marg. false Ps. 133

2 Quam dilecta: Ps. 83,2-3 3 Mt. 17,4 5 Sedul. carm. pasch. 1,53-55; PL 19,558A 8 Ier.
 17,8 10 Nec sentire: Ov. met. 14,632-633 12 Ps. 45,5 12 Ambr. spir. 1,16,158; PL
 16,770C 17 1 Par. 17,9 19 recte Is. 33,20 27 Ez. 4,6 31 Eph. 4,5 34 Ps. 83,5
 35 Aug. in psalm. 83,8; PL 36,1061

sublimem habitationem, quia habitant in domo Domini. Et agunt delectabilem
 accionem, quia laudant Dominum in seculum seculi. Sunt ergo plene beati, quia
 habent et agunt. Primo, dicendum est de laude eius, quod habent. Quoniam illa
 domus, in qua habitant, primo, est ampla magnitudine. Secundo, decora pulchri-
 tudine. Tercio, quieta stabilitate. Quarto, lucida claritate. Et hec habes prosecuta
 5 in illo sermone Sancti Iohannis ante portam Latinam: „Inpiguasti in oleo caput
 meum.” Secundo, dicendum est de laude eius, quod agunt. Consistit autem accio
 salvatorum primo, in aperta cognicione. Nam ut dicit Aristoteles I. Ethicorum:
 Bonum est, in quo per se sufficiencia consistit. Hoc autem est in cognicione
 10 Dei. Unde Io. XIII.: Ostende nobis Patrem et sufficit nobis. De hac condicio-
 ne beatitudinis, quod scilicet cognoscemus Deum aperte, dicit Dominus Lu. X.:
 Beati oculi, qui vident. Thob. 13.: Beatus ero, si fuerint reliquie seminis mei ad
 videndam claritatem Ierusalem. Augustinus I. De Trinitate: Contemplacio Dei
 Patris nobis promittitur accionum omnium finis et eterna perfeccio gaudiorum.
 15 Idem in eodem XV.: Ibi veritatem sine ulla difficultate videbimus, nec aliquid
 queremus mente (raciocinante), sed contemplante cernemus. Secundo, in iocun-
 da fruicione. Delectacio enim requiritur ad beatitudinem, quoniam delectacio
 perficit operationem intellectus, que est videre Deum, sicut pulchritudo decorat
 20 iuventutem, ut dicit Aristoteles X. Ethicorum. De hac condicione beatitudinis,
 quod scilicet ibi fruimur iocunde et delectabiliter, dicit Dominus Lu. XIII.: Be-
 atus, qui manducabit panem in regno celorum. Est autem panem manducare in
 regno delectari in Deo viso et amato. Augustinus 22. De civitate Dei: Erit illa
 25 civitas impleta omni bono fruens inefficenter eternorum iocunditate || gaudio-
 rum. Ps.: Implebis me leticia. Tercio, in mutua dileccione. Nam dileccio, que hic
 incipit, ibi perficitur, et erit in beatis perfecta caritas ad Deum et ad proximum.
 Gregorius: Eterna contemplacione agitur, ut Deum, quem non videntes diligi-
 mus, cum viderimus, amplius diligamus. De hac condicione beatitudinis, quod
 scilicet diligemus nos mutuo, dicit Thob. XIII.: Beati sunt omnes, qui diligunt
 30 te et qui gaudent super pace tua. Augustinus ultimo De civitate Dei: Habebit illa
 civitas in se magnum bonum, quod nulli superiori ullus inferior invidebit, sicut
 nunc non invident archangelis angeli; tamque nollet esse unusquisque quod non
 accepit, quam nec in corpore vult esse oculus, qui est digitus. Sic itaque habebit
 donum alius alio minus, ut hoc quoque habeat ne velit amplius. Quarto, in con-
 tinua laudacione. Non enim sunt ociosi, sed unum opus habent, imnis laudare
 35 Deum, secundum Damascenum. De hac condicione beatitudinis, quod scilicet
 laudabimus Deum continue, dicitur in presenti verbo: Beati, qui habitant etc.
 Augustinus XXII. De civitate Dei: Ipse erit finis desideriorum nostrorum, qui
 sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigacione laudabitur. Ibi vaca-
 40 laudacio erit iocunda, secundum Psalmum, contra penam, decora, contra cul-

93a

12 mei: M unde 30 ullus: M nullus 31 nollet: M nolet

6 Inpiguasti in: vide serm. 69 8 Aristot. eth. Nic. 1,5 10 Io. 14,8 11 Lc. 10,23 12 Tob.
 13,20 13 Aug. trin. 1,8,17; PL 42,831 15 Aug. trin. 15,25,45; PL 42,1092 19 Aristot.
 eth. Nic. 10,4 20 Lc. 14,15 22 Aug. civ. 22,30,3; PL 41,802 24 Ps. 15,11 26 Greg.
 M. – ubi? 28 Tob. 13,18 29 Aug. civ. 22,30,2; PL 41,802 35 Ioh. Damasc. fid. orth. 2,3;
 cf. PG 94,871C 37 Aug. civ. 22,30,1; PL 41,802 40 Ps. 146,1

pam. Origo autem laudis est inhesio anime ad Deum inseparabiliter. Nam ex hoc, quod anima Deo coniungitur per visum et amorem, quod est essentialiter esse beatum, sequitur, quod in laudem prorumpat secundum illud: Benedicam Dominum in omni tempore. Gregorius super Iob: In illa eterna patria, cum iustorum mens in exultationem rapitur, ligua in canticum laudis elevatur. Quod et nobis aliquando efficiat magnus Dominus et laudabilis nimis, Iesus Christus etc. 93b

134. SERMO DE ANIMABUS IN DIE ANIMARUM
(Sermo primus)

10 Misere mini mei, misere mini mei saltem vos, amici mei, quia manus Domini tetigit me, Iob XVII. Heri gavisi sumus cum gaudentibus agendo festum beatorum, nunc debemus flere cum flentibus agendo memoriam mortuorum. Miseri enim misericordia indigent, et quia mortui, maxime sunt miseri. Quoniam se iuvare non possunt, ideo misericordiam ab illis petunt, qui ipsis subvenire possunt, 15 dicentes: Misere mini etc. Et hoc dicentes et misericordiam petunt et miserendi causam exponunt dicentes: quia manus Domini tetigit me. Bis autem dicunt: Misere mini, quia duobus modis possumus eis misereri, scilicet per elemosinas et per oraciones, et inter oraciones alias precipue per missas, in quibus et oratio est pro ipsis et hostia Deo acceptabilis. Unde Augustinus III^o Sententiarum discinccio XLV.: Oracionibus ecclesie et sacrificio salutari et elemosinis non est 20 dubium mortuos adiuvari, ut cum eis misericordius agatur a Domino, quam eorum peccata meruerunt. Quia vero omnes non possunt pro omnibus facere, sed spirituales pro spiritualibus, ideo distiguentes suos necessarios amicos ab extraneis dicunt: saltem vos amici mei, nam attinentibus magis tenemur. Gal. VI.: Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Indigent autem misericordia, quia sunt in vindicta, et hoc est: manus Domini, id est punicio Dei, tetigit me. Non dicit: contrivit, quia etiam in ipsa pena parcit et minus punit. Tactus enim proprie mollium est et sensibilibus, contricio autem durorum et obstinatorum in inferno, sed purgandi sunt molles et flexibiles consencientes iusticie Dei in punitione sui, et illi tanguntur, quia minus puniuntur. Iob. 30 35.: Non ulciscitur || scelus valde. Ier. XV.: Quis miserebitur tui, Ierusalem? Ibi dicit Glosa: Non potest esse tam clemens creatura, quam creator, sed creature unquam videntur totam culpam prosequere, ergo Deo minus competit. Unde Augustinus IIII. Sententiarum distincio XLVI.: Erga omnes sanctos vie Dei 35 misericordia et veritas, quia in iudicando subvenit, et ita non deest misericordia, et in miserendo id exhibet, quod promisit, ne desit veritas. Gen. XXII.: Portabat in manibus ignem, dileccionis, quo parcit, gladium, punicionis, quo ferit. Sunt autem due iste manus, scilicet punicio presens et futura. Prima est levis. Ps.: Visitabo in virga, id est in levi vindicta, iniqui(tates) eorum. Secunda gra-

23 amicos: M *in. marg.* 30 puniuntur: M punitur

3-4 Benedicam Dominum: Ps. 33,2 4 Greg. M. moral. 8,52,88; PL 75,856A 11 *recte* Iob 19,21 19 Petr. Lomb. sent. 4,45 24 Gal. 6,10 30 Iob 35,15 31 Ier. 15,5 34 Petr. Lomb. sent. 4,46 36 Gen. 22,6 39 Ps. 88,33

vis. Ps.: Reges eos in virga ferrea, id est in percussione dura. Exo. XXVII.: Manus Moysi erant graves. Hebre. XIII.: Horrendum est incidere in manus Dei vivi. Habet autem ista manus, scilicet punicio purgatorii V gravitates quasi quinque digitos, quorum una est horror visionis, secunda ardor combustionis, tertia dilacio beatitudinis, in qua ulterius comprehenduntur, scilicet tria carencia, visionis Dei, societatis angelorum et sanctorum. De prima dicitur Sap. V^o: Videntes turbabuntur timore horribili. Sap. 17.: Persone tristes pavorem illis prestabant. Remigius super Marcianum: Caldei dicunt, quod Eumenides, id est furie infernales, occurrunt animabus ea, sed cruciant. Dicte Eumenides, id est bone per antiphrasim pro male. De secunda Augustinus De civitate Dei: Quia dicitur: Salvus erit quasi per ignem, I Cor. 3., contempnitur ille ignis, gravior tamen erit, quicquid potest homo in hac vita pati. De tertia, scilicet dilacione beatitudinis quantum ad visionem | Dei et societatem angelorum et sanctorum, dicit Augustinus in Enchiridion: Alienari a regno Dei, carere magna multitudine dulcedinis Dei tam grandis est pena, ut ei possint nulla tormenta, que novimus, comparari. Et contra, quia malum bonum est, ideo contra istas gravitates pene purgatorii habent purgandi V alias consolaciones. Quarum una spes est liberacionis. Sunt enim securi de gloria habenda, quia sciunt se non exceperisse sententiam dampnacionis in exitu suo. Preterea apparent hominibus et petunt suffragia ab eis, quod non facerent, si scirent se esse dampnatos. Preterea anima separata videt se et ea, que sunt in se, scilicet gratiam Dei, et ita scit, quod salvabitur. Premia non desperant, dampnatos autem sciunt desperare. Secunda est voluntas paciendi. Volunt enim pati consencientes iusticie Dei. Quod autem voluntarie sustinemus, facilius ferimus, secundum illud dictum Sapientis: Facti gravitas cuicumque volenti est levis. Augustinus XIII. De Trinitate: Miserior est, qui impacienter sustinet miseriam. Philosophus in Moralibus: Impaciencia execrabatur malam sortem. Ideo dixit Terencius: Si non potest esse, quod vis, id velis, quod possis. Tercia consolacio sunt promissiones carorum, quibus eciam alleviantur. Ideo dicit Augustinus De exequiis mortuorum: Impleant homines erga suos officia postremi muneris, verum illa, que adjuvant spiritus defunctorum, scilicet oblationes, oraciones multo observancius procurent. Quarta consolacio sunt visitaciones angelorum, quod signatur in amicis Iob, qui venirent, ut consolarentur eum, in quo videbant dolorem esse vehementem. Per hoc enim precipue consolantur, cum vident suos concives curare de se, quoniam ut dicit Aristoteles IX. Ethicorum: Associacio amicorum est letificans et presencia eorum est delectabilis. Ideo intellectus in presencia eorum efficit || tristiciam esse minorem, quam exigat res contristans. Quinta consolacio sunt oraciones sanctorum, qui multum orant pro eis, quod signatur II Mach. I.: Fratribus, qui sunt per Egyptum, scilicet pene purgatorii, salutem dicunt fratres, id est sancti, qui sunt in Ierosolimis, id est in paradiso. Hic sumus orantes pro vobis etc.

93d

94a

1 Ps. 2,9 1 recte Ex. 17,12 2 Hebr. 13,31 6 Sap. 5,2 7 Sap. 17,4 8 Remig. Ant. – ubi? 10 Aug. – ubi? 11 I Cor. 3,15 14 Aug. enchir. 112,29; PL 40,285 24 Facti gravitas: Gaufr. Vinos. poetr. nova 321–323 25 Aug. trin. 13,7,10; PL 42,1021 26 Impaciencia execrabatur – quis et ubi? 27 Ter. Andr. 306–307 29 Aug. – ubi? 34 Aristot. eth. Nic. 9,11 38 2 Mach. 1,1 et 6

135. DE ANIMABUS IN DIE ANIMARUM
Secundus sermo

Amodo iam dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis, Apok. XIII. Labor corporalis duo requirit, scilicet quietem et refeccionem, quoniam laborans fatigatur et evacuatur. Sic et labori spirituali sanctorum duo exhibentur post mortem, scilicet refeccio fruicionis, de qua dicitur Mt. XI.: Venite ad me omnes etc. Hoc dicitur penitentibus, qui laborant in faciendis et honerati sunt in sustinendis, qui reficiuntur consolacione divine visionis. Is. LIII.: Pro eo, quod laboravit, videbit et saturabitur. Et quies pausacionis, de qua nunc dicitur: Amodo, id est a tempore mortis, dicit Spiritus, id est Deus Trinitas, ut requiescant a laboribus suis, id est post labores suos, ut preposicio sit ordinalis et dicat ordinem meriti ad premium. Vel a laboribus suis, id est pro laboribus suis, ut preposicio sit causalis, quoniam labor quietem meretur. Unde Dominus dixit discipulis suis reversis de labore predicacionis: Venite seorsum et requiescite, Mc. VI. Ideo orandus est hodie et semper, ut hanc requiem nostri mortui consequenter dicentes Deo nostro: Requiem eternam dona eis Domine. Sed sciendum est, quod non quilibet labor remunerabilis est quiete seu refeccione. Est enim labor malus, et est labor bonus. Eorum, qui laborant labore malo, quidam laborant in servicio diaboli, quidam mundi, quidam carnis. Primi laborant in | perpetracione peccatorum, de quibus dicitur Ier. IX.: Ut inique agerent, laboraverunt. Secundi in congregacione pecuniarum. Eccli. XXXI.: Laboravit dives in congregacione substantie. Tercii in replecione concupiscenciarum. Eccles. VIII.: Laudavi leticiam, quod non esset bonum homini, nisi quod comederet et biberet et hoc solum ferret de labore suo. Talis fuit Sardanopallus, ut ait Augustinus II. De civitate Dei: Qui quondam rex Babilonie ita fuit voluptati deditus, ut in sepulcro suo scribi fecerit ea sola se habere mortuum, que libido eius cum viveret hauriendo consumpserat. Omnes isti habent remuneracionem sibi convenientem, scilicet laborem pene pro labore culpe. Abacuk II.: Laborabunt populi in multo igne. Eccles. X.: Labor stultorum affliget. Eorum vero, qui laborant labore bono, quidam laborant in pertinentibus ad proprium commodum, quidam in pertinentibus ad egenum proximum, quidam in pertinentibus ad divinum negocium. Primi sunt agricultores, de quibus dicit Psalmus: Labores ma(nuum) tu(arum) etc. Istis dicitur Eccli. VII.: Ne oderis laboriosa opera et rusticacionem a Deo creatam. Quoniam rusticus, qui manu fimum spargit, uberem messem colligit. Secundi sunt misericordie sectatores, quibus dicitur Eph. V^o: Laboret operando manibus suis, ut habeat unde tribuat. Act. XXI.: Laborantes oportet suscipere infirmos. Tercii sunt Dei laudatores. II. Cor. VI.: In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros in laboribus, in ieiuniis, I Tim. II.: Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Et istorum labor est remunerabilis gloriose. Sap. III.: Bonorum laborum gloriosus est || fructus. Sap. X.: Reddidit Deus mercedem laborum sanctorum suorum. Sed sciendum

14 Mc.: M in marg. corr. ex Mt. del. ad proprium

25 quondam: M quandam

30 pertinentibus: M add. et

3 Apoc. 14,13 6 Mt. 11,28 8 Is. 53,11 14 Mc. 6,31 20 Ier. 9,5 21 Eccli. 31,3
22 Eccle. 8,15 24 Aug. civ. 2,20,38; PL 41,66 28 Hab. 2,13 28 Eccle. 10,15 32 Ps.
127,2 32 Eccli. 7,16 35 recte Eph. 4,28 36 recte Act. 20,35 37 2 Cor 6,4 38 recte
2 Tim. 2,3 39 Sap. 3,15 40 Sap. 10,17

est, quod merces laborum dupliciter amittitur, scilicet uno modo, quando labor non continuatur, ut fit in non perseverantibus, quibus dicitur in secunda canonica Iohannis: Videte, ne perdati, que operati estis, sed ut mercedem plenam accipiat. Quia qui non perseverat in doctrina Domini, non habet. Qui vero perficiunt dietam continuando usque ad mortem, illi accipiunt. Eccli. XXXVI.: Da mercedem sustinentibus te. Mt. XX.: Ut sero factum est, dixit Dominus vinee procu(ratori) suo: Voca operarios et redde etc. Alio modo, quando alia merces accipitur, ut fit in ipocritis, qui ext(erminant) fa(cies) suas, ut appareant etc. Amen dico vobis, ait Dominus Mt. VI., receperunt mercedem suam, Glosa: laudem hominum, quam voluerunt, non adopcionem filiorum. Ideo vacua est spes illorum et labores sine fructu, Sap. III. Memoria mortuorum instituta est primo, ad ipsorum sublevacionem, ut si aliis temporibus eos forte negleximus, modo pro eis aliquid diligencius faciamus, quia sancta et salubris est cogitacio pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur, II Mach. XII. Secundo, ad nostram melioracionem, ut in temporibus nos morituros esse cognoscamus et timeamus, quia si illi mortui sunt heri, nos forte modo moriemur. Eccli. XXXVIII.: Memor esto iudicii, unde sic enim erit et tuum, michi heri et tibi hodie. Eccles. VII.: Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum convivii, in illa enim finis admonetur omnium et vivens cogitat, quid futurum sit. Tercio, propter ipsorum pro nobis obligacionem, quia orando modo pro eis | obligamus eos, ut cum fuerint liberati, efficacius orent pro nobis, secundum quod dicitur Iac. V.: Orate pro invicem, ut salvemini. Et tunc oracio nostra convertetur in sinum nostrum, quia proderit nobis, quod fecimus pro illis. Quarto, propter debiti nostri solucionem. Tenemur enim orare pro eis racione mutue caritatis, et si facimus, liberamur ab obligacione. Eccli. IIII.: Inclina pauperi sine tristitia aurem tuam et redde debitum tuum etc. 94d

136. DE SANCTO HAIN(RICO) IMPERATORE

Invenit iuvenem splendidum stantem precinctum et quasi paratum ad ambulandum. Et ignorabat, quod angelus Dei esset, Thob. V°. Iuvenis iste splendidus et precinctus fuit Sanctus Heinricus, quem invenit, quicumque intueri voluit, iuvenem in flore etatis, splendidum in moribus honestis, stantem in rectitudine intencionis, precinctum cingulo castitatis, paratum ad iter operacionis et angelum in miraculo incombustionis. Ffuit ergo iuvenis per acceleracionem conversionis in prima iuventute sua, quoniam in puericia cepit Domino servire illo modo, sicut dicitur Thob. I.: Legem celi puerulus observabat. Ffuit etiam splendidus per exemplum honestatis, cuius lux lucebat coram hominibus, quia videbant in eo omnia bona. Unde Mt. XVII. dicitur, quod facies, id est exterior conversacio, resplenduit sicut sol, scilicet perfectam vitam. Ffuit etiam stans et erectus

7 operarios: M operarios 8 appareant: M pareant 18 enim: M add. est

3 recte 1 Io. 1,8 5 Eccli. 36,18 6 Mt. 20,8 9 Mt. 6,16 11 Sap. 3,11 14 2 Mach. 12,46 16 Eccli. 38,23 17 Eccl. 7,3 21 Iac. 5,18 25 Eccli. 4,8 29 Tob. 5,5-6 35 Tob. 1,8 37 Mt. 17,2

per affectum amoris ad Dominum. Per quem modum sancti dicuntur stare ante Dominum, scilicet quando amant eum et eius intuitu faciunt omnia. Apok. XI.: In conspectu Domini terre stantes, Glosa: quid Deo placeat attendentes. II. Reg. XVII.: Vivit || Dominus, ante cuius conspectum sto. Ffuit etiam precinctus cingulo castitatis, secundum preceptum Domini Lu. XII.: Sint lumbi vestri precincti. Lumbi sunt carnales affeccionis, que sunt cingende, id est reprimende cingulo castitatis, ne prouant in fluxus malarum cogitacionum, sicut fecit sanctus iste, qui dicit in Psalmo de se: Deus, qui precinxit me virtute, id est forti proposito continencie, et posuit immaculatam viam meam, id est vitam, quam habui in mundo. Ffuit etiam paratus ad ambulandum per continuum profectum bone operacionis. Ambulare enim proficere est. Ad quod nos monens Dominus dicit Io. XII.: Ambulate, dum lucem habetis, scilicet presentis vite, ut non tenebre, scilicet mortis, vos comprehendant, scilicet in negligencia salutis. Ffuit etiam angelus per miraculum incombustionis. Legitur enim Dan. III., quod angelus Domini descendit in fornacem, et excussit flammam ignis. Sic sanctus iste descendit in fornacem, dum cubavit in uno lecto cum sponsa sua, et excussit a se flammam ignis, quia non tetigit eum motus libidinis, quod Salomon miratur et pro miraculo reputat dicens Prover. VI.: Quis potest abscondere ignem in sinu suo, id est mulierem, ut vestimenta eius non ardeant?, id est corpus non succendatur ad libidinem. Et quoniam perfeccio alicuius non faciliter apparet aliis, ideo dicitur, quod ignorabat angelum Dei esse. Ffuit tamen angelus similis illorum, de quibus legitur Apok. XV., quod exierunt de templo septem angeli vestiti lapide mundo et candido. Septem angeli sunt universi continentes propter dignitatem status sui, quia habent ex gracia, quod angeli habent ex natura, quorum vestitus est lapis mundus et candidus, id est perfecta continentencia mundi a peccatis, candida aliis virtutibus. Et sic vestitus sequitur agnum cum sanctis virginibus prestante Iesu Christo, filio virginis Marie.

137. DE SANCTO MARTINO (Sermo primus)

Sint lumbi vestri precincti, Lu. XII. Huius ammonicionis observator fuit Sanctus Martinus, qui fuit cinctus castitate, inflammatus caritate, sollicitus expectatione. Dicendum est ergo, quod habuit cingulum castitatis in carne iuxta hoc, quod dicitur: Sint lumbi vestri precincti. Lumbos enim precingimus, cum carnis luxuriem per continenciam coartamus, Gregorius. Ffuit autem precinctus castitate propter multas honestissimas utilitates castitatis. Primo, ut expedior Deo serviret, quoniam laxitas vestium impedit servientem. Propter quod dicit Plautus: Si quid facturum es, appende in humeris pallium et pergat quantum valet tuorum pedum pernecitas. Ideo et Dominus linteo precinctus servivit, cum pedes lavit, Io. XIII., ne vestibus indutus inagilis et inefficax esset in servicio suo. Sic

5 Lu. XII.: *M iter.*

2 Apoc. 11,8 4 recte 3 Reg. 17,1 5 Lc. 12,35 8 Ps. 17,33 12 Io. 12,35 14 Dan. 3,49 18 Prov. 6,27 22 Apoc. 15,6 30 Lc. 12,35 34 Greg. M. in evang. 13,1; PL 76,1123D 37 Plaut. frg. inc. 56 39 Io. 13,4

- homo non cinctus per continenciam, sed diffuens per carnalitatem et involutus
 curis uxoris, filiorum et filiarum, impeditur servire Domino, quia dicit Apostolus
 I Cor. VII.: Qui cum uxore est, cogitat, que sunt mundi, et divisus est, scilicet
 a servicio Dei. Secundo, ut mundior Deo placeret, qui tantum mundos diligit,
 5 cuius oculi, quia mundi sunt, malum non vident, Abac. I., sed mundos tantum
 diligit. Unde Osee XI.: Puer Israel et dilexi eum. Puer dicitur a puritate, et Is-
 rael diligitur ob puritatem. Prover. XXII.: Qui diligit cordis mundiciam, habebit
 amicum regem, || id est amabitur a Christo. Tercio, ut clarior exemplum mun- 95c
 do daret sciens, quod instruenda est vita aliorum exemplis illustribus, secundum
 10 Senecam in epistola. Et quod unius exemplo multi corriguntur, secundum Am-
 brosium super Lucam. Gregorius in Moralibus: Multi in tenebris vite presentis,
 dum superiora de se exhibent, astrorum more nobis desuper lucent. Quarto, ut di-
 gnior regnum celorum intraret, ubi soli mundi admittuntur. Illicitum enim erat
 indutum sacco intrare aulam regis Assueri, Hester IIII. Multo magis aulam reg-
 15 is Christi non intrat aliquis indutus sacco immunde carnis. Apo. XXI.: Non
 intrabit in illam aliquod coinquinatum et faciens abhominaciones. Habuit eciam
 cereum caritatis in mente, iuxta quod dicitur: Lucerne ardentes, ecclesia addit:
 in manibus vestris. Lucerna ergo ardens est caritas fervens, que tunc est in ma-
 nibus, quando lucet in operibus, quia probacio dileccionis est exhibicio operis,
 20 secundum Gregorium. Super illo verbo Cant. VIII.: Lampades ignis atque flam-
 marum, dicit Glosa: corda fidelium, in quibus dileccio continetur sicut in vase,
 sunt ignes, quia intrinsecus fervent dileccione Dei et proximi, sicut flamma, quia
 exterius lucent operibus iusticie. Ista lucerna, id est caritas fervida, perutilis est
 nobis, quoniam per eam primo, Christus honoratur. Ps.: Paravi lucernam, id est
 25 hominem caritatis, christo meo, id est ad honorem Christi, quia hoc cedit ad
 laudem eius, quemadmodum si aliquis accenderet ignem magnum tempore fri-
 goris. Secundo, mundus | illuminatur. Lu. XI.: Nemo accendit etc. Lucernam 95d
 accendit Deus, quando dat alicui ferventem caritatem, ut ad modum Iohannis sit
 lucerna ardens et (lucens), Io. V., et non ponit in abscondito inutiliter celando,
 30 sed super candelabrum, id est in apto et alto loco, ut Martinum in episcopatu,
 ut qui ingrediuntur veniendo ad ecclesiam nostram, videant in eo lumen exem-
 pli boni et illuminentur ab eo, sicut una candela ardens facit aliam ardentem, si
 ei applicatur. Tercio, bonum opus informatur. Ideo sicut in nocte operamur ad
 lumen lucerne, sic in mundo debemus bona facere ad lumen caritatis, quoniam
 35 per ipsam bona opera perficiuntur et meritoria efficiuntur. Unde Augustinus in
 epistola: Vita bona et honesta non aliunde formatur, quam cum ea, que diligenda
 sunt, et quemadmodum diligenda sunt, diligentur. Gregorius in Moralibus: Cari-
 tatis proprium est nutrire et virtutes ceteras perfeccionis sue munimine solidare.
 Bernardus in Apologia: Qui operatur non amans, opus suum perdit. Quarto, sta-

19 operibus: M *iter. et corr.* que tunc est in manibus, quando lucet in operibus 19 exhibicio: M
add. et del. operibus 25 caritatis: M caritatem 29 lucerna: M *add. et del.* ar- 29 ponit:
 M potuit

3 I Cor. 7,33 5 Hab. 1,13 6 Os. 11,1 7 Prov. 22,11 10 Sen. epist. 83,12 11 Ambr.
 – ubi? 11 Greg. M. moral. 4,24,45; PL 75,659B 14 Esther 4,2 15 Apoc. 21,27
 17 Lucerne ardentes: Lc. 12,35 20 Greg. M. in evang. 30,1; PL 76,1220C 20 Cant. 8,6
 24 Ps. 131,17 27 Lc. 11,33 29 Io. 5,35 35 Aug. epist. 137,5,17; PL 33,524 37 Greg.
 M. – ubi? 39 Bern. apol. 4,8; PL 182,903D

tus beatitudinis glorificatur, cuius lucerna, id est illuminator, est Agnus, id est homo assumptus caritate plenus, Apok. XXI. Habuit eciam sollicitudinem expectacionis cum attencione, iuxta quod dicitur: Et vos similes hominibus etc. Iste Dominus Christus est, qui fecit nupcias, quando ecclesiam triumphantem
5 sibi sociavit in ascensione, revertitur autem in fine, sicut Prover. VII. dicitur: Vir, Christus, non est in domo sua, id est in presenti ecclesia per presenciam corporalem, abiit via longissima, scilicet de terra ad celum, sacculum peccunie secum tulit, hoc est corpus plenum bonis gracie et glorie, in die plene lune, id est in consummacione ecclesie per implecionem numeri electorum, reversurus
10 est in domum suam, scilicet ad iudicium. || Et ista reversio debet expectari sollicite communiter ab omnibus. Sed tamen differenter expectatur ab omnibus, quia malos movet ad expectandum terror condempnacionis, scientes, quod malos male perdet, sicut fur expectat diem educcionis de carcere ad suspendium. De quali expectacione. Hebre. X.: Terribilis quedam expectacio iudicii et ignis
15 emulacio, que consumptura est adversarios. Bonos vero movet ad expectandum amor tribulacionis, sicut operarius expectat denarium sero solvendum. De quali expectacione dicitur Ia. V.: Patientes estote usque ad adventum Domini. Ecce enim agricola expectat preciosum fructum terre. Cum ergo venerit, scilicet in morte, et pulsaverit, in egritudine, confestim aperiamus ei, libenter egrediendo ad iussum eius, quia dissolvi et cum Christo esse melius. Quod nobis prestat
20 meritis Sancti Martini Iesus Christus, iudex mundi.

96a

138. <DE SANCTO MARTINO> Secundus sermo

Optulit sacrificium in igne Domino VII diebus, Levi. XXIII. Dicit Aristoteles III. Physicorum, quod oportet docentem adiscere. Docens est relator verbi,
25 sed docere non potest, nisi discat a Deo, quia dicit Bernardus super Cantica: Michi liquido constat, nec de canalibus oriri rivos aquarum, nec de labiis vel dentibus prudencie verbum. Ideo rogandus est fons sapencie, Christus, ut ipse immittat loquenti, quod ille infundat audienti. Obtulit sacrificium Beatus Martinus, quem elegit Deus ab omni vivente offerre sibi sacrificium. A IIII^{or} in hiis
30 verbis extollitur et laudatur, scilicet a sublimi officio, quod exercuit, quando dicitur: Obtulit sacrificium. A singulari privilegio, quo emicuit, quando dicitur: Obtulit sacrificium in igne. A salubri | intento, quo Deo placuit, quando dicitur:
35 Obtulit Domino, id est ad honorem Domini. A finali proposito, quo perseveraverit, quando dicitur: Obtulit septem diebus, id est universis vite sue temporibus. Dicatur ergo de sancto sacerdote: Obtulit sacrificium etc. Optulit autem triplex sacrificium, scilicet misericordie, obediencie et eucharistie. Sacrificium misericordie obtulit in statu militari, cum solum pallium divisit et partem pauperi dedit. Et hoc dicitur sacrificium Eccli. XXXV.: Qui facit misericordiam, offert

96b

12 terror: M terrorem 27 canalibus: M conalibus

2 Apoc. 21,23 3 Et vos: Lc. 12,36 5 Prov. 7,19 14 Hebr. 10,27 17 Iac. 5,7
 20 dissolvi et: Phil. 1,23 24 Lev. 23,8 25 Aristot. – ubi? 26 Bern. serm. in cant. 13,5;
 PL 183,836D 39 Eccli. 35,4

- sacrificium. Ps.: Sacrificate sacrificium iusticie, id est elemosine, quia iustum est, ut quod a communi Domino tribuitur, quicumque hoc accipiunt, eo communiter utantur, secundum Gregorium in Pastoralis. Et quoniam quod pauperi datur, Christus sibi reputat datum. Mt. XXV.: Quod uni ex minimis meis fecistis etc. Ideo dixit Martinus: Hac me v(este) contextit. Sacrificium obediencie tulit in statu monachali, cum se voluntati alterius subiecit. Et hoc dicitur sacrificium Eccli. XXXV.: Sacrificium salutare est attendere mandatis, scilicet per obedienciam, quoniam mandatis obediencia debetur. Et dicitur sacrificium salutare, quoniam sine obediencia non est salute fortunari, secundum Damasceni
- 10 III. librum. Sacrificium eukaristie obtulit in statu sacerdotali, cum divina frequentissime celebravit. Et hoc dicitur sacrificium in Psalmo: Sacrificium laudis honorificavit me. I. Reg. VII.: Tulit agnum et obtulit holocaustum integrum Domino. De hiis dicitur Numeri XXVIII.: Hec sunt sacrificia, que offerre debetis. Et nominat tria inter alia, scilicet similam, vinum et agnum. Et obtulit olocaustum
- 15 integrum Domino. Simila est elemosina, que debet fieri de melioribus, quemadmodum simila || est purior pars tritici. Vinum obediencie, quia inmutat statum mentis a propria voluntate, quoniam inebriati bone spei fiunt, secundum Aristotelem in Ethicis. Agnus Christus in eukaristia significatus per agnum paschalem, Exo. XII. Obtulit autem ista tria sacrificia cum singularis privilegii gloria, quia
- 20 in igne. Nam dum sacramenta offeret, globus igneus etc. Per illum autem ignem materialelem apparentem in suo capite designabatur ignis caritatis existens in suo corde. In quo igne obtulit tria predicta sacrificia, que sine caritate non fuissent accepta. De quo igne ista sunt investiganda, scilicet qualiter invenitur, ut esse ignis queat. Qualiter nutritur, ut eciam luceat et esse appareat. Qualiter custoditur, ne extingatur et deficiat. Ignis istis modis invenitur, scilicet elicitur de nubibus. Virgilius: Exiliitque cavis elisi nubibus ignes. Excutitur ex lapidibus. II. Mach. X.: Ex lapidibus igne concepto obtulit sacrificium, Glosa Ier. X.: Ex duris silicibus sibi complosis medius ignis elabitur. Virgilius: Silicis scintillam excutit Achates suscepitque ignem. Labitur de stellis. Isidorus: Stelle cadentes sunt
- 30 igniculi ab ethere lapsi. Virgilius: De celo lapsa per umbras stella facem ducens multa cum luce cucurrit. Concipitur radiis solis, ut ex vitro cum aqua et de crystallo. Aliud exemplum huius ponit Isidorus fenicem dicens: Ffenix cum senuit collectis aromatum ligulis rogom sibi instruit, et conversa ad radium solis alarum plausu voluntarium sibi incendium nutrit. Petitur a vicinis. Stacius: Tectumque
- 35 ingressa propinque pastorale case reficit spiramina fessi ignis. Sol est Christus, nubes Beata Virgo, lapides angeli, celi | apostoli, vicini omnes alii sancti, a quibus acquirimus nobis ignem caritatis. Quia Christus donat caritatem conferendo per auctoritatem, angeli deferendo per ministerium, apostoli per exemplum et predicacionem, Virgo et alii sancti per suffragium et impetracionem. Si ergo
- 40 vis habere caritatem, ad aliquem istorum convertere. Ignis caritatis nutritur oleo

96c

96d

15 Simila: M simila 26 cavis: M capis

1 Ps. 4,6 3 Greg. M. past. 3,21; PL 77,87B 4 Mt. 25,45 5 Hac me – ubi? 7 Eccli. 35,2
 9 Ioh. Damasc. – ubi? 11 Ps. 49,23 12 1 Reg. 7,9 13 recte Num. 28,3 18 Aristot. eth.
 Nic. 3,11 19 Ex. 12,3 20 dum sacramenta – ubi? 26 recte Ov. met. 6,696 27 2 Mach.
 10,3 28 Verg. Aen. 1,174 29 Isid. orig. 3,71,3; PL 82,179A 30 Verg. Aen. 2,692–693
 32 Isid. orig. 12,7,22; PL 82,462A 34 Stat. Theb. 12,267–269

misericordie et compassionis. Mt. 25.: Prudentes acceperunt oleum, scilicet misericordie, in vasis suis, id est in conscienciis, cum lampadibus, scilicet caritatis. Si enim ignis nutritur oleo, sic caritas compassione. Quod probatur a contrario sensu. I Io. III.: Qui habuerit substanciam mundi et viderit fratrem suum necessitatem habere et clau(serit) viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in illo? Cera mundicie et castitatis. Virgilius: Admouet his pronam submissa fronte lucernam. II. Mach. I.: In puteo, scilicet cordis, alto, per contemplacionem, sicco, per castitatem, contutati sunt ignem, scilicet caritatis. Fflatu devote oracionis. Virgilius: Excitat et crebris laguentem flatibus ignem. Laguis ignis est caritas imperfecta, excitatur per flatum oracionis, ut crescat. Quia data caritas meretur augeri, scilicet per oracionem, ut aucta mereatur perfici, secundum Augustinum. Quod signatur III Reg. I., ubi dicitur, quod ad preces Helie descendit ignis de celo. Lignis beneficiorum Dei. Levi. VI.: Ignis, scilicet caritatis, in altari meo, id est in corde hominis, semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiciens ligna, id est predicans crucis beneficia, mane et vespere, id est frequenter. Per hoc enim maxime ignitur anima. Ber(nardus): Reddit te amabilem michi calix, quem bibisti. Sulphure abhominacionis peccati. Dicit enim Aris(toteles) II. De proprietatibus elementorum, quod extinguitur candela et remanet in licino ex igne et pulverizatur super ipsum pulvis sulfuris et accenditur. Sulfur, quia fetet, peccatum designat, quod qui abhominatur et expellitur, caritatem accendit, quoniam vitantibus peccatum confert Deus amorem suum. || Unde Augustinus in primam canonicam Iohannis: Duo sunt amores, mundi et Dei. Si habitet in te amor mundi, non est, quo intret amor Dei. Excludere amorem mundi, ut implearis amore Dei. Vas es, sed ut plenus es, funde, quod habes, ut accipias, quod non habes. Ignis caritatis custoditur sub cinere humiliacionis. Virgilius: Et cinis obducte celabat lumina prune. Is. LXVI.: Super quem requiescet spiritus meus. Augustinus: Locus caritatis humilitas est. Sub manu bone operacionis. Virgilius: Oppositaque manu lumen deffendit ab aura. Gregorius: Caritas, si est, operatur magna. Sub laterna recte intencionis. Nam laterna inde vocata secundum Isidorum, quod lucem interius habeat latentem, eciam inclusam, ut venti flatus adire non possit. II Mach. I.: Acceptum ignem, scilicet caritatis, ab altari, id est a Christo, occulte absconderunt in valle, id est latibulo sancte intencionis, ne extinguat ventus vanitatis. Sub pallio paciencie et fortitudinis. Gen. XXIII.: Tulit pallium et operuit se Rebecca, de qua hoc dicitur interpr(ete): multum accepit, et significat caritatem, quam tantum accepit, ut Dei digna sit nomine, secundum Augustinum, dicente apostolo I Io. III.: Deus caritas est. Hec operit se pallio paciencie excipiens grandines persecucionum et pluvias temptacionum, in quibus insuperabilis permanet. Cant. VIII.: Aque multe non possunt. Augustinus

97a

6 submissa: M *in marg. corr. ex promissa* 8 contutati: M conturati 9 crebris: M cebris
9 laguentem: M *corr. ex laguentibus* 26 obducte: M obducta 26 prune: M pruna 34 hoc:
M hor

1 Mt. 25,25 4 I Io. 3,17 6 Moret. 10 7 2 Mach. 1,19 9 Moret. 12 12 Aug. – ubi?
12 4 Reg. 1,10 13 Lev. 6,12 16 Bern. serm. in cant. 20,2; PL 183,867C 17 Ps. Aristot.
– ubi? 21 Aug. in epist. Ioh. 2,8 et 9; PL 35,1993 et 1994 25 Moret. 9 26 recte Is. 11,2
27 Aug. virg. 51,52; PL 40,426 27 Moret. 14 28 Greg. M. in evang. 30,2; PL 76,1221B
30 Isid. orig. 20,10,7; PL 82,721B 31 2 Mach. 1,19 33 Gen. 24,65 36 Aug. – ubi?
36 1 Io. 4,8 38 Cant. 8,7 38 Aug. serm. 350,3; PL 39,1534

De laude caritatis: Caritas in adversitatibus tolerat, in prosperitatibus temperat, in duris passionibus fortis, in bonis operibus ilaris, in temptationibus tutissima, in hospitalitate letissima, in motu prompte obediens. Aristoteles De proprietatibus elementorum: Motus generat caliditatem et quies facit frigus. | Sic calor
 5 caritatis generatur in motu obediencie facili, quoniam obedientibus sibi dat Deus amorem sui. Unde dicitur Levi. XVI.: Si in preceptis meis ambulaveritis, scilicet per obedienciam, firmabo pactum meum vobiscum, id est mandatum caritatis. Quod et in nobis efficiat meritis Sancti Martini ignis consumens, Iesus Christus etc.

97b

10

139. DE S<ANCTA> ELISABET<H>
 Sermo primus

Omnis gloria eius filie regis ab intus <Ps. XLIV>. Prover. XXXI.: Mulier timens Deum etc. Meritum virtutis, quod fuit in Sancta Elizabeth, quoniam fuit mulier timens Deum, exigit a nobis tributum laudis, quia ipsa laudabitur, id est
 15 debet laudari. Dicit enim Philosophus in Ethicis, quod meritum virtutis potissimum honor est. Unde dicit Sanctus Ieronimus, quod Allexander cum venisset ad tumulum Achillis, hoc in eo precipue commendavit, quod tantum tantus habere post obitum meruit preconem laudis Omerum. O fortuna viri superexcellencior, inquit, cuius Meonium redolent preconia vatem. Sed dicit Philosophus ibidem,
 20 quod virtuti perfecte non invenitur honor et reverencia equalis ei et quantum meritum. Ideo orate Deum, ut qui dedit ei meritum virtutis, nobis ad ipsum enarrandum det sermonem laudis. Omnis gloria. Hic a duobus commendatur mulier virtutis, Beata Elizabeth, scilicet a nobilitate generis et ab humilitate moris. Nobilitas eius fuit altissima, quoniam erat filia regis. Sed humilitas eius fuit
 25 cautissima, quia omnis gloria eius erat ab intus, Glosa: in consciencia. De utroque cantatur ad laudem ipsius: Quanto sese deprimebat humilis nobilitas, tanto magis elucebat nobilis humilitas. Hec sancta illa, in qua || simul habitaverunt leonis dignitas regia et ovis humilitas pia, Is. XI. Hec est mirabilis coniunctio, scilicet leonis et ovis, cum leo soleat ovem occidere. Gregorius in Moralibus:
 30 Mirum est valde, cum in cordibus sublimium regnat humilitas morum. Bernardus super Cant.: Mirabilem te apparere et contemptibilem te reputare, hoc ego ipsis virtutibus mirabilius iudico. Multorum enim gloria est a partu et ab utero, Osee IX., id est a carnali nobilitate. Qui probitate carentes nobilitatem iactant, ut ramorum sterilitatem radix fecunda compenset, et quod in fructu non teneas, mireris in truncco, ut dicit Ieronimus ad Demetriadem. Sed si claritudinem predicacio facit, dicit Boecius III. De consol(acione), illi sint clari, necesse est, qui
 35 predicantur. Quare splendidum te, si tuam non habes, aliena claritudo non ef-

97c

18 Omerum: M in marg. false corr. Honorium 30 regnat: M regnat

3 Ps. Aristot. – ubi? 6 recte Lev. 26,3 12 Ps. 44,14 12 Prov. 31,30 15 Aristot. eth. Nic. 8,16 16 cf. Hier. vita Hilari. prol.; PL 23,29B 19 Aristot. ? – ubi? 26 Quanto sese: AH 25,253 28 Is. 11,6 29 Greg. M. moral. 25,24,48; PL 76,377C 31 Bern. serm. in cant. 13,3; PL 183,835C 33 Os. 9,11 35 Hier. epist. 130,3; PL 22,1108 36 Boeth. cons. 3, prosa 6; PL 63,746A

ficit. Poeta: Nam genus, et proavos et que non fecimus ipsi, vix ea nostra voco. Dicit autem Boecius in predicto libro, quod hoc solum bonum est in nobilitate, quod imposita nobilibus necessitudo videatur, ne a maiorum suorum virtute degenerent. Maiores autem huius sancte mulieris reges fuerunt. Porro regie virtutes due sunt secundum Isidorum in libro Ethimol(ogiarum), scilicet severitas in hostes et pietas in cives. Severitatem servavit in proprie carnis maceracione, quoniam spiritum ieiunio, sub cilicio carnem iugiter castigavit. Pietatem exhibuit in aliene necessitatis sublevacione, quia sedula paupercula istos lavit, illis stravivit. Ipsa est celum, in quo posuit Deus duo magna luminaria, scilicet solem severitatis in potestatem carnis penitencia perurendo et lunam pietatis in potestatem aliene | necessitatis misericordia sublevando, Gen. I. Hec est sponsa Christi magna propter penitenciam, formosa propter misericordiam, Cant. II. Due iste virtutes opponuntur duobus generibus omnium peccatorum, que sunt flagicium et facinus. Flagicium dicitur a flagitando corruptelam libidinis, qua nocet quisque sibi. Contra quod opponitur severitas punicionis. Ffacinus dicitur a faciendo malum, quod noceret alteri. Contra quod opponitur pietas subvencionis. In his regie dignitatis virtutibus apparuit mirabilis, tamen apud se mansit humilis, quia omnis gloria eius ab intus fuit, hoc est interius in corde, non exterius in facie. Ffuit enim occultatrix virtutum plus quam alii viciorum. Est autem duplex gloria, scilicet meriti bone operacionis, de qua dicitur I Cor. IX.: Melius est michi mori, quam ut gloriam meam, id est meritum supererogacionis, quis evacuet. Et premii eterne remuneracionis, de qua dicit Psalmus: Gloria hec, id est eterna remuneracio, est omnibus sanctis eius. Gloriam meriti abscondit sub occulto sancte intencionis, quia nichil foris appetivit laudis et honoris. Quoniam, ut dicit Augustinus in libro Confessionum: Qui laudari vult ab hominibus vituperante te, non defendetur ab hominibus iudicante te, nec eripietur dampnante te. Et ideo stulti sunt filii Adam, dicente Bernardo in epistola, qui contempnentes pacem et appetentes gloriam, et pacem perdunt et gloriam. Gloriam premii tenuit sub velamento inflammate affectionis, semper ad Deum siciens et currens in siti more cervi. Ps.: Quemadmodum desiderat cervus etc., sitiivit anima mea etc. Et quoniam non sic cito pervenit, sicut desideravit, fuerunt sibi lacrimae sue panes die ac nocte. Ber(nardus) super Cant.: Subtraccio rei, quam amas, augmentacio desiderii est, et quod ardencius desideras, eo cares egrius. Ideo autem non vult Dominus desiderata cito dare, || ut tu discas magna maxime desiderare. Hec est templum locuplex in possessione virtutum, et illic velamina aurea, que sunt intencio sancta et affectio inflammata, que reliquid Allexander, id est Christus, I Mach. VI. Sed non sic facit vanitas superbiorum. Prover. XXI. Thezaurus desiderabilis, scilicet virtutum et donorum, et oleum, scilicet gaudiorum interiorum, in habitaculo iusti, id est in corde, et vir imprudens, id est superbus, dissipabit illud, scilicet per variam ostentacionem, quando cupit laudem pro ta-

97d

98a

1 vix: M iuxta 17 mirabilis: M add. se 21 supererogacionis: M supererogacionis

1 Nam genus: Ov. met. 13,140-141 2 Boeth. cons. 3, prosa 6; PL 63,746A 5 Isid. orig. 9,3,5; PL 82,342B 7 spiritum ieiunio: AH 25,254 8 sedula paupercula: AH 25,255 11 Gen. 1,16 12 Cant. 2,10 20 I Cor. 9,15 22 Ps. 149,9 24 nichil foris: AH 25,254 25 Aug. conf. 10,36,59; PL 32,804 27 Bern. epist. 126,7; PL 182,276B 29 ad Deum: AH 25,255 30 Ps. 41,2 32 Bern. serm. in cant. 51,1; PL 183,1025B 37 I Mach. 6,2 37 Prov. 21,20

libus. Sed si laudem amamus, dicit Chrisostomus super Iohannem, eam que a Deo est laudem queramus, non eam, que ab hominibus est laus, que simul et apparet et perit. Vera autem gloria est ad id, quod Deo placet omnia et dicere et facere. Quod in nobis efficiat meritis sancte mulieris amator et formator sancte
 5 intencionis, Iesus Christus etc.

140. DE S(ANCTA) ELISABET(H)
 Sermo secundus

Vidit quandam viduam pauperulam mittentem era minuta duo in gazophila-
 cium, Lu. XXI. et Mr. XII^o. Ex hiis verbis ostenditur sancta mulier, ad cuius
 10 laudem loquimur, fuisse munda in castitate, afflicta in paupertate, devota in Dei
 veneratione. Propter castitatem dicitur vidua, propter paupertatem pauperula,
 propter Dei venerationem mittens duo era. Vidit ergo quandam viduam. In quo
 dicto laudatur eius castitas, quoniam vidua dicitur a viro divisa; non solum alie-
 no, quot est necessitatis, sed etiam a proprio, quod est virtutis. Ipsa enim ad
 15 Deum siciens et currens in siti carnis desideriis didicit reniti. Cuius gloriosa
 viduitas describitur Iudith XV^o: Tu gloria Ierusalem, id est patrie celestis, tu
 leticia Israel, id est ecclesie militantis, tu honorificencia populi nostri, scilicet
 gentis Hungarice, quia fecisti viriliter, in devincione hostis, et confortatum | est
 20 cor tuum, in servicio Creatoris, eo quot castitatem amaveris, in secundo gra-
 du castitatis, scilicet in viduitate, superior multis, id est coniugatis, et inferior
 paucis, scilicet virginibus, et post virum tuum alterum nescieris, contra illas,
 que frequenter nubunt in senectute. Ber(nardus) super Cant.: Turtur compare
 uno contenta est, quo amisso alterum non admittit. Numerositatem in hominibus
 25 nupciarum condemnans pudet ad negotium honestatis rationem non posse in
 homine, quod natura possit in volucre. Dicit autem Augustinus De vita Christia-
 na, quod tria sunt viduarum genera. Unum perfectissimum, quod ritu illius de
 ewangelio vidue oracionibus et ieiuniis die noctuque servivit Deo. Aliud, quod
 filiorum curam habet et domus non tam dignum, nec tamen peccatis obnoxium.
 Tercium, quod in epulis et deliciis est, quod eterne morti servatur. Vidit etiam
 30 quandam pauperulam. In quo dicto laudatur eius paupertas, quoniam post mor-
 tem mariti eiecta fuit de castro suo et omnibus possessionibus dotalicii sui a
 quibusdam vasallis suis, et ad tantam devenit inopiam, quod non habebat, ubi
 caput reclinaret, cum nullus eam recipere hospicio auderet. Que omnia pacienter
 sustinuit et ex eis Deum benedixit, sicut scriptum est de ea: Domo rebus dum
 35 ablatis mendicat hospicium in camino paupertatis benedixit Dominum. Prete-
 rea etiam alio modo se agente fuit pauperula, quia nobile hospitale construxit,
 ampla possessione ditavit, sua queque preciosa monilia et grandem pecuniam
 eidem loco contulit, ut testatur de ea Innocencius papa: Ipsa igitur habens ce-

98b

29 eterne: M eterni 33 reclinaret: M corr. ex reclinebat

1 Ioh. Chrys. hom. in Ioh. 38,5; cf. PG 59,218 9 Lc. 21,2 9 Mc. 12,43 14-15 ad Deum:
 AH 25,255 16 Iudith 15,10-11 22 Bern. serm. in cant. 40,3; PL 183,983B 25 Ps. Aug.
 vit. Christ. 15; PL 40,1045 34 Domo rebus: AH 25,255 38 Innocencius IV. - ubi?

lo fundamentum aurum super et ar- || gentum prudenter edificat, dum pauperes 98c
 letificat. Cuius ditissima paupertas describitur Apo. XII.: Signum magnum ap-
 paruit in celo, id est in ecclesia, mulier, scilicet Elizabeth, amicta sole, scilicet
 caritatis, et luna, id est terrena gloria, que numquam in eodem statu permanet,
 5 sub pedibus eius, scilicet per subieccionem et contemptum, quia cum esset regis
 filia, mundi contemptibilia non elegit. Et quoniam contempnenti temporalia
 dantur eterna, Mt. V.: Beati pauperes, ideo sequitur: in capite eius, id est in be-
 atitudine mentis, corona stellarum XII, id est remuneratio recte fidei, que in
 10 duodecim articulis continetur. Vidit eciam quandam mittentem era minuta duo.
 In quo dicto laudatur eius largitas in veneracione divina con cultu sancte reli-
 gionis. Duo enim era sunt in ipsa, corpus et anima, que dicuntur duo propter
 numerum et sufficienciam. Duo enim sunt in homine, scilicet corpus et anima.
 Et qui illa offert, sufficienter offert. Dicuntur era pro laude et fama. Es enim di-
 15 citur a splendore aeris, eo quod percussum splendore aeris plus fulgeat. Sic ipsa
 splendida fuit in mundo, et famosa propter vitam virtuosam, miracula magna et
 beneficia continua. Dicuntur minuta pro humilitatis gracia, quia famulis se fa-
 mulam (fecit) hec beata. Ista duo era misit in gazophilacium deputando voluntati
 et servicio Iesu Christi. Nam gazophilacium interpretatur servatorium divicia-
 20 rum. Gaza enim divicie, philaxe dicitur servare. Et designat Dominum Iesum,
 qui est dives in omnes. Omnes enim thezauri bonorum eternorum et tempora-
 lium in ipso sunt, ut in sua causa, actore | et origine, sicut ipse dicit Prover. 98d
 VIII.: Mecum sunt divicie et gloria. Dio(nis)ius IIII. De di(vinis) no(minibus):
 Omne existens ex pulcro et bono est et ad pulchrum et bonum convertitur. Et
 omnia, quecumque sunt et fiunt, propter pulchrum et bonum sunt et fiunt, et
 25 ad ipsum inspiciunt et ab ipso moventur et continentur. Rogemus Christum, ut
 per merita sue dilecte famule succurrat vacuitati nostre donans nobis gratiam in
 presenti et gloriam in futuro.

141. DE S(ANCTA) Elizabeth Sermo tercius

30 Sindonem fecit et vendidit, Prover. XXXI. Cognacio quedam Iudeorum de tri-
 bu Iuda vocabatur domus operancium byssum, ut legitur I Paral. IIII. Domus illa
 est ecclesia, que habet bissi operatores, id est continencie professores, de qui-
 bus una et precipua fuit hec mulier sancta, secundum quod de ipsa nunc dicitur:
 Sindonem fecit. Nam bissus et sindo idem sunt in substancia, scilicet tela can-
 35 didissima, secundum illud: Sindonis officium candida bissus habet. Ex quibus
 verbis laudatur in sancta muliere studiositas operandi, quia panem ociosa non
 comedit, sed sindonem fecit, id est castitatem tenuit, iuxta illud: Multis annis
 continencie propositum tenuit, II Mach. XV. Et utilitas operis, quia non gratis
 hoc fecit, sed vendidit, scilicet Christo pro vita eterna, qui est castitatis amator

14 quod: M in marg.

2 Apoc. 12,1 5 cum esset: AH 25,254 7 Mt. 5,3 16 famulis se: AH 25,254 21 Prov.
 8,18 22 Ps. Dion. Areop. div. nom. 4,10; Dionysiaca 196-197 30 Prov. 31,24 31 I Par.
 4,21 35 Sindonis officium - ubi? 38 recte 2 Mach. 14,38

- et remunerator, ut dicit Ieronimus in prologo libri Iudith. Significatur autem per sindonem sanctimonia, quoniam sindo multis tusionibus ad candorem deducitur, sic castitas difficulter invenitur et cum labore tenetur, iuxta quod dicitur Mt. II.: Invenerunt puerum cum Maria matre eius, id est puritatem cum amaritudine,
- 5 quoniam mater puritatis est austera penitencia, sicut extensio vasorum fit cum panno austero. Hinc est, quod a sanctis castitas martirium dicitur esse propter quandam similitudinem amare afflictionis. Unde dicit Malcus monachus: Habet pudicia servata martirium suum. Ambrosius: Virgi- || nitas martires facit. Tre. 99a
- III.: Rubicundiores ebore antiquo, Glosa: ebur antiquum in ruborem vertitur, quia diuturna castitas martirio comparatur. Excedit autem martirium diuturnitate molestie, sed excedit a martirio acerbis intensione. Unde Ber(nardus) super
- 10 Cant. XXX.: Vere genus martirii est spiritu facta carnis mortificare, illo nimirum, quo membra ceduntur ferro, horrore quidem micus, sed diuturnitate molestius. Licet autem status castitatis arduus sit in omnibus, gravior tamen est in iuvenibus. Unde Ciprianus: Maior in iuvene, quam in sene laus castitatis est. Et quo
- 15 longior pugna, eo sublimior corona. Isidor(us) De su(mmo) bo(no): Nequaquam in senectute continentes vocandi sunt, qui in iuventute luxuriose vixerunt. Tales non habent premium, quia certamen laboris non habuerunt. Eos enim exspectat gloria, in quibus fuerint laboriosa certamina. Preterea in sindone Iesus involvitur. Lu. XXIII.: Depositum involvit sindone. Sic in corde casto locatur Christus.
- 20 Ber(nardus) super Cant. XXV.: Candor est vite eterne sapiencia. Et candidam esse oportet animam, in qua ipsa sedem elegerit. Cant. I.: Lectulus noster floridus. Preterea sindonis vestimentum solis nobilibus convenit, non eciam servis. Sic castitas a solis tenetur filiis Dei, non eciam diaboli. Quod significatur Tob.
- 25 I. in. eo quod omnes ibant ad vitulos aureos, solus Thobias fugiebat consortia omnium. Vituli dicuntur male mulieres propter lasciviam et etatis virorem, aurei propter ornatum, ad quales omnes vadunt. Quoniam, ut dicit Isidorus De su(mmo) bo(no): Principaliter per superbiam mentis et luxuriam carnis diabolus humano generi dominatur, dum vel mentem in superbiam erigit, vel carnem
- 30 per luxuriam corrumpit. Ideoque sub umbra dicitur dormire in secreto calami | in locis humentibus, Iob XL. Per calamum inanis superbia, per loca humencia carnis demonstratur luxuria. Preterea ille, qui dicitur indutus fuisse sindone, dicitur eciam in domum pontificis intrasse, quia ille solus intrat in celum, qui castitatem servat, ut dictum est plenius in sermone Sancti Heinrici. 99b

6 castitas: M *in marg.* 8 pudicia: M pudicia 9 Rubicundiores: M Rubicundiore
13 quidem: M quidam 30 calami: M talami 31 calamum: M talamum

1 Hier. praef. in lib. Iudith; PL 29,41A 3 Mt. 2,11 7 Hier. vita Malchi 6; PL 23,59
8 Ambr. virg. 1,3,10; PL 16,202A 8 Lam. 4,7 11 Bern. serm. in cant. 30,11; PL 183,939B
15 Cypr. epist. 15; PL 4,274A 16 *recte* Isid. sent. 2,39,25; PL 83,643B 20 Lc. 23,53
21 Bern. serm. in cant. 25,6; PL 183,901C 22 Cant. 1,16 24 Tob. 1,5 27 Isid. sent. 2,39,5; PL 83,641A 31 Iob 40,16 34 in sermone: *vide* serm. 136

142. (DE SANCTA ELISABETH)
Quartus sermo de eadem

Mulier timens Deum ipsa laudabitur, Prover. ultimo. In hac sancta muliere Deum timente proponitur nobis aliquid imitatione dignum, aliquid autem veneratione debitum. Siquid imitabile in ipsa est donum timoris Dei, quia fuit mulier timens Deum. Venerabile vero in ipsa est preconium laudis, propter quam ipsa laudatur, sicut patet in presenti festo suo. Primum cadit sub gracia meriti, scilicet timor Dei. Secundum sub gloria premii, scilicet laudacio populi. Sciendum est autem, quod domina nostra fuit mulier primo, sanctitate conversacionis honesta, quoniam non fuit ei cura extrinsecus capillatura aut circumdacio auri et argenti vel vestis preciose, sed fuit in habitu ornato verecundie et sobrietatis, scilicet quod decet mulierem promittentem pietatem per opera bona, I Tim. II. Hec est Iudith, cuius omnis compositio ex virtute pendeat cordis, non ex ornatu corporis, Iudith X. Et talis mulieris species, id est honestas, redundat in ornamentum domus sue, id est in pulchritudine ecclesie, Eccli. XXVI. Sicut enim stella matutina fulget in medio nebule, sic ipsa, scilicet fulsit in numero fidelium ecclesie, Eccli. L. Secundo, fuit mulier multitudine operis fecunda. Sciens, secundum dictum apostoli I Tim. II., quod mulier salvabitur per filiorum generacionem, id est bonorum || operum multiplicacionem manens in fide prime veritatis et dileccione summe bonitatis, et sanctificacionem castitatis cum sobrietate frugalitatis. Ipsa enim fuit unius viri uxor in operibus bonis testimonium habens, quod hospites recepit, servorum pedes lavit, tribulacionem patientibus ministravit. Omne opus bonum subsecuta fuit, I Tim. V^o. Hec est Abigail, que obtulit se David, id est Christo, in famulam, ut sit, inquit, famula tua in ancillam, ut lavet pedes servorum domini mei, I. Reg. XXV. Cui dicto concordat hoc, quod dicitur de ipsa: Famulis se famulam fecit hec beata, coquine scalaribus gaudet deturpata, et cor gerens indefessum, debiles debilior portat ad secessum. Tercio, fuit mulier instancia timoris Dei sollicita, sicut nunc dicitur in presenti verbo: Mulier timens Deum. Est enim timor sicut virga cogens puerum ad discendum et sicut stimulus in via pellens asinum. Quoniam qui timet Deum, nichil negligit, Eccles. VII. Ps.: Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius etc. Timuit autem primo quidem Deum, ne offenderet, ad exemplum Sancti Iob, qui dicit: Semper quasi tumentes fluctus super me timui Deum, Iob XXXI. Quem quantum hec mulier timuerit, ostendit virtus humilitatis in corde, quia aspernata seculum generosi sanguinis parvipendit titulum. Rigor maceracionis in carne, quoniam spiritum ieiunio, carnem sub cilicio iugiter castigavit. Vigor strenuitatis in opere, quia sedula paupercula istos lavit, illis stravit. Secundo, diabolum, ne deciperet, Apok. XII.: Mulier fugit ante draconem, id est diabolum, in desertum penitencie, ut evaderet, sicut columbe | fugiunt avem predalem. Ps.: Quis dabit mihi pennas? Tercio, hominem malum, ne denigraret. Eccli. XVIII.: Ho-

22 servorum: M sanctorum 23 Abigail: M Abigai

3 Prov. 31,30 12 I Tim. 2,10 14 Iudith 10,4 15 Eccli. 26,21 17 Eccli. 50,6 18 I Tim. 2,15 23 I Tim. 5,10 25 I Reg. 25,41 26 Famulis se: AH 25,255 31 Eccle. 7,19 31 Ps. 111,1 33 Iob 31,23 34-35 aspernata seculum: AH 25,254 36 spiritum ieiunio: AH 25,254 37 sedula paupercula: AH 25,255 38 Apoc. 12,6 39 Ps. 54,7 40 Eccli. 18,27

mo sapiens in omnibus metuit, scilicet etiam in benefactis, quoniam multi sunt, qui bona in mala convertunt et in electis maculam imponunt. Propter quam causam Iudit clausa morabatur in domo sua, ideoque non erat, qui de illa verbum malum diceret, timebat enim Deum valde, Iudith VIII. Ber(nardus) super Missus est: Ut caveamus timenda, etiam pertimescere debemus tuta. Merito vero timoris Dei ipsa laudatur et non laude iniqua, sicut peccatores de malis suis. Ps.: Quoniam laudatur peccator in desi(deriis). Nec laude vana, sicut ipocrite de bonis, que non habent. Eccles. VIII.: In loco sancto erant et laudabantur quasi iustorum opera habeant. Nec laude transitoria, de quali dicitur Iob XX.: Laus impiorum brevis est. Sed laudatur primo quidem laude vera propter vera bona, que fecit. Prover. ultimo: Laudent eam, id est sint causa laudandi, in portis, id est in regni aditibus, opera eius. Secundo, laude multa propter multa bona, que fecit. Dignum est enim, ut que multis benefecit, a multis laudetur, ut verificetur in ea dictum Eccli. 39.: In multitudine electorum habebit laudem. Tercio, laude perpetua, quoniam eius beneficia fuerunt continua. Eccli. 39.: Collaudabunt multi sapienciam eius et usque in seculum non delebitur, non recedet memoria eius et nomen eius requiretur a generatione in generationem. Dicit autem ethnicus, quod laudare parum est, ideo, inquit, laudentur et ipsi. Efficimur autem laude digni, si fecerimus opera laude digna. Ideo sciendum est, quod homo laudem meretur primo, propter puritatem vite. Eccli. XXXI.: Beatus, qui inventus est sine macula, quis est hic et laudabimus eum. Secundo, propter veritatem doctrine. Eccli. XXX.: Qui docet filium suum, laudabitur in illo, et in medio multorum honorabitur. || Tercio, propter largitatem misericordie. Lu. VI.: Laudavit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset, scilicet providendo sibi per misericordiam. Quarto, propter virtutem iusticie. Prover. XXIII.: Qui arguunt, laudabuntur et super ipsos veniet benedictio. Rogemus Deum, ut meritis sancte mulieris benedictione perpetua benedicat nos Pater eternus. Mulier timens Deum etc. Ad laudem doni timoris dicendum est, quod timor primo vitat malum. Prover. XV.: Per timorem Domini declinat omnis a malo. Eccli. I.: Timor Domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est, non potest iustificari. Secundo, confert bonum. Eccli. I^o: Qui timetis Dominum, diligite illum et illuminabuntur corda vestra. Timor est cereus in sinistra manu faciens vitare foveam inferni. Amor in dextera dirigens ad palacium celi. Tercio, conservat collatum. Eccli. XXV.: Si non in timore Domini tenueris te, cito etc. Est enim pondus timoris, sicut lignum superpositum tecto, ne ventus spargat paleas. Eccli. XXV.: Timor Domini super omnia se superposuit. Quarto, facit laude dignum, ut hic: Mulier timens Deum, ipsa laudabitur etc.

100a

2 bona in: cf. Eccli. 11,33 4 Iudith 8,8 4 Bern. hom. super Missus est 3,9; PL 183,75C
 7 Ps. 10,3 8 Eccle. 8,10 9 Iob 20,5 11 Prov. 31,31 14 recte Eccli. 24,4
 15 Eccli. 39,12 18 laudare parum: Ov. met. 6,3 20 Eccli. 31,8-9 22 Eccli. 30,2-3
 23 recte Lc. 16,8 25 Prov. 24,25 29 Prov. 15,18 29 Eccli. 1,27 31 recte Eccli. 2,10
 34 recte Eccli. 27,3 35 Eccli. 25,14

143. DE S(ANCTA) CECILIA
Sermo primus

(F)ortitudo et decor indumentum eius, Prover. ultimo. Signum amoris precipui est inter duos, quando consimilibus induuntur vestibus. Ideo Christus, ut
5 inter se et suam sponsam Ceciliam ostenderet esse dileccionem validam, eisdem vestibus ipsam indui voluit, quas et ipse portavit. Induerat autem se Christus indumentis innocencie, que sunt indumenta decoris. Et hoc fecit in ingressu, quoniam conceptus sine libidine, natus sine corrupcione, conversatus est sine
10 culpe contagione. | Et indumentis paciencie, que sunt indumenta fortitudinis. 100b
Et hoc in (e)gressu, quia certamen passionis fortiter inchoavit, constanter sustinuit, victoriosissime consum(m)avit. Propter hoc dicitur de Christo in Psalmo: Dominus regnavit, decorem induit, quantum ad innocentiam, induit Dominus fortitudinem, quantum ad pacienciam. Eodem modo sponsam suam voluit habere hanc vestem: decorem pudicie in virginitate, fortitudinem tollerancie in
15 passione, ut essent byssus et purpura indumentum eius. Fuit enim virgo et martir, propter quod convenit, ut dicatur de ipsa: Fortitudo et decor indumentum eius. Que duo signantur in floribus corone sue sibi celitus delate. Nam angelus duas coronas attulit coruscantes rosis ad designacionem passionis et albescen-
20 tes liliis ad designacionem puritatis. Et unam dedit Cecilie, alteram Valeriano dicens: Istas coronas immaculato corde et corpore custodite, quia de paradiso eas attuli. Ad exemplum autem huius virginis debemus et nos assumere fortitudinem tamquam indumentum, primo, ad sustinendum. Cant. VIII.: Fortis est ut mors dileccio. Quia sicut mors nulli cedit, sed omnia vincit, sic dileccio superat omnia adversa. Quoniam aque multe tribulacionum non possunt exstinguere
25 caritatem, nec flumina persecucionum obruent illam. Quod expertus fuerat, qui dixit: Repletus sum fortitudine spiritus Domini, iudicio in correccione, et veritate in predicacione, Michee III. Secundo, ad agendum. Prover. X.: Egestatem || 100c
operata est manus remissa, manus autem forcium divicias parat. Prover. XIII.: Ubi multe sunt segetes, id est opera virtutis, ibi manifesta est fortitudo bovis, id est hominis bene operantis. Tercio, ad perseverandum. Is. XL.: Dat lasso virtutem et his, qui non sunt, id est qui non esse videntur, scilicet malis, robur et fortitudinem ad faciendum, sed eciam ad finaliter faciendum. Ideo dicitur: Fortitudinem multiplicare. Et quod hoc verum sit, patet ex dicto Eccli. XLVI.: Dedit Dominus Caleb fortitudinem et usque in senectam permansit illi virtus. Non solum autem vult Dominus sponsam suam fortem esse in paciencia martirii, sed eciam decoram in innocencia animi. Propter quod fortitudini additur decor. Nam sicut ipse est decorus, ut dicitur Cant. I.: Pulcher es, dilecte mi, et decorus, sic sponsam sibi convenientem vult esse decoram, ut verum sit in ea, quod dicitur Cant. VI.: Pulchra es, scilicet ex parte cordis in cogitacione, suavis, ex parte oris
40 in locucione, decora, ex parte operis in conversacione, ut nichil sit in cogitacione inmundum, nichil in locucione asperum, nichil in conversacione inhonestum. Sed tamen non omnis decor placet Deo, quia dicitur Ezechiel XXVIII.: Eleva-

28 XIII.: M add. ut 34 Caleb: M Caleph

3 Prov. 31,25 11 Ps. 92,1 22 Cant. 8,7 27 Mich. 3,8 27 Prov. 10,4 28 Prov. 14,4 30 Is. 40,29 32-33 Fortitudinem multiplicare - ubi? 33 Eccli. 46,11 37 Cant. 1,15 39 Cant. 6,3 42 Ez. 28,17

- tum est cor tuum, in decore tuo, et proieci te. Est enim decor corporalis et decor spiritualis. Decor corporalis aliquando est a natura, aliquando ab arte. Decor ille, qui est a natura, est contemptibilis, quia est transitorius. Iac. I.: Exortus est sol cum ardore, id est nata est infirmitas calida ut febris acuta, et arefecit femur, id est corpus humanum, et decor vultus eius, id est pulchritudo, que fuit in vultu, deperiit. Est etiam contemptibilis, quia nocivus. Et hoc tam habitu. Eze. XVI.: Habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es. Nam rara est concordia forme et pudicie. Quam etiam inspicienti. Iudith XV.: Holofernes captus est in oculis suis. Dan. XIII.: Species decepit te. Ideo dicitur Eccli. IX.: Virginem ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore eius. Iob XXX.: Pepigi fedus cum oculis meis, ut nec cogi(tarem) de virgine. Propter hanc causam mulier fereunda debet habere capitis tegumentum, ne sit aliis in scandalum. I. Cor. XI.: Mulier velet caput suum propter angelos, qui assistunt sacrificio altaris, secundum Glosam: vel propter clericos. Decor ille, qui est ab arte, aliquando est mutuatus, aliquando fictus. Decor mutuatus est illarum, que ornant se aliorum vestimentis ad ludos et coreas puerorum et sero deponentes remanent in paupertate sua. Et tunc egreditur a filia Sion omnis decor eius, Tre. I. Exemplum Oracii in epistolis de cornicula et grege avium: Ne dum forte suas repetitum venerit olim grex avium plumas, moveat cornicula risum furtivis nudata coloribus. Et iste decor est derisibilis, quia vanus. Prover. ultimo: Fallax gracia et vana est pulchritudo. Decor fictus est illarum, que pingunt se diversis coloribus, scilicet nigris in superciliis, rubeis in genis et labiis, albis in aliis partibus faciei, ut quemadmodum scriptum est Sap. XV.: Fiet ex ipsis effigies sculpta per varios colores, cuius aspectus dat insensato concupiscenciam. Et iste decor est execrabilis, quia diabolicus, quoniam sicut angelus sathane transfigurat se in angelum lucis, II Cor. XI., sic tales conantur esse pulchriores, quam nate sint. Contra quorum consuetudinem dicit Dindimus rex Bragmanorum in epistola ad Alexandrum: Mulieres || nostre non ornantur, ut placeant, nec plus appetunt, quam nate sunt. Nesciunt enim decorem nature corrigere. Decor vero spiritualis est innocentia mentis et corporis. De quo dicitur I Paral. XVI.: Adorate Dominum in decore sancto. Hunc decorem amat Christus. Ps.: Concupiscet rex decorem tuum. Honorat mundus. Eze. XVI.: Egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuam, quia perfecta eras in decore meo. Exaltat paradysus, ubi omnes decori spiritualiter accipient regnum decoris et diadema speciei de manu Domini, Sap. V., gloriantes et dicentes: ad honorem regni mei decoremque perveni, Dan. III.

10 conspicias: M despicias 20 Fallax: M Vallax 21 fictus: M victus 27 Dindimus: M Didimus 36 Dan. III.: M de eadem

3 Iac. 1,11 7 Ez. 16,15 7 rara est: Iuv. 10,297-298 8 recte Iudith 10,17 9 Dan. 13,56
9 Eccli. 9,5 10 recte Iob 31,1 12 1 Cor. 11,10 17 Lam. 1,6 18 Hor. epist. 1,3,18-20
20 Prov. 31,30 23 Sap. 15,4 26 2 Cor. 11,14 28 Mulieres nostre: Ps. Alex. c. Dind. coll.;
BSGR 481,174 30 1 Par. 16,29 31 Ps. 44,12 32 Ez. 16,14 35 Sap. 5,17 36 Dan. 3,33

144. DE S(ANCTA) CECILIA
Sermo secundus

Super capita columpnarum opus in modum lilii posuit, III. Reg. VIII. Opus istud in modum lilii est illibata virginitas Sancte Cecilie, martiris Christi. De quo opere dicit Ciprianus: virginum quanto sublimior gloria est, maior et cura. Flos est ille ecclesiastici germinis, decus atque ornamentum gracie spiritualis, leta indoles, laudis et honoris opus integrum atque incorruptum. Opus istud laudatur in hiis verbis a stabilitate, a dignitate, a venustate. Stabilitas operis ostenditur ex eo, quod erat positum super columpnas, quibus suppositis fulciebatur ad perpetuam permansionem. Sunt autem due iste columpne, super quas fundatur opus integrum incorruptionis, scilicet verecundia in vultu et abstinencia in vultu, sine quibus virgo non erit virgo. De verecundia in visu dicitur Gen. XXIII.: Rebecca conspectu viro tulit pallium et operuit se in signum verecundie virginalis. Dicit enim Amb(rosi)us in libro De officiis: Verecundia est pudicitie comes, | cuius societate castitas ipsa tucior est. Idem in sermone: Omnis pudor individuus virginitati debet esse, sine quo recte castitas servari non potest. De abstinencia in cibo et potu dicit Ambrosius De virginitate: Cibus parsimonie, potus abstinencie docet vicia nescire, quia docet causas viciorum nescire. Causa peccandi eciam iustos decipit. Hinc est, quod populus Dei, postquam cepit comedere et bibere, Deum negavit, Exo. XXXV°. Ieronimus ad Eustochium: Moneo, ut sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. Vinum et adolescencia duplex incendium voluptatis. Quid oleum igni adicimus? Quid ardenti corpusculo fomenta ignium ministramus? Iste due columpne significare sunt in duabus columpnis templi, II Paral. III. Quarum una vocabatur Iachin, quot interpretatur preparator, quia pudicitia ornat animam et preparat, ut digna sit exhiberi uni viro Christo. Ciprianus De XII abusioibus: Pudicitia est ornamentum nobilium, exaltacio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo debilium, augmentum omnis pulchritudinis, Dei, creatoris omnium, amica. Secunda vocatur Booz, hoc est in robore, quia abstinencia roborat contra temptationes carnis. Chroso(stom)us in sermone: Per ieiunia cessat pugna carnis adversus animam, nec surgit ancilla in dominam, nec serva superbit in liberam, sed universa hec prelia ieiuniorum penitencia conquiescunt. De his columpnis, quo ad sanctam Ceciliam dicitur: Biduanis et triduanis ieiuniis orans suam pudiciam Domino commendabat. Dignitas operis ostenditur ex eo, quod erat super, ita quod || columpne erant inferius sub opere, ipsum vero opus erat sursum in capite columpnarum, quoniam decus virginitatis excellit in gradibus castitatis multipliciter. Primo, in valoris preciositate, quia non recipit commutationem sive reconpensationem, ut alia vota, scilicet ieiunium, oratio, peregrinacio et similia. Unde dicitur Eccli. XXVIII.: Omnis ponderacio non est digna continentis anime, id est omnis res temporalis quanticumque sit ponderis, id est valoris, non potest comparari

101b

101c

3 columpnarum: M colupnarum 25 pudicitia: M pudicia 28 hoc: M iter et del.

3 recte 3 Reg. 7,22 5 Cypr. hab. virg. 3; PL 4,455A 12 Gen. 24,64 14 Ambr. off. 1,18,69; PL 16,48A 15 Ambr. virg. 2,2,14; PL 16,222B 17 Ambr. virg. 1,8,53; PL 16,214B 20 Hier. epist. 22,8; PL 22,399 24 2 Par. 3,17 26 Ps. Cypr. abus. 5; PL 4,953A 29 Ioh. Chrys. - ubi? 33 Biduanis et - ubi? 39 recte Eccli. 26,20

- continenti anime. Dicitur autem anime, non corporis, quia virginitas licet in carne servetur, spiritus tamen devocione servatur. Nemo enim pudiciciam servat in corpore, nisi prius spiritui insita castitate, secundum Aug(ustin)um De virginitate. Secundo, in assimilacionis dignitate, quia angelis assimilatur. Criso(stom)us
 5 super Matheum: Omnes virtutes res sunt angelice, precipue tamen castitas res est angelica, per quod solum singulariter homines angelis simulantur. Beda super
 Lucam: Gloria virginei et intemerati corporis, qualis sit vita superne civitatis, ad quam suspiramus, insinuat, ubi neque nubent neque nubentur, sed sunt, sicut
 10 angeli Dei, Mt. XIX. Ambrosius I Cor. VII.: Supergreditur virginitas conditionem humane nature, per quam homines angelis assimilantur. Angeli enim sine carne vivunt, virgines vero in carne triumphant. Inde est, quod in tabernaculo Domini supremum operimentum erat de pellibus iacintinis, Numeri III., per quod intelligitur celibum vita. Habet enim iacintus speciem similem trono, id est celo, ita qui in carne virgineam puritatem servant, supercelestibus simulantur.
 15 Tercio, in remuneracionis singularitate, quia secuntur agnum, | quocumque ierit, 101d et cantant canticum novum, Apok. XIII. Quod alii salvati facere non possunt, qui virginitate caruerunt. Augustinus De virginitate: Sequuntur agnum ceteri fideles, qui virginitatem corporis amiserunt, non quocumque ierit, sed quousque ipsi potuerint. Possunt autem ubique, preterquam in decore virginitatis incedit.
 20 Vos itaque sequimini eum tenendo perseveranter, quod vovistis ardentem. Et quidem sunt aliis alia gaudia, sed nullis talia. Quarto, in dileccionis specialitate, quia specialius a Christo diligitur et singularius. Ps.: Audi filia etc., et concupiscet. Beda super Lucam: Sicut Christus in summa pace natus est, ut se virginum decus diligere monstraret. Ambrosius De virginitate: Quis potest maiorem estimare decorem decore virginis, que amatur a rege, que sola meretur audire: Tota
 25 pulchra es etc. Bernardus super Missus est: Virgo regia gemmis ornata virtutum specie sua et pulchritudine sua regis animum in sui concupiscenciam inclinavit. In signum autem specialis amoris vocat virginem Christus amicam. Cant. V^o: Aperi michi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. Sororem vocat propter nature conformitatem, amicam propter specialem caritatem, columbam propter contemplacionis agilitatem, immaculatam propter mentis et corporis puritatem. Quinto, in observacionis raritate, quia non omnes capiunt
 30 verbum continencie propter status altitudinem et difficultatem, Mt. XIX. Apok. III.: Habes pauca nomina, Glosa: nominacione dignos, qui non inquinaverunt vestimenta sua, id est corpus, ambulabunt mecum, id est ad Domini similitudinem, in albis, id est in innocencia carnis. Exo. 31.: Aput quemcumque inventa
 35 sunt ligna sechim. Alia littera dicit: ligna imputribilia. Ibi Origenes lignum imputribile offert, qui amat Christum in corruptione. || Benedixit aput quemcumque 102a inventa sunt, quia virginitatis gracia aput raros invenitur. De auro et argento non dixit aput quemcumque inventa est, quia sensus et sermo aput plures inveniuntur. Nostra littera dicit ligna sechim, que sunt albe spine similia, ut in albedine nature castitas, in spina austeritas. Sexto, in commendacionis sublimitate, quoniam excellenter commendatur a sanctis et diversis comparatur rebus preciosis.

3 Aug. virg. 8,8; PL 40,400 4 Ioh. Chrys. – ubi? 6 Beda Ven. – ubi? 9 recte Mt. 22,30
 12 Num. 4,6 16 Apoc. 14,3 17 Aug. virg. 27,27, 28,28, 29,29; PL 40,411–412 22 Ps. 44,11
 23 Beda Ven. – ubi? 24 Ambr. virg. 1,7,37–38; PL 16,210B 26 Bern. hom. super Missus est 2,2; PL 183,62A 28 Cant. 5,2 33 Mt. 19,11 33 Apoc. 3,4 36 recte Ex. 30,1

Sap. III.: O, quam pulchra est etc., immortalis est enim etc. Ieronimus ad Pama-
cium: Virginitatem in celum fero. Idem ad Eusto(chi)um: Laudo nupcias, sed
quia michi virgines generant, lego de spinis rosam, de terra aurum, de conca
margaritam. Ieronimus: Virginitas est gemma preciosa, thesaurus auro refertus
5 et margaritis, ubi fures insidias tendunt, ubi latrones in occulto latent. Venustas
operis ostenditur ex eo, quod fuit factum in modum lilii, quoniam ea, que na-
turaliter inveniuntur in lilio, debe(n)t spiritualiter inveniri in castitatis voto. In
lilio autem ista sunt notabilia, scilicet species, figura, incrementum et granum.
10 Secundum speciem est candidum, est enim lactei floris herba. Unde: Lilia pro-
cedunt candidiore coma. Secundum figuram est reflexum, quia reflectit folia ad
radicem, propter(ea) vocatur repandum lilium, III Reg. VIII. Secundum cremen-
tum est elevatum, habet enim stipitem altum. Secundum granum splendidum.
Isidorus: Lilii candor in foliis est, intus tamen auri species refulget. In specie
15 candida lilii notatur puritas, que debet esse in virgine, quoniam virginis diffini-
cio est, secundum Ieronimum in epistola, ut sit sancta in corpore et spiritu. Apo.
XX.: Vidi tronum magnum candidum, id est mente | virgineam a labe crimi- 102b
num prorsus deterfam et sedentem in eo, scilicet Christum, qui ponit virginem
(in) tronum suum. In figura reflexa notatur humilitas, que debet esse in virgine,
ne sit in ea contemptus inferioris condicionis et gloriatio de nobilitate generis.
20 Ieronimus in epistola: Nulli te nunquam de generis nobilitate preponas, nec ob-
scurores quasque in humili loco natas te inferiores putes. Nescit religio nostra
personas et condiciones hominum, sed animas inspicit. Nobilitatis tantum ad
hoc memineris, ut cum claritate generis morum sanctitate contendas. Augusti-
nus: Existimate aliquos in occulto superiores, quibus estis manifesto meliores. In
25 stipite alto notatur elevatio ad contemplacionem, ut quoniam libera est a vincu-
lo coniugii, libera eciam sit inspicere pulchritudinem amatoris sui. Augustinus:
Toto corde amate speciosum forma pre filiis hominum. Totus vobis figatur in
corde, qui pro vobis fixus est in cruce. Parum vobis amare non licet, propter
quem non amastis et quod liceret. In grano aureo notatur erudicio ad sapien-
30 ciam, ut ewangelium Christi gerat in pectore suo, sicut Cecilia, et non diebus
nec noctibus a colloquiis divinis, id est scripturis legendis et audiendis cesseret,
quoniam fatue sunt excluse propter suam insipientiam, Mt. 25.

145. DE S(ANCTO) CLEMENTE

35 Mare et meridiem possidebit, Deuter. 33. Bernardus in sermone: Mater non
tradit filio nucem integram, sed frangit eam. Sic et ego vobis, fratres dilecti, si
possem, sacramenta, que clausa sunt, aperire debueram, sed quia minus possum,

10 coma: M come 10 reflectit: M reflecit 20 preponas: M proponas

1 recte Sap. 4,1 1 Hier. – ubi? 2 Hier. epist. 22,20; PL 22,406 4 Hier. – ubi? 10 Lilia
procedunt – quis et ubi? 11 recte 3 Reg. 7,26 13 Isid. orig. 17,9,18; PL 82,626A 15 Hier.
– ubi? 15 Apoc. 20,11 20 Hier. epist. 148,21; PL 22,1214 22 Nobilitatis tantum: Hier. –
ubi? 24 Aug. – ubi? 26 Aug. virg. 54,55 et 55,56; PL 40,428 32 Mt. 25,2 34 Deut.
33,23 34 Bern. serm. in coena Dom. 1; PL 183,271B

- utinam vobis pariter et michi || sapiencia frangat nuces istas. Ideo orate. Mare et meridiem possidebit. Istud dictum potest accipi de Sancto Clemente, qui in divisione sortis gracie possedit mare in morte sua, quando ligata ad collum eius anchora demersus est in profundo maris, et impletum est in eo dictum Domini Iob XXXVIII.: Ingressus es profunda maris et in novissimis abissi ambulasti. Meridiem vero possedit post mortem suam, quando premium mortis sacre accepit patriam claritatis eterne, iuxta quod legitur Gen. XII.: Ivit et progressus est, scilicet in morte, ad meridiem, id est ad paradisi claritatem, in qua cubat sponsus quiescendo cum suis et pascit Israel veritatis pabulo sui speciem exhibendo, Cant. I. Habet autem mare in scripturis multiplicem acceptionem. Dicitur enim mare primo scriptura, ut in Psalmo: In mari via tua. Istud est mare mixtum igne, id est cognicionis luce, quia scriptura loquitur de creaturis, que sunt vie et direccionis quedam ad cognicionem Dei et manifestant Deum homini, iuxta id, quod dicitur Sap. XIII.: A magnitudine creature cognoscibiliter poterit horum creator videri. Dionisius ad Titum: Ipsa apparentis omnis mundi operatio est invisibilium Dei propositio. Dionisius ad Iohannem: Manifeste imagines sunt visibilia invisibilium. Augustinus De tri(nitate): Cum omnis creatura specialem aliquem actum habeat, omnes tamen unum generaliter habent speciem suam offerre et similem cum specie imaginem conditoris. Secundo, ecclesia, ut Iob XXXVIII.: Quis conclusit hostiis mare? Mare est ecclesia conclusa a Deo hostiis preceptorum, ne egrediatur terminos legis eterne ad suam voluntatem faciendam. Tercio, mundialis machina, ut in Psalmo: Hoc mare, id est seculum, magnum et spaciosum manibus, id est operibus exercendis, illic reptilia, id est mali spere, quorum non est numerus. Quarto, aquarum collectio immensa. Gen. I.: Congregationesque aquarum appellantur maria. Basilus II. Exameron: Mare est aqua nimia, infinitum habens profundum. Primum mare, quod est scriptura, possedit per inquisitionem. Fuit enim studiosus et magnus philosophus, scrutator profundorum fluviorum, id est diversorum librorum, per studium et meditationem, qui abscondita, id est secreta misteria, produxit, id est per expositionem, in lucem, id est in cognicionem, ut legitur Iob XXVIII. 2^m mare, quod ecclesia, possedit per gubernacionem, quia fuit prelatus et pontifex summus. Apok. X.: Angelus, id est Christus, posuit pedem suum dextrum, id est hominem spirituales, qualis fuit Sanctus Clemens, super mare, id est in cura negotiorum spiritualium ecclesie, que habuit motus suos et anxietates ad modum maris, sinistram autem, id est hominem carnalem, super terram, id est in cura terrenorum. I. Cor. VI.: Secularia iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Tercium quod est mundus, possedit non solum per subieccionem, sed etiam per abieccionem, quia fuit pauper spiritu et contemptor mundi. Unde Psalmus: Mare, id est mundum, vidit, scilicet per consideracionem, et fugit, scilicet per contemptum et abieccionem, secundum illud Naum III.: Qui te viderit, resiliet a te. Quartum, quod est aqua, per submersionem. Cuius facti fi-

1 vobis: M in marg.

5 Iob 38,16 7 Gen. 12,9 10 Cant. 1,6 11 Ps. 76,20 14 Sap. 13,5 15 Ps. Dion. Areop. epist. 9,2; Dionysiaca 642 16 Ps. Dion. Areop. epist. 10; Dionysiaca 1573 17 Aug. — ubi? 19 Iob 38,8 22 Ps. 103,25 24 Gen. 1,10 25 Basil. M. hex. 2,4; cf. PG 29,38A
30 Iob 28,11 31 Apoc. 10,2 35 1 Cor. 6,4 39 Ps. 113,3 40 Nah. 3,7

gura precessit in Iona: Tulerunt Ionam et miserunt in mare, Io. I. Dicitur autem antiquum miraculum divisionis maris || renovari in eo quodannis, Exo. XIII. Hic dicamus de puero, qui ibi remansit vivus sub aquis per annum. Per meridiem vero intelligitur vita eterna, quam possedit propter possessionem maris.

5 In meridie enim situs solis est alcior. Unde Ovidius: Medio est altissima celo, scilicet via solis. Motus solis est radior. Iosue X.: Stetit sol in medio celi et non festinavit occumbere. Stacius: Summo librabat Olimpo lucentes, ceu staret equos. Calor solis est fervidior. Eccli. XLIII.: In meridiano exurit terram. Lucanus: Dies medius flagrantibus estuat horis. Illa enim hora sol in summa graditur

10 ascensione, maxime in estate, opponitur quoque verticibus nostris directam et fortem imprimens in inferioribus accionem, unde et terram rimosam reddit per consumpcionem humoris, quibus consumptis pars a parte terre dividitur. Lux solis est serenior. Iob. XI.: Fulgor meridianus consurget tibi. Unde et dicta est meridies, quasi merus dies, id est purus. Nichil enim est in toto orbe clarior meridie, quando sol de medio celo rutilat et pari claritate totum orbem illuminat.

15 Umbra corporis est brevior. Poeta: Fecerat exiguas iam sol altissimus umbras. E converso vero quanto sol recedit a circulo meridiano, tanto plus umbra prolongatur. Unde Vergilius: Et sol decedens crescentes duplicat umbras. Sic in vita eterna per meridiem designata. Locus martiris est elevacior per exaltacionem beatitudinis. Eccli. XV.: Exaltabit illum apud. Augustinus XIII. Conf(essionum): Spiritus tuus bonus exaltat humilitatem nostram de portis mortis. Unde vox est martiris in Psalmo: Exaltavit caput meum super. | Duracio eius est extensior per

20 continuacionem eternitatis, quoniam ibi erunt dies populi Dei, sicut dies ligni, Glosa: vite, id est Christi, Is. XLV. Ieronimus: Sicut Christus iam non moritur, sed in eternum regnat cum Patre, sic et illi. Is. XL.: In perpetuum hereditabunt terram, Glosa: non ad horam. Zach. XIII.: Erit dies una, id est continua. Et non mirum, si continua, quoniam et in ethere dies est perpetuus, quia vicissitudinem luminum dierum in terra facit umbra terre, que est ad litteram nox, secundum Vergilium: Ruit oceano nox involvens umbra magna terramque polumque. Sed

30 umbra terre illuc non potest pertingere, ideo sibi sol semper apparet. Calor est fervidior per incensionem amoris. Is. XXII.: Vivit Dominus, cuius ignis, id est dileccio, est in Sion, id est in presenti ecclesia, que speculatur futura, et caminus, Glosa: plenitudo, id est caritatis, est in Ierusalem, id est in celesti patria, ubi est vere pacis visio plena. Augustinus I. De doctrina Christiana: Caritas aliis virtutibus decedentibus augebitur. Si enim credendo diligimus, quod non

35 videmus, quanto magis cum videre cepimus. Lux est serenior per augmentacionem cognitionis. I Cor. XIII.: Tunc cognoscam sicut. Tunc tenebre nostre erunt sicut meridies, Is. LVIII., quando post ignoranciam seculi dabitur aperta visio

103a

103b

5 Medio: M Media 5 altissima: M altissimo 7 occumbere: M occubere 7 staret: M straret 21 humilitatem: M hereditatem 36-37 augmentacionem: M add. et del. visionis

1 Ion. 1,15 2 Ex. 14,21-22 5 Ov. met. 2,64 6 Ios. 10,13 7 Stat. Theb. 5,85-86
8 Eccli. 43,3 9 Lucan. 1,16 13 Iob 11,17 16 Fecerat exiguas: Ov. met. 3,50 18 Verg.
ecl. 2,66 20 Eccli. 15,4 20 Aug. conf. 13,9,10; PL 32,848 22 Ps. 26,6 24 recte Is.
65,22 24 Hier. - ubi? 25 recte Is. 60,21 26 Zach. 14,7 29 Verg. Aen. 2,249-250
31 recte Is. 31,9 34 Aug. doct. Christ. 1,38,42; PL 34,35 37 1 Cor. 13,12 38 Is. 58,10

Dei. Umbra erit non brevior, sed penitus nulla per abcessum mortalitatis. Apo. XXI.: Mors ultra non erit. Lu. XX.: Neque ultra mori poterunt, cum sint filii resurrectionis.

146. DE S(ANCTA) CATHERINA

Sermo primus

5

Posuit Cherubim in medio templi interioris, III. Reg. VI. Sub nomine Cherubim preconia describuntur sancte virginis Katherine, cuius positionis sive 103c
 facture primo, dicemus actorem, 2^o, dispositionem, tercio, intencionem, quarto, situationem. De actore seu artifice cherubin dico, quot quatuor leguntur fecisse
 10 cherubin, scilicet Salamon, Moyses, Beseleel et Iram. Salamon fuit potentissimus, quia precessit operibus omnes, qui fuerunt ante ipsum in Ierusalem, Eccles. I. Beseleel sapientissimus, quem inplevit Dominus sapientia in omni opere, in metallis, gemmis et lignis, Exo. 31. Iram diligentissimus, qui preparavit omnia necessaria ad edificationem templi, III. Reg. IX. Moyses patientissimus super
 15 omnes homines, qui fuerunt in terra, Numeri XIII. Hec III^{or} a summo opifice, Iesu Christo, qui designatur per istos, claruerunt in ista puella. Et primo, claruit potencia in miraculorum operatione, scilicet quod rota frangitur, homo in igne sine adustione moritur, a columba nutritur, a Christo et angelis visitatur. Secundo, sapientia in secretorum cognitione, quia spiritu prophetico predixit regine
 20 futuram in tercia die passionem et in signum martirii sui eam coronavit. Tercio, in diligencia populorum conversione, ut patet in regina, in rectoribus et Porfirio, quorum fidem imitata est ducentena cancio. Quarto, paciencia in tormentorum perpassione, quia virgo flagellatur scorpionibus, fame cruciatur in carceribus et tandem decolatur a carnificibus. Et sicut patet causa efficiens positionis cherubin,
 25 id est sancte puelle quantum ad positionem efficiendi, sapientiam cognoscendi, diligenciam convertendi, pacienciam sustinendi. De dispositione dico, quod dispositio facture cherubin attenditur quantum ad III^{or}, | scilicet pedes, alas, caput et ornatum capitis. In dispositione pedum cherubin notatur in virgine puritas affectionis, in alis sublimitas contemplacionis, in capite officium gubernacionis,
 30 in ornatu capitis premium remuneracionis. De dispositione pedum cherubin dicitur I Paral. III.: Cherubin stabant erectis pedibus. Pedes sunt affectus in anima virginis, qui affectus eriguntur, dum a terrenis removentur per contemptum terrenorum, secundum quod dicit Maximus in sermone: virgo nescit aliquod amare, quod transit. De dispositione alarum cherubin dicitur II Reg. VIII.: Cherubin
 35 expandebant alas suas super locum arce. Locus arce est patria anime, scilicet paradysus, quo elevabantur ale virginis, scilicet ratio et voluntas ad credendum verum et amandum bonum, quoniam fides elevat animam in contemplacione, amor vero elevata unit Deo, secundum illud Psalmum: Adhesit anima mea post

13 preparavit: M perparavit 24 causa: M corr. ex eam 35 Locus: M iter. et corr.

1 Apoc. 21,4 2 Lc. 20,36 6 3 Reg. 6,27 11 Eccle. 1,16 13 Ex. 31,3 14 3 Reg. 9,11 15 Num. 13 – ubi? 31 recte 2 Par. 3,13 33 Max. Taur. serm. 56; PL 57,644A 34 recte 3 Reg. 8,7 38 Ps. 62,9

te. De dispositione capitis dicitur Ezech. X., quod in uno capite cherubin erant
 IIIor facies, scilicet hominis, leonis, bovis et aquile. Sic et hec sancta puella in
 officio sui regiminis, quoniam fuit filia regis unica et patre defuncto gubernabat
 pallacium et regebat familiam. Habuit faciem bovis viriliter operando, hominis
 5 dulciter consolando, leonis terribiliter corripiendo, aquile subtiliter consideran-
 do. Hec enim pertinent ad statum regium. De dispositione ornamenti capitis
 cherubin dicitur Ezech. I. et. X^o, quod super caput cherubin erat firmamentum
 et tronus et species saphiri et similitudo aspectus hominis. In firmamento, quod
 non participat proprietates nature corruptibilis, intelligitur impassibilitas. In tro-
 10 no potestas, quia est sedes regia. In saphiro, qui refrigerat ardorem interiorum,
 sanctitas. In aspectu || filii hominis veritas, que perfecit aspectum creature racio-
 nalis. Tunc ergo erit plenum premium nostre retributionis, cum in corpore nostro
 erit impassibilitas, ut in firmamento, in irascibili potestas, ut in rege, in concu-
 piscibili sanctitas, ut in effectu saphiri frigiditas, in rationabili veritas, ut fuit in
 15 filio hominis, id est (in) Christo. Et sic patet dispositio cherubin in pedibus, alis,
 capite et ornatu capitis quo ad puritatem affectionis, sublimitatem contemplaci-
 onis, officium gubernacionis et premium comprehensionis. De intencione actoris
 cherubin constituentis dico, quod intencio Domini Iesu constituentis cherubin, id
 est sanctam virginem, fuit quadruplex, quoniam posuit eam primo, ad manifesta-
 20 cionem potencie sue, quia per ipsam fecit multa miranda in operibus miraculosis,
 ut predictum est. Secundo, ad ostensionem sapientie sue, quia per ipsam dixit
 multa verba in disputacionibus subtilissimis. Nam quia in ipsa dilexit veritatem,
 ideo incerta et occulta sapientie sue manifestavit illi, ac per hoc erat propo-
 nens sententias sermonibus peritissimis. Tercio, ad commendacionem bonitatis
 25 sue, quia per ipsam exhibuit multa beneficia in consolacionibus piissimis, multos
 enim ad martirium perduxit, multos corporaliter sanavit, quia membris virgineis
 olei defluit unda salubris, et suis laudatoribus salutem impetravit, prout dictum
 est ei: Que postulas, impetrasti, pro quibus oras, fient salvi. Quarto, ad imita-
 cionem paciencie sue, quia sustinuit multa dira a tortoribus crudelissimis, iuxta
 30 illud Iob XXXIII.: Consumpta est caro eius a supliciis. Chrisostomus in episto-
 la: Consumptum est corpus et mens non potuit inclinari. Passa | est autem feria
 sexta hora tertia, ut etiam in tempore conformis esset Christo patienti. De situa-
 cione cherubin dico, quod in quadruplici loco legimus cherubin positos fuisse,
 scilicet in paradiso terrestri. Gen. III.: Collocavit ante paradysum cherubin. In
 35 tabernaculo Moysi. Hebre. IX.: In tabernaculo erant cherubin obumbrancia propi-
 ciatorium. In templo Salomonis. II Paral. III.: Fecit in domo sancti sanctorum
 cherubin, opere statuario. In celo empireo. Iob. XXXVIII.: Numquid nosti ordi-
 nem celi, id est distinciones sanctorum angelorum, qui sunt in celis. Sic et hec
 sancta puella fuit in paradiso per deplorationem humane transgressionis, quo-
 40 niam in illo paradiso facta fuit prima transgressio divine voluntatis quantum ad
 homines. In tabernaculo per fatigacionem mundane peregrinacionis. Illud enim
 tabernaculum peregrinabatur in desertis cum populo Dei. In templo per exer-
 citationem sancte devocionis ad modum Anne, que non discedebat de templo

104a

104b

13-14 concupiscibili: M cocupiscibili 43 discedebat: M discendebat

1 Ez. 10,14 ? 7 Ez. 1,26 et Ez. 10,1 28 Que postulas: AH 26,199 30 Iob 33,25
 30 Ioh. Chrys. - ubi? 34 Gen. 3,24 35 Hebr. 9,5 36 2 Par. 3,10 37 Iob 38,33

ieiuniis et oracionibus serviens Domino, Lu. II. Sed nunc est in celo per illuminationem eterne glorificationis. Et de hac quarta ipsius situacione spirituali dicitur in presenti verbo: Posuit cherubin in medio templi interioris. Dicendo autem templi interioris innuit esse aliud templum, quod est exterius, quod est
 5 ecclesia militans, ubi primo posita fuit per meritum gracie. Sed nunc posita est in templo interiori, id est in ecclesia triumphante per premium glorie. Ubi nos ponat cum ipsa et per ipsam positor cherubin, Iesus Christus.

147. DE S<ANCTA> KATHERINA
 Secundus sermo

10 Pulchritudinem candoris eius ammirabitur oculus, et super || imbrem eius expavescit cor, Eccli. XLIII. Deutero. XXXII.: Fluat ut ros eloquium meum, quasi imber super herbam, et quasi stille super gramina, quia nomen Domini etc. Eloquium divinum comparatur rori et stille et imbri, quia sicut ros, imber et stilla habitant terram ad fructificationem, sic eloquium divinum habilitat animam ad
 15 operationem. Osee ultimis: Ero quasi ros, Israel germi(nabit) quasi lilium. Sed hoc tunc facit, quando nomen Domini invocatur in oracione. Ideo orate. Pulchritudinem etc. Secundum dictum Philosophi in libro De anima: Anima creatur imperfecta sicut tabula rasa, perfectibilis autem sciencia et virtute. Anima taliter perfecta fuit virgo Sancta Katherina, in qua erat perfectio continue castitatis.
 20 Sciencia est perfectio potencie cognitive, virtus autem perfectio potencie affective. Et hec sunt in ista anima sicut sol et luna in celo. Sol est sciencia illuminans, luna est continencia purificans. Donum continencie in sancta virgine notatur in candore, donum sciencie in imbre, sicut causa in effectum, quoniam ex sciencia manat imber doctrine, sicut fluvius a fonte. Primo ergo, commendatur
 25 a sanctimonia illibate virginitatis, quando dicitur: Pulchritudinem candoris eius etc. Secundo, a profluencia sciencie sermonis, quando dicitur: et super imbrem eius expavescit cor. Dicatur ergo ad gloriam virginis: Pulchritudinem candoris eius ammi(rabitur) oculus. Dicit Damascenus in II^o libro suo: Ammiracio est timor ex magna imaginacione proveniens. Et quoniam homines magis imaginabantur in puella sancta, ideo et imitabantur. Nova enim et admirabili re movetur
 30 animus, ut dicit Tullius in Rethorica. | Augustinus in sermone: Quid gloriosius hac puella, quam viri facilius minantur, quam imitantur? Quatuor autem legimus in scripturis ammiracioni subiecta fuisse, scilicet plenitudinem, magnitudinem, fortitudinem, pulchritudinem. Plenitudo fuit causa ammiracionis in persona Asueri, Hester XV.: Valde mirabilis es, domine, et facies tua plena est graciaram. Magnitudo in persona Philistei, cuius altitudo erat sex cubitorum et palmi, quem stupebant Hebrei nimis, I Reg. XVII. Ffortitudo in persona unius septem fratrum Machabeorum. II Mach. VII.: Rex et servi mirabantur adolescentis animam, quod tamquam nichilum duceret cruciatus. Pulchritudo in persona Iudit, de qua

20 potencie: M *add. et del. affective* 36 palmi: M palmo

1 Lc. 2,37 11 Eccli. 43,20 11 Deut. 32,2 15 Os. 14,6 17 Aristot. – ubi? 28 Ioh. Damasc. fid. orth. 2,15; cf. PG 94,931C 31 Cic. – ubi? 31 Aug. – ubi? 35 Esther 15,17 37 1 Reg. 17,4 38 2 Mach. 7,12

dicitur Iudit X.: Erat in oculis eorum stupor, quoniam mirabantur pulchritudinem
 eius nimis. Hec quatuor cause ammiracionis fuerunt eciam in hac sancta puella,
 scilicet plenitudo gracie, magnitudo potencie, fortitudo paciencie, pulchritudo
 5 et in gracia continencie candidissime dealbata, et ideo mirabatur pulchritudinem
 candoris eius oculus corporalis et eciam intuitus rationis. De utraque eius pul-
 chritudine dicitur: Specie corporis decora nimis enituit, sed fide pulchrior sponso
 superno placuit. Tamen ut dicit Maximus in sermone: Virgo hec non de corporis
 10 humani elegancia placere curabat, sed dabat intus per fidem sue menti candorem
 et excolebat anime pulchritudinem tantoque studebat in carnis aspectu carnali-
 bus displicere, quanto instabat Christo et eius angelis conplacere. Ciprianus in
 sermone: Non poteris inter puellas et virgines Christi computari, que sic vivis, ut
 possis adamari. Dicatur eciam ulterius || ad gloriam virginis, quod super imbrem
 15 eius, id est profluenciam sermonis et copiam verborum efficacium, expavescit
 cor, scilicet philosophorum. Confusi enim oratores, quod dicerent contra veri-
 tatem a virgine propositam, non habebant et dixerunt imperatori: In hac puella
 spiritus Dei loquens sic nos in ammiracionem convertit, ut contra Christum lo-
 qui aut nesciamus aut formidemus. Sciendum est autem, quot imber profluencie
 sermonis Dei habet egressum quantum ad originem, habet discensum quantum
 20 ad susipientem, habet effectum quantum ad utilitatem, habet cursum quantum
 ad audientem. Origo imbris, id est doctrine salutaris, est Deus, qui precepit ni-
 vi, ut descendat in terram et imber fortitudinis sue. Iob XXXVII.: Susceptibile
 imbris est cor humile doctoris, sicut aque pluvialis terra profunda. Emittit enim
 fontes scienciarum in convallibus, id est humilibus mentibus. Cursus imbris at-
 25 tenditur in gracia loquendi faciliter et intelligibiliter. Eccli. XXXIX.: Tamquam
 imbris mittit eloquia sapiencie sue. Ps.: Emittit eloquium suum terre, velociter
 etc. Effectus imbris est germinatio bone operacionis in audientibus. Hebre. VI.:
 Terra super se venientem bibens imbrem et germinans herbam op(p)ortunam ac-
 cipit benedictionem a Deo. Quam et nobis precibus virginis prestat benedictus
 30 Dominus Deus Israel, Iesus Christus. Amen.

148. DE S(ANCTA) KATHERINA
 Sermo tercius

(A)pparuit in cherubin similitudo manus hominis sub pennis eorum, Ezech.
 X. Exo. XXV.: Cherubin respiciebant se mutuo versis vultibus in propiciato-
 35 rium. Propiciatorium est Christus propiciens Patrem pro peccatis nostris testante
 Iohanne, I Io. I.: Advocatum habemus apud | Patrem, Iesum Christum, iustum,
 et ipse est propiciacio pro peccatis nostris. In quem debent respicere unanimiter
 40 predicator et auditor per oracionem, ut predicator inde portet sapienciam ser-
 monis, auditor efficaciam operis. Ideo orate. Apparuit etc. Cherubin fuit figura
 angeli in templo et interpretatur sciencie plenitudo, et erat ductilis opere artifi-
 ciali factus ad ornatum templi et decorem, et significat Sanctam Katherinam, in

1 Iudith 10,14 7 Specie corporis: AH 26,197 8 Max. Taur. serm. 56; PL 57,644B
 11 Cypr. hab. virg. 9; PL 4,461A 22 Iob 37,6 25 Eccli. 39,9 26 Ps. 147,15 27 Hebr.
 6,7 33 Ez. 10,8 34 Ex. 25,20 36 recte I Io. 2,1-2

qua apparuit omni homini volenti intueri sanctimonia virginalis, sapiencia spir-
 ritualis, paciencia singularis, operacio salubris, contemplacio sublimis et con-
 stitutio ipsius perutilis. Sanctimonia virginalis ostenditur in ea fuisse ex hoc,
 quod cherub fuit forma angeli, quia virginitas tenet formam angelice vite. Unde
 5 Ieronimus ad Eustochium: Angelis est cognata virginitas, quia in carne preter
 carnem vivere non terrena vita est, sed celestis. Unde angelicam gloriam ac-
 quirere maioris est meriti, quam habere. Esse enim angelum felicitatis est, esse
 vero virginem virtutis, dum hoc obtinere viribus nititur homo cum gracia, quod
 10 habet angelus ex natura. Ciprianus in epistola: Quod futuri sumus, vos virgi-
 nes iam esse cepistis. Gloriam resurrectionis in hoc seculo iam tenetis, dum
 per seculum sine seculi contagione transitis. Et quia tanta est conformitas in-
 ter angelicam et virgineam puritatem, ideo angeli plures familiaritates et multa
 beneficia inveniuntur exhibuisse sancte virgini Katherine, quorum quedam per-
 15 tinent ad refrigerium consolacionis, quedam autem ad fastigium || honoris. Ad
 consolacionem pertinet visitacio in carcere, irradiacio cum lumine, confortacio
 in tribulacione, peruncio in vulnere, replecio cum odore. Et de hoc potest in-
 telligi, quod dicitur Dan. III.: Angelus descendit ad fornacem, id est in locum
 penalem, ubi virgo carcere clausa manebat, et fecit medium fornacis quasi ven-
 20 tum roris flantem, quia ex illa visitacione virgo refrigerata fuit, sicut estuans
 refrigeratur a vento et rore. Prover. XXV.: Sicut aqua frigida anime sicienti, sic
 nunccius bonus de terra longinqua. Ad honorem pertinet delacio corporis ad
 sepulturam. Ipsam siquidem sepelivit manus angelica vertice Sina. Et de hoc
 potest intelligi, quod dicitur II Mach. II.: Iussit arcam comitari secum, donec
 25 exiit in montem et inveniit ibi locum et archam intulit illuc, quia Dominus Chri-
 stus angelis suis mandavit, ut archam, id est virginem, ferrent in montem Sinai,
 et ibi sepelirent. In qua fuit tabula legis, id est sciencia litteralis, virga florida,
 id est caro casta, urna aurea, id est anima sanguine purificata, et manna, id est
 compassio affectuosa. Hinc est, quod de corpore eius IIII^{or} leguntur emanasse,
 30 scilicet sermo sciencie ad declaracionem veritatis, sagwis martirii ad perfeccio-
 nem passionis, lac ad commendacionem virginitatis, oleum ad manifestacionem
 pietatis. Et ita fuit fons paradisi divisa in IIII^{or} flumina, Gen. II. Sapiencia men-
 talis ostenditur in ea fuisse ex eo, quod cherub interpretatur plenitudo sciencie,
 et ipsa plena fuit sciencia divina et humana. Tradita enim fuit a patre doctoribus
 35 nulli secunda iudicaretur in sciencia, quoniam Deus scienciarum, Dominus Iesus
 infudit ei donum sapiencie celestis, et ideo inter prudentes virgines prima credi-
 tur esse preter Virginem Virginum. Victoria triumphalis ostenditur in ea fuisse
 per hoc, quod cherub fuit ductilis opere artis factus, malleis et percussionibus
 productus, ut legitur Exo. XXV. Sic ipsa tunsionibus et pressuris in martirio ad-
 40 hibitis producta est in opus templi celestis, quod edificatur ex lapidibus vivis.
 Et hoc figuratur III Reg. VI. in eo, quod templum edificatum est de lapidibus
 dolatis, sectis et perfectis, quia sancti martires in presenti venerunt ad perfecci-
 onem, cum pena temporalis resecavit ab ipsis omne superfluum et nocivum. Et

5 cognata: M cognita 37 Virginum: M virginam

9 Cypr. hab. virg. 22; PL 4,475A 17 Dan. 3,49 20 Prov. 25,25 23 2 Mach. 2,4
 31 Gen. 2,10 33 Tradita enim: AH 26,197 39 Ex. 25 – ubi? 41 3 Reg. 6,7

cum cedentur gladiis more bidencium, murmur non resonabat, nec querimonia. Ideo dicitur, quod malleus et securis non sunt audita in templo, cum edificaretur. Sic quoque factum est in sancta puella. Nam tirannus temptans virginem blanditiis et promissis seducere, nec prevalens expoliata scorpionibus cedi fecit. Et tunc, secundum dictum Chrisostomi in epistola: Ingressa est puella etate
 5 tenera, et inventa est ferro forcior, cum latera eius scinderentur, fides moveri non potuit. Consumptum est corpus et mens immota mansit, interiit substantia et perstitit paciencia. Operacio salubris et contemplacio sublimis ostenduntur in
 10 ea fuisse per hoc, quod cherub habuit manus et pennas. In manu notatur operacio, in penna contemplacio. Habuit enim perfeccionem utriusque vite. Et in hac duplici vita notatur ordo temporis per hoc, quod primo nominat manum, postea pennam, quia per operationem venit ad contemplacionem. Notatur eciam ordo dignitatis, quia manus || dicitur esse sub pennis. Activa namque inferior est
 15 dignitate et duracione, contemplativa superior, ideo pars Marie optima dicitur et non auferenda, Lu. X. Constitucio ipsius perutilis ostenditur ex eo, quod cherub erat factus ad honorem et decorem templi. Sic existencia ipsius in ecclesia fuit perutilis, quia in ipsa et per ipsam habet ecclesia ornatum et decorem pulchritudinis, scilicet candorem mundicie et ruborem paciencie. Est enim virgo et mater, quasi induta purpura sagwinis et bisso puritatis. De quali pulchritudine ecclesie
 20 alcius in sermone De omnibus sanctis. O vere beata mater ecclesia, quam sic honor divine dignacionis illuminat, quam vincencium martirum gloriosus sagvis exornat, quam inviolate confessionis candida induit virginitas floribus illius, nec lilia nec rose desunt in celestibus castris, pax et acies habent flores suos, quibus milites Christi amplissimas accipiunt dignitatum coronas vel de virginitate candidas vel de passione purpureas donante Iesu Christo, qui est Deus benedictus
 25 a seculo etc. Amen.

106a

Explicit.

Incipiunt sermones communes de sanctis,
 30 de apostolis et ewangelistis primo commu(n)ite)r,
 de aliis martiribus, confessoribus et virginibus.

Incipiunt sermones communes.

149. DE SANCTIS APOSTOLIS (Sermo primus)

Tulit Iacob virgas et ex parte decorticavit eas, Gen. XXX. Quemadmodum
 35 Moyses cum virga intravit Egyptum, in qua facturus erat signa miraculorum, Exo. IIII., ita et Christus cum virgis, id est apostolis, intravit in mundum, in

18 paciencie: M iter. et del. 36 IIII.: M corr. ex XX.

1 cum cedentur – ubi? 5 Ioh. Chrys. – ubi? 15 Lc. 10,42 20 in sermone: vide serm. 132.
 20 O vere – quis et ubi? 34 Gen. 30,37 36 Ex. 4,17

quibus facturus erat signa | conversionis peccatorum, de quibus nunc dicitur: 106b
 Tulit Iacob, id est Christus, virgas, id est apostolos. Quos primo, vocavit in suam
 societatem. Propter quod dicitur: Tulit Iacob virgas. 2º, docuit vivere eos, si-
 ve informavit. Et quo ad hoc dicitur: ex parte decorticavit eas. Tercio, vocatos
 5 et informatos ordinavit ad aliorum utilitatem. Et quo ad hoc dicitur: ut, cum
 venissent oves ad bibendum, ante oculos haberent virgas, et in aspectu earum
 conciperent. In vocacione ex parte apostolorum declaratur felicitas obediendi
 voci Christi, quia tulit virgas, non fustes, id est indeclinabiles, non pertinaces.
 Flatu enim Spiritus Sancti ad modum virgarum facile inflexi sunt ad volunta-
 10 tem Christi sequentes eum ad vocem unius iussionis, cum adhuc miracula eius
 non vidissent, nec promissiones audivissent, ut dicit Gregorius in omelia. Ex
 parte vero Christi notatur laboriositas concertandi cum hoste generis humani.
 Iacob enim interpretatur luctator, quia Christus pugnavit pro nobis. Exo. XIII.:
 Videte magnalia Domini. Dominus enim pugnabit pro vobis, et vos tacebitis.
 15 Ffit autem pugna pro consorte. Unde Poeta: Pro coniuge sumpsimus arma, pro
 cibo et pro loco. Oracius: Glandem atque cubilia propter pugnabant. Sic Chri-
 stus pugnavit pro consorte, ut eam sibi acciperet, pro cibo, ut lignum vite nobis
 restitueret, pro loco, ut nobis paradisum aperiret. In informacione erudit eos
 20 dupliciter, scilicet quantum ad se ad vivendum perfecte, et quantum ad prox-
 mum ad docendum vere. Prosequens ergo erudicionem de perfeccione vite ex
 parte decorticavit eas, quia superflua prohibuit eis, quando dixit: Nolite portare
 aurum et argentum, et necessaria indulsit, quando dixit: In eadem || domo ma- 106c
 neant edentes et bibentes, que apud illos sunt. Dignus est enim operarius cibo suo,
 Mt. X., Glosa: Ecce quare precepit nichil ferre, quia omnia habuerunt necessa-
 25 ria. Lu. XXII.: Quando misi vos sine sacco et pera, numquid aliquid defuit
 vobis? At illi dixerunt: Nichil. Detractisque corticibus, id est superfluis tempora-
 libus resecatis, in hiis, corporibus, que spoliata fuerant, scilicet a victu et vestitu
 non necessario, candor, scilicet virtutum, apparuit; illa vero scilicet anime, que
 intacta fuerant, quia animas non spoliavit virtutibus, sicut corpora temporalibus,
 30 viridia permanserunt, scilicet per fidem et honestatem; atque in hunc modum co-
 lor effectus est varius, ut quanto essent exterius rebus pauperiores, tanto interius
 perfeccionibus pleniores. Prosequens vero erudicionem de veritate doctrine di-
 cit: Posuit eas, id est constituit, in canalibus, id est in diversis mundi regionibus,
 ut prodessent pluribus. Is. ultimis: Mittam ex eis, qui salvati fuerint, ad gentes et
 35 nuntiabunt gloriam meam, ubi effundebatur aqua, id est proponebatur doctrina
 mundata per eorum curam et ministerium. Exo. II.: Moyses hausit aquam po-
 tumque dedit ovibus. Is. XLVIII.: Cum educeret eos de Egypto, peccati, aquam,
 scilicet doctrine, de petra produxit eis, id est de Christo et discipulis eius firmis
 et constantibus. De hac posicione dicit Dominus Io. XV.: Posui vos, ut eatis, sci-
 40 licet per mundum pergendo, et fructum afferatis, scilicet homines convertendo,
 et fructus vester maneat, scilicet in bono perseverando. Ffinis autem vocacionis

3 Propter informavit: M in marg. 24-25 habuerunt necessaria: M in marg. 28 illa
 intacta: M que anime, scilicet intacta 33 diversis: M diversi

11 Greg. M. - ubi? 13 Ex. 14,13-14 15 Pro coniuge - quis et ubi? 16 Hor. sat.
 1,3,100-101 21 Nolite portare: Mt. 10,9 22 In eadem: Lc. 10,7 24 Mt. 10,10 25 Lc.
 22,35-36 34 Is. 66,19 36 Ex. 2,19 37 Is. 48,21 39 Io. 15,16

et informacionis eorum fuit conversio gencium, de qua sequitur: ut cum venissent | greges, id est homines simplices et concordēs, quoniam credendum erat cor unum, Act. III. ad bibendum, id est ad desiderium saciandum verbo Dei, virgas, id est doctores suos, ante oculos haberent, scilicet ad imitandum eos et
5 venerandum et providendum eis et orandum pro eis, et in aspectu earum conciperent, scilicet fidem et amorem. Habet enim anima quasi duplicem matricem, in qua concipit, scilicet potēciam intellectivam, in qua concipit semen veritatis per fidem, et affectivam, in qua concipit semen caritatis per amorem. Et intellectus quidam fecundatur fide veritatis in epistola hodierna: Iam non estis hospites
10 etc. In qua ostendit Apostolus triplicem effectum fidei in credentibus, scilicet quod reddit familiarem Deo et sanctis, quando dicit: Estis cives sanctorum et domestici Dei, Glosa: familiares, quibus archana revelat. Et quot efficit stabilem in adversis, quando dicit: superedificati super fundamentum apo(stolorum), Glosa: super Christum, qui firmiter tenet ecclesiam. Et quod facit donum divine
15 maiestatis, quando dicit: et vos coedificamini in habitacula Dei, Glosa: ut sitis habitatio Dei. Affectus vero fecundatur amore bonitatis in hodierno ewangelio: Hoc est preceptum meum. In quo invitat Christus ad mutuam dilectionem valido exemplo, maximo promisso, antiquo beneficio. Exemplum passionis, quia posuit animam suam. Maiorem, inquit, hac dilectionem nemo habet etc. Promissum amoris, quia spondet amicitiam: Vos amici mei estis, si feceritis etc.,
20 id est vos dilexeritis. Beneficium predestinationis, quia elegit per gratiam: Non vos me elegistis, scilicet ante, sed ego elegi vos. Et ideo regi seculorum, Iesu Christo sit ex parte nostra honor et gloria in secula seculorum.

150. DE APOSTOLIS

Sermo secundus

25

107a

Annunciaverunt celi iusticiam eius et viderunt etc. (Ps. LXXXVI). Primo, dicemus distinciones || celorum et diversas acceptiones eorum, ut ex illis diversis modis illum modum dicendi celum accipiamus, de quo nunc specialiter intendimus. Celum itaque dicitur presens ecclesia, fidelis anima, celestis patria,
30 dignitas apostolica. Ecclesia dicitur celum primo, ratione ornatus in diversitate donorum. Sicut enim celum ornatum luminaribus, sic ecclesia decorata est virtutibus. Unde Iob XXVI.: Spiritus Domini ornavit celos. Gregorius in omelia: Ornamenta celorum sunt virtutes predicantium. Secundo, ratione dispositionis in diversitate statuum. Sicut enim celum habet certissimam dispositionem in
35 suis motibus et orbibus, quoniam omnia celestia lege meant, sic ecclesia habet suas dispositiones in diversis statibus. De quibus dispositionibus dicitur Iob 38.: Numquid nosti ordinem celi?, id est ordinationem statuum ecclesie, scilicet in coniugatis, in viduis et virginibus, vel in contemplativis, in activis et eorum prelati. Et sicut in speris celi una includitur in alia, sic ecclesia et eius ordina-
40 cione maiores presunt minoribus. Et interdum intersecant se, et que maior est in una parte efficitur inferior in altera, sic in fidelibus aliquando maiores ordine

3 Act. 4,32 9 Iam non: Eph. 2,19 17 Hoc est: Io. 15,12 26 Ps. 96,6 32 Iob 26,13
32 Greg. M. in evang. 30,7; PL 76,1224D 36 Iob. 38,33

- sunt superiores merito et superiores ordine efficiuntur inferiores humilitate. Lu. XXII.: Ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat. Tercio, ratione perpetuitatis in incorruptibilitate permanendi. Celi enim, quasi ere solidissimi fusi sunt, ut dicitur Iob XXXVII. Causam solliditatis celi assignat Philosophus in libro (De)
- 5 celo et mundo dicens: Corpus celeste non | desinit esse, cum non habeat cau- 107b
sam corrupcionis, scilicet contrarietatem componencium. Omnis enim corruptio fit ex rebus contrariis, celo autem nichil invenitur contrarium, cum non ingre-
diatur ipsum corruptio universaliter vel particulariter. Sic ecclesia perpetua est et universalis, corruptio erroris vel adversitatis seu iniquitatis non ingreditur in
- 10 eam. Concuti enim potest, sed non submergi navicula Petri, ut dicit Augustinus. Mt. XVI.: Super petram edificabo etc., et porte inferi etc. Anima dicitur celum primo, ratione luminositatis fidei. Celum enim est ex sui natura splendidum et lucidum, ut habetur in libro De sensu et sensato, sed inter partes eius est dif-
ferencia secundum maius et minus, quia in stellis est plus splendoris, quoniam
- 15 stella est lux sui orbis congregata. In aliis celi partibus minus, ideo videtur lu-
men stellarum, non celi. Sic in ecclesia lucet lumen fidei. Eccli. XXIII.: Ego feci in celis, id est in animabus sanctis, ut oriretur lumen indeficiens, id est fi-
des in seculum stans. Secundo, ratione altitudinis spei. Iob XXV.: Suscipe, quod al-
cior te sit. Speramus enim superiora meritis nostris, quia spes nostra incedit
- 20 usque ad interiora velaminis, id est occulti celestis, ubi Iesus introivit in ascen-
sione, Hebre. VI. Tercio, ratione latitudinis caritatis. Ps.: Extendit celum sicut pellem. Iob IX.: Extendit celos solus. Extensio celi est dilatacio animi in carita-
te, qualem dilatationem habebat Sanctus Paulus, qui dicit II Cor(inthio)rum VI.: Cor nostrum dilatatum est. Ber(nardus) super Cant. XXVII.: Latitudo anime di-
leccio || eius est. Nam etsi non recipit corpoream quantitatem, confert tamen illi
- 25 gracia, quod negat natura. Crescit spiritualiter, non in substantia, sed in virtute. 107c
Patria dicitur celum primo, ratione modulacionis. Dicuntur enim celi in moti-
bus suis contrariis armonicam modulacionem resonare, sicut in cithara quedam corde faciunt gravem sonum et obtusum, et quedam gracilem et acutum, ex qua
30 diversitate conponitur proporcio armoniaca. Et licet Aristoteles et Dionisius hoc reprobent, tamen quia Ambrosius recitat in Exameron pro opinione, ideo dici-
mus ad presens, quod sicut ex ordinato motu spere celi et orbium planetarum processu acuto et gravi ineffabilis armonia generatur, ita sancti in patria dul-
ci modulacione laudis et honoris Deum glorificant, iuxta illud Iob XXXVIII.:
35 Concentum celi, id est cantum sanctorum Deum laudantium, quis dormire fa-
ciet, id est cessare? Quasi diceret: nullus. Requiem enim non habent, id est non cessant dicentes: Sanctus, sanctus etc. Apok. IIII. Ps.: Exultaciones Dei in gut-
ture eorum, Glosa: quia in corde et lingua non desinunt laudare Deum, a quo eterna habent. Ex hoc dicto videtur ostendi, quod in patria sit laus vocalis, quia
40 si tantum mentaliter Deum laudare debemus, suffecisset dicere: laudant Deum in corde. Sed quia addidit lingua, innuit per hoc, quod et vocaliter Deum lauda-

18 quod: M que

1 Lc. 22,27 4 Iob 37,18 4 Aristot. – ubi? 10 Aug. – ubi? 11 Mt. 16,18 13 Aristot. – ubi? 16 Eccli. 24,6 18 recte Iob 35,5 21 Hebr. 6,19 21 Ps. 103,2 22 Iob 9,8
23 2 Cor. 6,11 24 Bern. serm. in cant. 27,10; PL 183,919A 30 Aristot. – ubi? 30 Ps. Dion. Areop. – ubi? 31 Ambr. – ubi? 34 Iob 38,37 37 Apoc. 4,8 37 Ps. 149,6

re debemus. Secundo, ratione formacionis. Est enim rotunda in figura, ut patet
Eccli. XXIII.: Gyrum celi, id est rotunditatem celi, circuivi sola. Beda in li-
bro De naturis rerum: Celum est rotundum et a centro terre equalibus spaciis
undique collocatum. Unde propter sui rotunditatem convexam | habet formam
5 ad angelos, evexam autem sive concavam ad nos. In qua designat eternitatem
patrie, in qua ad modum rotunde figure non est invenire finem. Dan. VII.: Re-
gnum eius non corrumpetur. Tercio ratione decoracionis. Celo enim nichil est
pulchrius, quoniam illas III^{or} causas pulchritudinis, quas ponit Philosophus in
libro Perspectivorum, scilicet lucem, separacionem, magnitudinem et ordinem
10 contingit reperire in celo. Lucem in eius substantia, separacionem in ornatu,
scilicet stellis, magnitudinem in quantitate, ordinem in motu. Ideo bene dicitur
Eccli. XLII.: Magnalia sapiencie sue decoravit, id est celum, in quo apparet ma-
gnifica sapiencia sua, quia divine virtutis operacio manifestius relucet in celo,
ideo et sedes eius dicitur. Damascenus: Deus incircumscriptus in loco non est,
15 dicitur tamen esse in celo, ubi manifestatur eius operacio. E converso autem
terra dicitur scabellum pedum eius, quia in corpore mundi minima est species
huius elementi minusque relucet in eo decor operis divini. Et si exterior pars
illius celi, que nos spectat, ita pulchra est, multo pulchrior est illa pars, que
sanctos continet et Christum. Ideo cum magno affectu dictum est: Domine, dile-
20 xi decorem etc., et locum habitacionis etc. Dignitas apostolica dicitur celum in
presenti verbo: Annunciaverunt celi. Ubi laudatur vita eorum, quia fuerunt ce-
li gloriosi, id est predicatorum, quorum cor sursum est. Et materia predicacionis
eorum, quia annunciaverunt iusticiam Dei. Et efficacia sermonis ipsorum, quia
per ipsos viderunt omnes populi gloriam Dei. Dicuntur autem apostoli celi pri-
25 mo, ratione subtilis intelligencie. Celum enim subtilissimam habet essenciam.
Ambrosius in Exameron: qualitatem nature celestis Isaias expressit, quod firma-
verit celum, sicut fumum, subtilem eius naturam cupiens declarare. Sic sancti
apostoli || subtiles in intelligencia divinorum, quibus Christus aperuit intel-
lectum, ut intelligerent scripturas, Lu. ultimo. Quoniam, ut dicit Aristoteles in
30 Topicis: Non pulcher, sed sapiens ponitur ad amplius, id est regnum, navis,
id est ecclesie. Prover. I.: Intelligens gubernacula possidebit. Secundo, ratione
sublimis vite, quorum conversacio in celis erat. Eccli. I.: Altitudinem celi, id
est perfeccionem apostoli, quis mensus est?, scilicet per estimacionem. Certe
nullus, quia excedunt alios tamquam principes constituti super omnem terram.
35 Gregorius in Pastoralis: Talis debet esse pastor, cuius conparacione ceteri grex di-
cantur. Tercio, ratione utilis efficiencie. Creator enim posuit celum esse causam
et principium generacionis. Philosophus II. <De> celo et mundo: Orbis primum
principium et causa omnis vivi. Dicit idem in libro De animalibus, quod virtus
seminis formacionem, conversionem, animacionem triplici calore sibi coniuncto
40 operatur. Calore ignis convertit, calore celi format, calore animi preparat ad vi-
tam. Tales fuerunt apostoli in generacione resurrectionum spiritualium. Ro. IX.:

107d

108a

1 in figura, ut patet: M *corr. ex* ut patet in figura 38 in libro De: M *in marg.*

2 Eccli. 24,8 2 Beda Ven. nat. rer. 5 et 7; PL 90,197A 6 Dan. 7,14 12 Eccli. 42,21
14 Ioh. Damasc. fid. orth. 1,13; cf. PG 94,851A 19-20 Domine, dilexi: Ps. 23,8 26 Ambro-
hex. 1,6,21; PL 14,143D 29 Lc. 24,45 29 Aristot. - *ubi?* 31 Prov. 1,5 32 Eccli. 1,2
35 Greg. M. past. 2,1; PL 77,26D 37 Aristot. - *ubi?* 38 Aristot. - *ubi?* 41 Rom. 9,29

Nisi Dominus reliquisset nobis semen, Glosa: apostolos, quasi Sodoma fuisset, id est (in)fecundi in operibus. Isti celi annuncciaverunt iusticiam Dei. Ffuit autem in Christo quadruplex iusticia, scilicet iusticia redempcionis humane. Augustinus III. Sententiarum di(stinccio) XX.: Iusticia Christi vicit diabolus non
 5 potencia, quia postposuit, quod potuit, ut prius ageret, quod oportuit. Diabolus enim amator est potencie et desertor iusticie, in quo eum homines imitantur. Ideo placuit Deo, ut non potencia, sed iusticia vincens hominem erueret, in quo eum homo imitari dissceret. Iusticia conversacionis sacre. Mt. III.: Sic docet | 108b
 10 nos implere, Glosa: omne preceptum iustificans. Quia enim nostra vita morum est disciplina, ideo decet nos dare exemplum implende omnis iusticie. Iusticia erudicionis doctrine. Ioel II.: Filii Sion, exultate in Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iusticie, id est Christum. Iusticia retribucionis extreme. Ps.: Cum accepero tempus, scilicet iudicandi, iusticias iudicabo, id est secundum merita singulorum. Est enim iusticia equitatis lance librata retributio meritorum dignis-
 15 sima. Annuncciatio huius quadruplicis iusticie sic exstitit utilis et efficax, quot per ipsos viderunt gloriam eius, id est cognoverunt Christum gloriosum omnes populi, sed differenter. Quidam viderunt per spem, ut beati. I Io. III.: Videbimus eum sicuti est. Eccli. XLIX.: Vidit conspectum glorie in curru cherubin. Quidam per fidem, ut regenerati. I Cor. XIII.: Videmus nunc per speculum, scilicet fidei. Quidam per creaturarum inspeccionem, ut philosophi. Nullum corpus
 20 esse Deum nec spiritum mutabilem, ideo intellexerunt ipsum omnia ista fecisse et a nullo fieri potuisse. Quidam per famam et nominis divulgacionem. III Reg. VIII.: Audiatur nomen tuum magnum ubique. Et quia viderunt omnes populi saltem per famam, ideo subdit Psalmus: Confundantur omnes, qui adorant
 25 sculptilia, et non Christum, qui est Deus benedictus in secula.

151. DE APOSTOLIS

Sermo tercius

(F)erculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media caritate constravit,
 30 propter filias Ierusalem, || Cant. III. Describit Spiritus Sanctus in his verbis 108c
 dignitatem et officium apostolici ordinis, et comparat eos veiculo, id est sedi aliquius portatili vel curru, dicto secundum Glosam a ferendo, id est a portando. In quali significacione accipitur ferculum aput poetam Stachium: Cumulataque fercula, id est currus, cristis, id est fractis galeis, et tristes ducuntur equi. Et
 35 convenit apostolis, ut dicantur, quia portaverunt nomen Domini per mundum, ut dicitur Act. IX.: Ut portet. Dicit autem Aristoteles in primo Physicorum, quod tunc opinamur unumquodque cognoscere, cum causas eius primas cognoscimus et prima principia. Ideoque Spiritus Sanctus hoc opus ammirabile laudat quadrupliciter, secundum quadruplex genus cause, scilicet a causa efficienti, quando
 40 dicit: Fecit Salomon. A causa formali, quando dicit: ferculum. A causa materiali, quando dicit: de lignis Libani. A causa finali, quando dicit: media caritate

4 Petr. Lomb. sent. 3,20 8 Mt. 3,15 11 Ioel 2,23 12 Ps. 74,3 17 1 Io. 3,2 18 Eccli. 49,10 19 1 Cor. 13,23 23 3 Reg. 8,41 24 Ps. 96,7 30 Cant. 3,9-10 33 Stat. Theb. 12,523-525 36 Act. 9,15 36 Aristot. phys. 1,1; cf. Hamesse 140

constravit propter filias Ierusalem. Ffecit ergo Salomon rex pacificus, id est Christus, Dei Filius, qui reconciliavit omnia pacificans per sanguinem crucis eius, id est per sanguinem fustum in cruce, sive que in celis, sive que in terris sunt. Col. I. Ffecit autem ferculum, id est constituit sanctos apostolos secundum modum et officium ferculi. Causa enim formalis uno modo dicitur, ad cuius similitudinem fit res, ut domus ad similitudinem montis cavati. Alio modo dicitur esse formalis causa, quod perficit esse rei, ut sciencia est causa formalis doctrine. Primo modo dicuntur apostoli facti ad modum ferculi. Unde Glosa dicit, quod salutem nobis promisit. Apparet per hoc, quod de nobis fecit quoddam ferculum, id est quos de loco ad locum ferret sui verbi dispensatores, vel in quibus ipse per mundum ferretur, | id est apostolos, per quos quasi in cathedra fertur. Et quos hic appellavit scriptura ferculum, alibi appellavit currum, quoniam currus et ferculum idem sunt. III Reg. II.: Helias ascendit in celum in curru igneo. Helias Christus est, currus apostoli levantes Christum in celum, quia per eorum doctrinam Christus in celo esse innotuit. Unde Mt. XVI.: Assumptus est in celum. Illi autem profecti predicaverunt ubique. Ignei autem dicuntur propter continuum profectum et fervidum affectum. Quoniam dicit Aristoteles V. Topi-
corum, quod proprium ignis est esse corpus mobilissimum in superiorem locum. Ita et apostoli semper ad Deum movebantur desiderio et profectu. Philosophus in libro Fontis vite: Intencio appetitus et amoris est inquisicio applicacionis ad amatum et unicionis sue cum illo. Quemadmodum unus illorum dicebat, Phil. I.: Desiderium habeo dissolvi et esse cum Christo. Fecit autem materialiter de lignis Libani. Dicitur enim materia, ex qua fit res, ut de ferro cultellus, de farina panis. Et dicitur materia quasi mater rei, quoniam ex materia fiunt materiata. Dupliciter autem notificatur hic materia huius operis, scilicet quantum ad substantiam et quantum ad ornatum. Secundum substantiam fuit factum de lignis Libani, et dicit Glosa: fortibus, celsis, speciosis, odoriferis, candidis, inputribilibus, ut scilicet celsitudo referatur ad sanctorum contemplacionem, speciositas ad conversacionem, odor ad famam, fortitudo ad pacienciam, candor ad mundiciam, inputribilitas ad perseveranciam. Secundum ornatum habuit columpnas et reclinatorium et ascensum. Columpna significat profluenciam sermonis in ore, unde columpnas eius, id est os et liguam apostolicam, que firmabant ecclesiam, sicut columpne, fecit argenteas, id est sonoras et eloquio profluentes. Argentum enim sonorum est et dulciter tinnit. Et ipsorum sonus in omnem || terram exiit et salvandis dulcis fuit. Cant. II.: Sonet vox tua etc. Vox enim tua dulcis. Reclinatorium significat luculentiam veritatis in racione. Unde reclinatorium, id est racionem anime, in qua debet se veritas reclinare, fecit aureum, scilicet per fulgorem sapiencie. Eccles. VIII.: Sapiencia hominis lucet in vultu eius, scilicet interiori, id est in racione. Assensus significat meditationem passionis in affectione. Unde ascensum, id est affectum, qui ascendit ad Deum per desiderium, fecit purpureum, id est sanguine Christi respersum, scilicet per iugem recordacionem. Cant. VII.: Come capitis tui, id est cogitaciones mentis quasi, sicut purpura regis, id est caro Christi rubricata sanguine, vincta canalibus, id est

108d

109a

43 sicut: M scilicet

3 Col. 1,20 13 4 Reg. 2,11 15 recte Mc. 16,19 17 Aristot. top. 5,2 19 Avicbron
Fons vitae 5,32 21 Phil. 1,23 35 Cant. 2,14 38 Eccle. 8,1 42 Cant. 7,5

lignis crucis, ex quibus fluunt nobis beneficia salutis. Causa finalis operis fuerunt Ierusalem. Dicitur enim causa finalis, propter quam fit res, ut beatitudo est causa finalis iusticie. Et sessio, scilicet scampni. Et ponitur hic duplex finis, scilicet principalis et secundarius, sive proximus et remotus. Finis principalis est innotescencia divine dileccionis ad genus humanum, quia media caritate contravit, id est ex sola dileccione hoc fecit. Finis secundarius est salus animarum ad Deum conversarum, quia fecit hec propter filias Ierusalem, id est propter animas fideles salvandas. Ideo et nos dicamus ei: Salva nos, Christe salvator, qui salvas sperantes in te.

10

152. DE APOSTOLIS Sermo quartus

Confitebuntur celi mirabilia tua, et veritatem tuam in ecclesia sanctorum (Ps. LXXXVIII). Dicit Salomon Prover. XXV.: Gloria regum, Glosa: apostolorum, est investigare sermonem, id est cogitare et referre | Christi doctrinam. Ideo 109b
15 dicitur de ipsis in propositis verbis: Confitebuntur celi etc. In quo dicto notificatur vita predicantium, materia predicacionis eorum et locus predicandi. Vita eorum fuit sublimis, quia dicuntur esse celi. Materia sublimis, quia confessi sunt mirabilia Dei et veritatem eius. Locus venerabilis, quia ecclesia sanctorum. Dicuntur autem apostoli celi multiplici ratione. Et prima sumitur ab actu continendi omnia et immutandi inferiora. Unde Damascenus dicit, quod celum est continencia visibilium et invisibilium creaturarum. Visibilia sunt exteriora bona opera, que sunt continenda, scilicet celanda, a laudatoribus, ne recipiatur merces ab ore hominum. Invisibilia sunt interiora sancta desideria, que sunt continenda a dissolucionibus, ne vas confractum, id est sensus dissolutus, effundat oleum sancte devocionis. Habet eciam celum actum immutandi. Unde dicunt astrologi, quot stelle quedam calefaciunt, ut Venus et Mars, alter ad luxuriam, alter ad iram. Quedam infrigidant, ut Saturnus. Quedam humectant, ut Luna. Quedam desiccant, ut Sol. Propter quod dicit Averrois super librum (De) celo et mundo, quod stelle habent qualitates primas, scilicet calidum et siccum, ffrigidum et humidum. Ratione talium effectuum celum dicitur esse ab Aristotele. Sicut vita quedam omnibus natura existentibus virtute sui luminis et motus, sic vir sanctus debet esse actualis, et debet immutare inferiora, scilicet carnem, cum sensibus, sicut dicitur || Gen. II.: Subicite terram, id est carnem, et dominamini piscibus 109c
maris et volatilibus celi, id est cogitacionibus voluptuosis, fatuosis et gulosis.
35 Debent eciam continere et immutare inferiores homines, quorum habent curam et regimen, quia dicit Aristoteles III. Ethicorum, quod homo sapiens est mensura aliorum hominum, id est forma et exemplar vivendi aliis hominibus. Secunda ratio sumitur ab ornatu, quia celum ornatur luminaribus. Gen. I.: Posuit stellas in firmamento celi. Sic sancti virtutibus. In quibus est sol caritatis, que sola

12 Confitebuntur celi: M *al. man. add.* Ps. 88 32 debet: M *in marg.*

12 Ps. 88,6 13 Prov. 25,2 20 Ioh. Damasc. *fid. orth.* 2,6; *cf.* PL 94,879A 28 Averroes – *ubi?* 33 *recte* Gen. 1,28 36 Aristot. – *ubi?* 38 Gen. 1,17

semper lucet ad modum Solis, quia caritas numquam excidit, I Cor. XIII. Luna fidei, que deficit, ut Luna succedente spere remanens tantummodo ratione sui generis, scilicet cognicionis. Stella spei, que lucet et dirigit in nocte adversitatis. Lacteus circulus castitatis. Quinque sone vulnerum Christi, quia secundum

5 Virgilium: Quinque tenent celum zone. Tercia a motu. Et quod moveatur, patet ex lacione stellarum, que vadunt cum motu firmamenti girantes in circuitu terre. Unde secundum Aristotelem celum dicitur motu suo afferre stellas. Movetur autem circulariter, velociter, uniformiter, inremissibiliter. Que omnia ponit Aristoteles in libro (De) celo et mundo. Et eciam quiete. Quia licet in parti-

10 bus mutet situm tantum, in toto nec situm permutat nec locum. Turbatis ergo inferioribus et velud casualiter ac sine ordine fluitantibus, celum et celestia ordinis sui tenorem nec ad momentum derelinquunt, secundum illud: Inconcu-
sua suo volvuntur sidera lapsu. | Eodem modo moventur sancti operando euntes de
virtute in virtutem. Et hoc circulariter accipiendo a Deo adiutorium, et repen-

15 dendo sibi servicium, ut ad locum unde exeunt flumina revertantur, Eccles. I^o. Velociter per promptitudinem voluntatis et obediencie, quia in domo sapientis nullus piger invenitur, ut dicit Origenes super Gen. XVIII. Uniformiter continue manendo in bono sine amixtione contrarii, non ponentes dulce in amarum et lucem in tenebras, scilicet faciendo bonum cum admixtione malorum. Inre-

20 missibiliter vitando eciam minima peccata, que impediunt uniformitatem motus caritatis opponendo se motui eius non habitui. Et quiete sine anxietate cordis et murmuracione vocis, sicut aque Siloe currunt cum silencio, Is. VIII. Quar-
ta, a situ, quia collocatur super IIII^{or} elementa. Aqua enim est super terram et aer super aquam et ignis super aerem et corpora superiora super ista. Unde dicit

25 Aristoteles De celo et mundo: Propter talium ordinacionem parcium mundi dicitur. Prover. XXV.: Celum sursum et terra deorsum. In hunc modum eciam sancti situantur super terram cupiditatis relinquentes omnia, super aquam gulositatis sustinentes famem et situm, super aerem vane laudis non querentes ab hominibus gloriam, super ignem libidinis castigantes corpora sua. Talem elevacionem sanctorum ammirans propheta dicit: Qui sunt isti, qui ut nubes volant?

30 Is. LX^o. Quinta, a natura. Dicit autem Damascenus, quod celum divinus Basilius subtilem esse ait velud fumum. Alii aquosam, ut in medio aquarum genitam. Alii igneam, ut Bernardus Silvestris, qui ait || celi forma teres, essencia purior ignis. Alii vero de quinta essencia, ut Aristoteles notat De elementis, qui ait:

35 Celum est de tota materia sua. Quod patet primo, ex motu suo, quia circulariter movetur. Elementa autem habent motum rectum. Nam ignis sursum fertur tantum. Unde non sunt unius rationis celum et ignis. Secundo, ex effectu suo, quoniam celum ex sua influencia conciliat elementa contraria, et facit convenire in corpore mixto. Ex quo patet, quod est aliud ab illis. Sic sancti ad modum celi habent naturam fumi per cordis compunccionem. Nam fumus lacrimas excitat. Oracius in sermonibus: Lacrimoso non sine fumo. Habent naturam aque per

109d

110a

1 excidit: M *in marg. corr. ex extulit* 22 Siloe: M Soloe 29 Talem: M *add. et del.*
amiracionem 33 forma teres: M formans tres

1 I Cor. 13,8 5 Verg. georg. 1,233 9 Aristot. – *ubi?* 12–13 Inconcu-
sa suo: Lucan. 2,267 17 Orig. – *ubi?* 22 Is. 8,6 26 Prov. 25,3 31 Is. 60,8 31 Ioh. Damasc. fid. orth. 2,6; cf.
PG 94,879C 33 Bern. Silv. mund. univ. 1,3 34 Ps. Aristot. – *ubi?* 41 Hor. sat. 1,5,80

suorum comunicacionem, quia aqua communis est omnibus. Ovidius: Quid prohibetis aquis? usus communis aquarum. Nec solem proprium natura, nec aera fecit, nec tenues undas. Habent naturam ignis per amoris fervorem, quorum cor concaluerat intra se, eciam in eis ardebat ignis caritatis. Sed apostoli insuper habuerunt naturam eciam quinte essencie, utpote constituti principes super omnem terram. Sexta ratio sumitur a figura. Dicitur autem circularis. Et hoc patet primo, auctore insinuante, Eccli. XXIII.: Girum celi. Secundo, experientia docente, quoniam equaliter apparet distare a terra. Tercio, ratione suadente, quia est prima figurarum, quoniam clauditur una superficie, alie autem pluribus ut triangulus. Et sicut unum est ante multa, sic spera ante alias figuras. Sed prima figura decet primum | corpus. Ergo celum est spericum. In sperico autem non contingit invenire finem, quia locus incepcionis motus eius est locus finis eius, ut dicitur in primo (libro) (De) celo et mundo. Sic in facto sancti viri non debet inveniri finis, id est definicio resilicionis a bono. Iob XXVII.: Iustificacionem meam, quam cepi etc. Septima ab efficiencia, quia fecundat terram. Osee II.: Exaudiam celos, et illi exau(dient) terram. Ambrosius in Exameron: De celo causa fertilitatis est, eo quot moderacione celesti terrarum fecunditas nutritur. Sic sancti apostoli fecundaverunt semen verbi Dei, terram cordis humani. Ps.: Operuit celum, id est apostolos, nubibus, id est virtutibus, et parat terre pluviam, doctrine. Materia confessionis horum celorum fuit duplex, scilicet facta miraculorum Christi et dicta documentorum Christi. Christus enim fecit mira et dixit vera, que isti confessi sunt corde credendo, ore predicando, opere implendo. Locus predicacionis eorum fuit ecclesia. Nam ecclesia est locus debitus. Primo quidem, predicacioni, ut dicitur de sancto predicatore Eccli. XV.: In medio ecclesie. Secundo, oracioni. Lu. XVII.: Domus mea. Tercio, laudis divine decantacioni. Ps.: Laus eius in ecclesia sanctorum.

153. DE EWANGELISTIS SERMO

A quatuor ventis venit spiritus et insufflat super interfectos istos et reviviscant, Ezech. XXXVII. Isidorus in libro Ethimologiarum: Orator debet esse vir bonus, dicendi peritus. Bonus quidem vita et moribus, peritus autem sciencia et eloquencia. Sed cum ista non habeamus, ab eo petamus, qui dat omnibus affluenter, dicentes ei: Bonitatem et scienciam doce me. A quatuor ventis. In verbis istis designatur || numerus sanctorum ewangelistarum in eo, quot dicuntur esse quatuor. Cur autem dicantur IIII^{or} et sint non plures aut pauciores, dicta est ratio in illo sermone Sancti Marci 'Leo rugiet'. Secundo, commendatur profectus vite eorum in eo, quod dicuntur esse venti. 3^o, declaratur effectus doctrine eorum in eo, quod dicitur ab eis spiritus venire et interfectos vivificare. Sciendum

1-2 Quid prohibetis aquis?: M Quod prohibetis aquas 14 definicio: M in marg. corr. ex desin-
 nicio 19 celum: M *suprascr.* celos

1 Ov. met. 6,349-351 7 Eccli. 24,8 13 Aristot. - ubi? 14 Iob 27,6 16 Os. 2,21
 16 Ambr. hex. 2,4,16; PL 14,165B 24 Eccli. 15,5 25 recte Lc. 19,9 26 Ps. 149,1
 29 Ez. 37,9 29 Isid. orig. 2,3,1; PL 82,125A 32 Bonitatem et: Ps. 118,66 35 Leo rugiet:
 vide serm. 58.

est autem, quod sancti ewangeliste laudibus efferuntur in scripturis sub figura et nomine ventorum quantum ad III^{or}, Primo, quantum ad cognicionem, quia doctores oportet esse studiosos et sapientes in intellectu divine legis, ut sit in eis verum dictum Psalmi: Producit ventos, id est doctores flatu Spiritus Sancti
5 ambulant, de thesauris suis, id est de occultis et incertis sapiencie sue. Nam thesauri desiderabiles sapiencie et sciencie sunt absconditi in agro Sacre Scripture, quos thesauri sacri doctores multiplici et diligenti studio inde effodiunt. Et hiis thesauris refertos producit eos Dominus in publicum per manifestacionem, ut producant ipsi per predicacionem suam de thesauro suo, id est sapiencia sua,
10 nova et vetera, id est sentencias veteris et nove legis. Secundo, quantum ad affectionem, quia oportet eos esse ferventes in ardore caritatis, ut verificetur in eis dictum Sancti Iob XXXVIII.: Facit ventis pondus. Pondus ventorum est amor sanctorum, quoniam sicut res naturales pondere suo feruntur ad terminum loci proprii, sic sancti viri amoris sui feruntur ad suum ubi, id est ad Deum. Iudic.
15 [XIII.: Cum ascenderet flamma in celum, angelus Domini pariter ascendit. Augustinus in libro Confessionum: Pondus non ad ima tantum est, sed ad locum suum. Ignis sursum tendit, lapis deorsum. Et minus ordinata sunt inquieta: ordinantur et quiescunt. Pondus meum amor meus, eo feror quocumque feror. Dono tuo accendimur et sursum ferimur. Ardor iste sanctorum describitur Ezech. I.,
20 ubi dicitur: Ventus veniebat ab aquilone, id est ordo doctorum procedens ab eo, qui ligat aquas in nubibus suis, Iob XXXIII., nam aquilo dicitur quasi ligans aquas, et nubes magna, id est excellens doctrina, que erat in verbis eorum, sicut nubes est alta, et ignis involvens, id est fervor caritatis, scilicet zelus animarum, qui dicitur involvens, quia intendit omnibus, et de medio eius, scilicet venti,
25 quasi species electri, id est apparicio Filii Dei, quia verba eorum sonabant Verbum incarnatum, quod per electrum intelligitur, quia constat ex Deo et homine, sicut electrum ex auro et argento. Tercio, quantum ad intencionem, quia oportet eos esse simplices in factis suis. Unde dicitur Zach. VI., quod III^{or} venti egrediuntur, ut stent coram dominatore omnis terre. Coram Domino stare est in
30 factis bonis sancta intencione Deo velle placere et nullatenus ad gloriam mundi intendere. Quoniam, ut dicit Chrisostomus super Iohannem: Gloriam curare ingloriatio est, gloria autem vera est vanam gloriam despicere et nullam eius curam facere, sed ad id, quot Deo placet omnia et dicere et facere. Sed stulti sunt filii Adam, dicit Ber(nardus) in ep(istol)a, qui contempnentes pacem et appetentes gloriam, et pacem perdunt et || gloriam. Ideo exclamat Tragicus: Gloria, gloria! milibus mortalium nichil aliud facta, quam aurium inflacio magna.
35 Quarto, quantum ad operacionem et fructum predicacionis, quia oportet eos esse diligentes in cursu predicacionis, ut in populo fructum faciant. Quem facere intendunt, secundum quod dicitur Eccles. I. secundum aliam litteram: Perambulans, scilicet ewangelizando, vadit, scilicet in orbem universum, ventus, id est ordo doctorum. Vadit, inquit, iussu illius, qui dicit Io. XIII.: Eatis et fructum
40 afferatis. Ab his ventis venit spiritus, id est spiritualis intelligencia, vivificans in-

110d

111a

14 Iudic.: M Iude 25 sonabant: M sanabant

4 Ps. 134,7 12 recte Iob 28,25 14 Iud. 13,20 16 Aug. conf. 13,9,10; PL 32,848-849
19 Ez. 1,4 21 recte Iob 26,8 28 Zach. 6,5 31 Ioh. Chrys. hom. in Ioh. 3,6; cf. PG 59,46
34 Bern. epist. 126,7; PL 182,276B 36 Gloria, gloria – quis et ubi? 39 Eccle. 1,6
41 recte Io. 15,16

terfectos, id est in peccatis mortuos, de quibus dicitur Is. XXVI.: Vivent mortui tui interfectique mei resurgent. Verba siquidem ipsorum spiritus et vita fuerunt, Io. VI. Quamobrem dicendum est ipsis ad laudem ipsorum: Eloquentium tuum vivificavit me, scilicet vitam gratie et glorie. Ad quam nos perducatur via vite, Iesus Christus.

154. SERMO DE LAUDE SACRE SCRIPTURE

Hic liber mandatorum Dei et lex, que est in eternum; omnes, qui tenent eam, perveniunt ad vitam. Baruc III^o. In predicacione scrutamur, quid est virtus, non ut sciamus, sed ut boni efficiamur. Dicit autem Seneca, quod vir bonus sine Deo nullus esse potest, quia ille dat consilia magnifica et erecta. Ideo ipse rogandus est. Hic est liber etc. Sciencia sancti ewangelii secundum Matheum, Marcum, Lucam et Iohannem laudatur in verbis istis ab eminencia dignitatis in eo, quod dicitur esse liber mandatorum Dei, id est | continens mandata Dei. Ab excellencia finis sive utilitatis in eo, quod dicitur, quod omnes tenentes eam perveniunt ad vitam. Dignitas ergo eius in comparacione ad alias sciencias notificatur, cum dicitur: Hic est liber. Et est liber iste primo quidem, excellenter sublimis. Unde Apok. V. dicitur esse in dextera sedentis in trono, per quem intelligitur Deus eternus, apud quem est liber doctrine ewangelii originaliter, quia fluxit ab ipso et est sublimis, sicut veritas procedens a Deo. Et ideo, ut dicit Philosophus in Methaphysica, hec sola scienciarum, scilicet divina, liberalis est. Et hoc probat dicens: Hoc liber dicitur, qui sui ipsius causa sit et non alterius, ad differentiam servi, qui est causa alterius, scilicet propter bonum domini. Et quia hec sola sciencia est sui ipsius gracia, cum omnes alie sciencie sibi servant et ipsa nulli. Ideo sola ipsa est libera et liberalis. Et quoniam natura humana multipliciter ancillatur, ideo iuste non humana existimatur, ne ancilla putetur, sed divinissima et honorissima pronunciat a philosopho, ut divina esse credatur. Et quod sit divina, probat duplici ratione. Prima ratio sua est, quia hec sciencia maxime est maximi, id est Dei, scilicet proprie ipsius Christi. Unde dicitur I Reg. II.: Deus scienciarum, id est traditor ewangeliorum, Dominus est, scilicet Christus. Alia ratio sua est, quia est de maximo, id est de Deo. Unde theologia dicitur, id est sermo de Deo, secundum Isidorum. Et sicut Deus super omnia est, ita hec sciencia, que de Deo est et quam maxime habet Deus, non tam sciencia, quam supersciencia dicenda est. Unde dicit et Philosophus: Quod maxime || habet Deus, est dea scienciarum. Est ergo excellenter sublimis. Secundo, est singulariter utilis. Est enim hic liber editus ob monimentum recordacionis divine gratie, ob testimonium possessionis eterne glorie, ob documentum instructionis sancte sciencie. De primo habetur Exo. VII.: Scribe hoc, scilicet verbum incarnatum, in libro, scilicet ewangelii, ob monimentum, id est ut moneatur mentem nostram ad memorandam divinam gratiam. Deuter. XXXI.: Ponite librum

13 esse: M *suprascr.*

1 Is. 26,19 3 Io. 6,64 3 Eloquentium tuum: Ps. 118,50 8 Bar. 4,1 9 Sen. epist. 41,2
17 Apoc. 5,1 19 Aristot. metaph. 1,2 28 1 Reg. 2,3 31 Isid. – ubi? 33 Aristot. ? –
ubi? 37 recte Ex. 17,14 39 Deut. 31,26

in latere arce, id est in memoria anime. De secundo Ier. XXX2: Accepi, scilicet a Christo, librum, id est ewangelium, possessionis, id est quod promittit, possessionem eterne hereditatis. Mt. V^o: Beati mites, quoniam ipsi, signatum, scilicet malis, quorum mentes excecauit deus huius seculi, ut non fulgeat eis lumen ewangelii. De tercio Is. XXXIII.: Requirit diligenter in libro Domini et legite. 3^o, est incomprehensibiliter grandis, quoniam in eo de rebus magnis locuta est sapiencia, Prover. VIII. Is. VIII.: Sume tibi librum grandem. Est autem grandis auctore, valore et sensu profundiore. Actore quidem grandis est, quia scriptus (est) ab ipso Christo. Iob XXXII.: Librum scribat ipse, qui iudicat. Et ab aliis auctoritate Christi. Valore grandis, quia sapiencia ewangelica preciosior est cunctis opibus et omnia, que desiderantur, huic non valent comparari, Prover. III. Ps: Bonum michi lex oris tui super milia auri etc. Sensu subtiliori grandis est, quia sapienciam scribit Iesus in codice, ewangelico, Eccli. L. Sapienciam autem soli perfecti perficiunt, I Cor. II. Io. ultimo: Si scribantur per singula, | que fecit Iesus, mundus non capit libros scribendos, Glosa: non spacio, sed capacitate legencium. Et super illo verbo 'In principio erat Verbum' dicit Augustinus: Si alcius intonasset, mundus capere non potuisset. Sequitur commendacio a continencia veritatis, cum dicitur: Hic est liber mandatorum Dei, id est continens mandata. Eccli. XXIII.: Hec omnia liber vite et testamentum Altissimi et agnicio veritatis. Continet autem sanctum ewangelium tria mandata Dei, scilicet caritatis. Io. XV.: Hec mando vobis, ut diligatis. Castitatis. Lu. 12.: Sint lumbi vestri precincti. Humilitatis. Cassiodorus super Psalmum: Christus coram patribus novi testamenti humile mandatum docuit, id est mandatum de humilitate, scilicet quando dixit: Discite a me, Mt. XI. Additur autem ad maiorem commendacionem sancti ewangelii, quando dicitur: et lex, que est in eternum, scilicet durans, sive perseverans, ad differenciam legis Moysi, que transivit in cerimonialibus et in quibusdam iudicialibus. Lu. XV.: Lex et prophete usque ad Iohannem. Ex eo regnum Dei ewangelizatur. Hebre. VII.: Translato sacerdocio necesse est, ut legis translacio fiat. Ewangelium vero est eternum stabilitate. Ier. XXI.: Si defecerint leges iste coram me, id est ewangelice sancciones. Quasi diceret: non deficient. Lu. XXI.: Verba mea non transibunt. Est fervidum caritate. Deuter. 33.: In dextera eius, id est in Filio, ignea lex, id est fervida precacio, ut testantur illi, quibus loquebatur in via. Lu. XXIII.: Cor nostrum ardens erat in nobis. Ps.: Ignitum eloquium tuum. Est lucidum veritate. Ps.: Iusticia tua iusticia in eternum, et lex tua veritas. Io. VII.: Veritatem locutus sum vobis. Lex ista inscripta est mentibus per || pietatem. Dei, Hebre. VIII.: Dabo leges meas in mentibus eorum et in cordibus eorum superscribam eas. Est inscripta codicibus per diligenciam ewangelistarum, quibus dicitur Is. XXX.: In libro diligenter exara illud, scilicet dictum Domini. Apo. I.: Quod vides, scribe in libro. Est

111d

112a

7 Sume: M Summe 13 Iesus in: M in huius 19 testamentum: M in marg.

1 Ier. 32,11 3 Mt. 5,4 5 Is. 34,16 7 Prov. 8,6 7 Is. 8,1 9 recte Iob 31,35
11 Prov. 3,15 12 Ps. 118,72 13 Eccli. 50,29 14 1 Cor. 2,6 14 Io. 21,25 17 Aug. –
ubi? 19 Eccli. 24,32 21 Io. 15,17 21 Lc. 12,35 22 Cassiod. – ubi? 24 Mt. 11,29
27 recte Lc. 16,16 28 Hebr. 7,12 29 recte Ier. 31,36 31 Lc. 21,33 32 Deut. 33,2
33 Lc. 24,32 34 Ps. 118,40 34 Ps. 118,42 35 recte Io. 8,40 36 Hebr. 8,10 et 10,16
38 Is. 30,8 39 Apoc. 1,11

dotata remuneracionibus in suis observatoribus, quia servantes eam vitam hereditabunt. Prover. III.: Custodi legem, et erit vita anime tue. Et hoc est, quod dicitur in presenti verbo: omnes, qui tenent eam, perveniunt ad vitam. Et ibi commendatur laude sumpta ab excellencia finis et fructu utilitatis. Est autem
 5 vita cognicio divina. Io. XVIII.: Hec est vita ete(rna), ut cog(noscant) te. Ad quam nos perducatur via, veritas et vita, Iesus Christus, Dominus noster. Amen.

155. DE UNO MARTIRE

Sermo primus

Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam eternam, I Tim. VI. Huius amonicionis fuit executor diligentissimus martir iste sanctissimus, qui certamen habuit cum suo martirizazione et ideo vitam apprehendit a Christo salvatore. Dicendo autem bonum certamen fidei innuit esse et aliud certamen, quod non est bonum, nec pro fide, sed pro stulticia et verbositate. Sicut est certamen contenciosorum, qui quod irrationabiliter concipiunt pertinaciter deffendunt, quibus,
 15 secundum Persium, sartago loquendi venit in linguas. In quorum persona dicit presentis: Non paciar super(ar)i, millesies repetam, nisi subtrahat esperus horam. De tali certamine stulto dicit Oracius in epistola: Alter rixatur pro | lana 112b sepe caprina, propugnat nugis armatus; scilicet anne Brundisium melius Minuci via ducat, an Apii. De nocumento talis concertacionis dicitur Eccli. XXVIII.: Certamen festinatum incendit ignem, scilicet iracundie et belli. Sed nobis dicitur Eccli. XI.: De ea re, que te non molestat, noli certari. Seneca: Contendenti facile cede. Sed certamen sanctorum martirum fuit bonum, quoniam fuit pro fide. Pro fide, inquam, defendenda a malis, confirmanda in bonis, multiplicanda in credituris, consequenda in celestibus regnis. De prima causa certandi, scilicet
 20 pro fide deffendenda a malis, dicitur II Mach. XV.: Statuerunt dimicare fortiter, eo quot sancta civitas, id est ecclesia, periclitaretur. De secunda, scilicet pro fide confirmanda in bonis, dicitur II Mach. VII.: Adolescentibus exemplum forte relinquam, si pro sanctissimis legibus honesta morte profungar. Lu. XXII.: Ego pro te rogavi etc., et tu aliquando etc. De tertia, scilicet pro fide multiplicanda in credituris, dicitur Exo. I.: Quanto opprimebantur, tanto magis multiplicabantur et crescebant. Aug(ustin)us ultimo De ci(vitate) Dei: Ligabantur, illudebantur, torquebantur et multiplicabantur. Uno enim martire moriente aliquando multa milia convertebantur. Exemplum de arbore succisa, in cuius radice plures rami pullulabant. De quarta, scilicet pro fidei remuneracione consequenda in celis,
 30 dicitur in presenti verbo: Certa bonum etc. Nam fidei certamen dicitur bonum a fine, quia certantem coronat. II Tim. III.: Bonum certamen certavi, in reliquo etc. Ad exemplum autem sancti martiris debemus || et nos certare bonum certamen. Quatuor autem sunt, que debent nos movere ad certandum, scilicet 112c

19 Minuci: M in imici 36-37 in reliquo: M dereliquo

2 Prov. 3,21-22 5 recte Io. 17,3 9 1 Tim. 6,12 15 Pers. 1,80-81 16 Non paciar - quis et ubi? 17 Hor. epist. 1,18,15-16 et 19 19 Eccli. 28,13 21 Eccli. 11,9 21 Sen. - ubi? 25 2 Mach. 15,17 27 recte 2Mach. 6,28 28 Lc. 22,32 30 Ex. 1,12 31 Aug. civ. 22,6,1; PL 41,758 36 2 Tim. 4,7-8

instans periculum, bonum consorcium, grande negocium, altum stipendium. De primo motivo ad certandum, quod est instans periculum, dicitur in laude dici: Caro, mundus, demonia diversa movent prelia. In quorum preliis si succubuerimus, perimus. Exemplum de Hebreis, qui inito certamine terga verterunt et ideo
5 cesi sunt ab adversariis, I Reg. IIII. De secundo, quod est bonum consorcium, dicitur I Paral. XIII. In exercitu nostro dux Deus est et sacerdotes eius, id est boni prelati, qui clangunt tubis, scilicet exhortacionis ad bellum vicii et martirii. Augustinus in I^a Iohannis: Si cum Deo sumus, diabolum vincimus, si autem solus cum diabolo pugnaveris, vinceris. Exemplum de cane, qui presente domino suo audacter invadit lupum. De tercio, quot est grande negocium, dicitur
10 Ier. IIII.: Animam tuam querent. Aliis enim rebus non sunt contenti, sed animas nostras volunt perdere. Unde vox diaboli dicit Gen. XIII.: Da michi animas, cetera tolle tibi. Et quoniam magnum est, quod auferre conantur, ideo pugnandum est cum eis. Eccli. IIII.: Agonizare pro anima tua, et Deus expugnabit pro te hostes tuos. I Mach. XII.: Videntes hii, qui insecuti fuerant, quia prompto animo resisterent illis, reversi sunt. De IIII., quod est bonum stipendium, dicitur in presenti | verbo: Certa bonum certamen, apprehende vitam eternam. Consi-
15 stitit autem vita eterna in lumine cognicionis. Io. XVII.: Hec est vita eterna. In dulcedine dileccionis. I Io. III.: Translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. In plenitudine fruicionis. Osee XIII.: Convertentur sedentes in umbra, et vivent tritico. Tunc enim erit plena ad Deum adhesio. Ideo dicit: Convertentur. Plena laborum cessacio. Ideo dicitur: sedentes in umbra. Plena in Deo delectacio. Ideo dicit: vivent tritico, id est fruicione Christi, qui in se habet candorem divinitatis et ruborem passe humanitatis, quo vivunt electi. Unde
20 Zach. IX.: Quid bonum eius et quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, id est Christus nutriens electos, et vinum germinans virgines, id est Spiritus Sanctus dans virginales affecciones, id est mundas. In duracione eternitatis. Sap. V.: Iusti in perpetuum vivunt. Causabitur autem perpetuitas vite in corpore ex dominio anime super corpus, quoniam sicut anima tunc perfecte subicietur Deo, ita ipsum corpus erit perfecte subiectum anime. Ideo non poterit esse aliqua in-
30 mutacio in corpore agens ad mortem contra disposicionem illam, qua perficietur ab anima. Unde Augustinus XV. De Tri(nitate Dei): Recipient corpora sua, sed iam incorruptibilia, que ornent, non onerent. Hoc enim placuit opimo creatori, ut spiritus hominis Deo pie subditus habeat feliciter subditum corpus et sine fine permaneat ista felicitas. Ad quam nos perducatur Deus, vite dator et humanorum corporum reparator, Iesus Christus, etc.

112d

18 autem: M *add. et del.* lumen eternum

3 Caro, mundus – ubi? 5 1 Reg. 4,2 6 recte 2 Par. 13,12 8 Aug. in epist. 1 Ioh. 4,3; PL 35,2007 11 Ier. 4,30 12 Gen. 14,21 14 Eccli. 4,33 15 1 Mach. 12,51 18 Io. 17,3 19 1 Io. 3,14 20 Os. 14,8 25 Zach. 9,17 27 Sap. 5,16 32 Aug. trin. 15,25,44; PL 42,1092

156. DE UNO MARTIRE
Sermo secundus

Esto fidelis usque ad mortem, et dabo tibi coronam vite, Apok. II. Verba sunt Christi || exhortantis suum militem et confortantis. Exhortantis, inquam, ad ag- 113a
nem certaminis, quando dicit: Esto fidelis usque ad mortem. Confortantis ex
5 promissione beatitudinis, quando dicit: et dabo tibi. Et sic ad martiris meritum
pertinet fidelitas et mors, ad eius vero premium corona et vita. Tunc autem est
meritum perfectum, quando ipsum meritum informatur ex habitu mentis et pena
corporis. Tunc vero est perfectum premium, cum in ipso premio habetur pos-
10 sessio vite eterne, quantum ad auream, et additamentum corone, quantum ad
aureolam. Quatuor ergo notantur in verbo proposito, que pertinent ad meritum
sancti martiris, scilicet fidelitas in mente, mors in corpore. Ad perfectum pre-
mium eiusdem, scilicet vita, quantum ad auream, corona, quantum ad aureolam.
Fidelitate nichil est purius, quantum ad mentem, morte nichil est durius, quan-
15 tum ad carnem. Ideo constituunt perfectum meritum. Vita nichil est dulcius,
corona nichil est dignius. Ideo integrant perfectum premium. Debemus itaque
esse Domino nostro fideles, quoniam oculi eius respiciunt fidem, Ier. V. Ps.:
Oculi mei ad fideles. Et hoc quadrupliciter. Primo, ut servi sui humiliter ei mi-
nistrando, sicut fecit Paulus, qui dicit de se I Tim. I^o: Gracias ago Deo meo,
20 qui me fidelem existimavit ponens in ministerio. I Reg. XXII.: Quis in omni-
bus servis tuis sicut David fidelis pergens ad imperium tuum? Secundo, ut amici
sui dulciter eum diligendo, | quoniam, ut dicitur Eccli. III.: Ffideles in dilec-
tione acquiescent illi. Et talis fidelis fuit Abraham, de quo habetur Nee. IX.:
Invenisti cor eius fidele coram te. Christus enim est avis predalis, cui sufficit
25 cor de tota preda. Ideo dicit Prover. XXIII.: Fili, prebe michi cor tuum. Tercio,
sicut vicarii sui veraciter suos iudicando. Sic fecit ipse Christus, de quo dici-
tur Apok. XIX.: Qui sedebat super equum, vocabatur fidelis et verax, et cum
iusticia iudicat. II Paral. XIX.: Sic agetis in timore Domini fideliter, omnem
causam fratrum vestrorum, que venerit ad vos, ostendite eis. Quarto, ut milites
30 sui finaliter pro eo sustinendo, quoniam ut dicitur Iudith VIII.: Quotque pla-
cuerunt Deo a principio, per multas tribulaciones transierunt fideles. Et de isto
modo servandi fidelitatem dicitur nunc: esto fidelis usque ad mortem. Nobis
indicitur necessitas fidelitatis. Eccli. XXII.: In tempore tribulacionis permane
illi fidelis. Quod si fecerimus propter fidelitatem, habebimus regiam dignitatem.
35 Unde sequitur: et dabo tibi coronam vite. De qua quatuor sunt dicenda, scili-
cet differencia coronarum et significancia earum, quibus debeatur corona et a
quibus auferatur ipsa. Est autem duplex differencia corone. Est autem corona
gracie, de qua Prover. III.: Dabit capiti tuo augmenta graciaram et corona in-
clita proteget te. Et est corona glorie, de qua Eccli. XLV.: Dedit illi || coronam
40 glorie. Corona gracie integratur ex III^{or} lapidibus preciosis, id est III^{or} virtu-
tibus cardinalibus. Prudencia ponitur in parte anteriori ad providendum futura,

18 ad: M *suprascr.* 28 XIX.: M *add. et del.* Qui sedebat super equum

3 Apoc. 2,10 17 Ier. 5,3 19 1 Tim. 1,12 20 1 Reg. 22,14 25 Prov. 23,26 27 Apoc.
19,11 28 2 Par. 19,9 30 Iudith 8,23 33 Eccli. 22,29 38 Prov. 4,9 39 Eccli. 45,6 et
47,7

iusticia a parte posteriori ad corrigendum errata, ffortitudo in sinistra contra adversa, temperancia in dextra contra prospera. Corona glorie integratur similiter ex III^{or} bonis magnis, quasi ex III^{or} lapidibus preciosis. Ante est eternitas visionis divine, retro evasio periculi habitacionis mundane, a sinistris contubernium sanctorum, a dextris consorcium angelorum. Ceterum significancia corone est expressio vite eterne. Ideo et significanter dicitur: Dabo tibi coronam vite, id est vitam que significatur per coronam. Et hoc quadruplici ratione. Primo, ratione modi consequendi, quoniam vitam illam obtinemus per quandam pugnam. Si-
 5 quidem milicia est vita hominis super terram, Iob VII. Pugnam autem in sanctis victoria sequitur. Bonum namque in arte bellandi est superacio, ut dicit Philoso-
 10 phus I. Ethicorum. Victoriā autem ulterius corona sequitur, secundum dictum Theodoli: Ardua victrices obnubit laurea crines. Exemplum de Allexandro, qui taurum suum victorem coronavit, ut refert Darius Friges. Hinc est, quod penat-
 15 lites post baptismum remanent, ut essent fidei certandi materia et vincendi occasio, qui non vinceret, si non pugnaret, nec pugnaret, si in baptismo immor-
 talis fieret, ut dicit actor III^o Sentenciarum distinccio III^a. Quia ergo vita eterna optinetur per pugnam et vic-
 20 toriam, ideo iure vocatur corona, que consequitur pugnam et victoriam. II Tim. II.: Qui legitime certaverit coronabitur. Secundo, ratione materie, quia sicut corona materialiter consistit de auro, ut dicitur Zach.
 25 VI.: Sumes aurum et facies coronas, sic vita eterna consistit in premio auree et aureole, quasi ex premio substanciali et accidentali. Aurea namque appella-
 tur commune premium omnium salvatorum, scilicet visio Dei per essenciam. Aureola speciale premium alicuius sancti obtentum ratione alicuius operis ex-
 30 cellentis et est additum auree, quasi minus maiori. Nichil enim est, quod non sit minus Deo, et ideo diminutive dicitur aureola respectu auree. Causatur autem talis diversitas in premio ex diversitate illa, que est in merito. Nam meremur caritate et operis genere. Et sicut in merito duo sunt, scilicet caritas radix operis et actus noster procedens ex illa radice, ita in premio est aliquod ex parte caritatis, scilicet aurea, aliquod ex genere operis, scilicet aureola. Tercio, ratione
 35 figure, quia est circularis. In circulo vero non est invenire finem, quia ambitus circuli a suo principio nusquam terminatur, sed rursus in semetipsum revertitur, sicut scriptum in VI. libro Istorie tripartite. Aristoteles III. Physicorum dicit de anulo, quod est infinitus propter circulacionem, quia semper est aliquod extra accipere. Sicut ergo in figura corone non est finis, sic nec in vita celesti. Qua-
 40 propter non dicitur simpliciter, sed cum hac additione: eterna, ut Mt. XXV^o: Ibunt iusti in vitam eternam. Aristoteles I. (De) celo et mundo: Superius celum dicimus, quod illic sunt omnia spiritualia, fixa, quietia. Vita ergo illic fixa est, sempiterna in secula seculorum, que non finitur neque deficit et est melior vita. ¶ Quarto, ratione modi efficiendi, id est ratione illius boni, quod facit
 114a in nobis. Efficit enim nos illa vita regie potestatis consortes. Sic corona est insigne regie dignitatis. Unde dicitur Apok. V.: Ffecisti nos Deo nostro regnum, et regnabimus super terram. Debetur autem III^{or} generibus hominum. Primo,

113d

114a

14 certandi: M iter. et corr. 15 non: M suprascr. 24 enim: M add. et del. sit

9 Iob 7,1 11 Aristot. eth. Nic. 1,1 12 Ardua victrices – quis et ubi? 13 Dares – ubi?
 16 Petr. Lomb. sent. 4,4 18 2 Tim. 2,5 19 Zach. 6,11 32 Cassiod. – ubi? 32 Aristot.
 – ubi? 35 Mt. 25,46 36 Aristot. – ubi? 41 Apoc. 5,10

- innocentibus. Et in huius signum coronantur virgines in sui consecratione, quibus videtur dicere Deus Ezech. XXIII.: Corona tua circumligata sit capiti tuo. Ideo autem circumligata, ne excidat custodia a mente, quia maior thesaurus cum maiori diligencia est custodiendus. Cicius enim sunt prospera prompta ruine, ut
 5 flores cicius decidunt, quam folia. Ideoque iubetur Apok. III.: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam. Secundo, pugnantibus. Et ad hoc designandum coronantur milites et pugiles, per quos signantur sancti martires, quibus debetur corona. Ia. II.: Beatus vir, qui suffert temptationem, quoniam cum probatus. Beda in omelia de innocentibus: Hii sunt, quos cum patenter lacrimis prosecuta
 10 est ecclesia, sed obviis leticie manibus excepit Ierusalem superna, et in gaudium Domini sui perpetuo coronandos introduxit. Tercio, studentibus. Et ad hoc designandum coronantur clerici ordinandi, et nudatur in eis superior pars capitis, ut sint aperti ad divina intelligenda. Eccli. VI.: Investiga sapienciam, et manifestabitur tibi, et corona inclita proteget te, Prover. III.: Accipe sapienciam, et exaltabit te, et corona etc. Quarto presidentibus. Et ad hoc | designandum coronantur reges et pontifices, per quos intelliguntur boni prelati, quibus eciam
 15 debetur corona. Eccli. XXXII.: Rectorem, te pono, noli extolli. Esto in illis quasi unus ex illis, ut leteris propter illos et ornamentum gracie accipias coronam. I Pe. Vº: Seniores, pascite gregem Dei, ut cum apparuerit princeps pastorum, percipiat immarcessibilem glorie coronam. Amitencium coronam quidam amittunt per stulticiam, quando insipienter portant, quoniam homo mobilis capitis non bene portat coronam. Exemplum de sinagoga, que inclinato capite quasi moriens amittit coronam. Exemplum de illo, qui precipitatur in rota fortune, qui modo regnat in summo, modo iacet in imo. Per quos signantur homines inconstantes, qui ad tempus credunt et in tempore temptationis recedunt, Mt. XIII. Quorum vox est Tre. IIII.: Cecidit corona capitis nostri, ve nobis, quia peccavimus. Quidam propter gulam. Is. XXVIII.: Pedibus conculcabitur corona superbie ebriorum Effraim. Et erit quasi flos decidens gloria exultacionis eius. Quidam propter inobedienciam, quando non obtemperant illi, a quo coronantur, ut populo aut imperatori. Exemplum de Vasti, Hester I., que, quia contempsit venire ad regis imperium, eiecta de regno amisit coronam. Talium vox est Iob XIX.: Spoliavit me gloria mea et abstulit coronam de capite meo. Quidam propter luxuriam. II Esdr. IIII.: Concubina regis auferebat coronam de capite suo. Illa concubina est concupiscencia, que || nobiscum connutritur a puericia nostra, ut
 30 dicit Aristoteles in Ethicis, que multos deiecit a regia dignitate, quia dictum est: Non bene concordant, nec in una sede morantur maiestas et amor.

10 obviis: M *add. et del. ecclesie* 22 coronam: M *add. nam* 31 regis: M *regum*

2 *recte* Ez. 24,17 5 Apoc. 3,11 8 *recte* Iac. 1,12 9 Beda Ven. – *ubi?* 13 Eccli. 6,28 14 *recte* Prov. 4,8–9 17 Eccli. 32,1 *et* 3 19 1 Pt. 5,1–4 25 Mt. 13 *cf.* Lc. 8,13
 26 *recte* Lam. 5,16 27 Is. 28,3–4 30 Esther 1,12 31 Iob 19,9 33 *recte* 3 Esdr. 4,30
 35 Aristot. – *ubi?* 36 Non bene: Ov. met. 2,846–847

157. (DE UNO MARTIRE)
(Sermo tercius)

Bellabunt adversum te sed non prevalebunt, quia tecum sum, ut liberem te,
Ier. 1^o. Predicatur sancto martiri imminens discrimen, quando dicitur: Bellabunt
5 adversum te. Et promittitur inde proveniens solamen, quando dicitur: sed non
prevalebunt etc. Discrimen sanctorum martirum fuit in agonia concertacionis,
quia bellaverunt adversus eos inimici. Sed solamen fuit in victoria superaci-
onis, quia non prevaluerunt, sed potius superati sunt. Sunt autem III genera
10 bellorum, scilicet civile, hostile, servile, sociale. Civile bellum est inter cives
orta sedicio et concitati tumultus, quale gestum est in gente Romana inter Sul-
lam et Marium, qui bellum civile invicem gesserunt in una gente, quando frater
cum fratre dimicavit et pater adversus filium arma portavit. Unde Lucanus: In
fratrem ceciderunt premia fratres. Quod autem tale bellum fieri non debeat, di-
15 cit Moyses Act. VII.: Viri, fratres estis, ut quid nocetis alterutrum? Aristoteles
VIII. Ethicorum: Malicia adversatur iusticie, magis circa dileccionem maiorem.
Et propter hoc rapina pecunie a socio peior est dileccione extranei. Et frange-
re caput patris peius est, quam eius, qui non est pater. Hostile bellum est, quod
geritur inter gentes diversas, sicut inter Syros et Hebreos, et inter Ungaros et
20 Boemos. | De quali bello loquitur Dominus Lu. XXI.: Exurget gens contra gen-
tem et regnum adversus regnum. Seneca in libro Naturalium questionum: Quid
aliud esse dixerim, quam insaniam, circumferre pericula, irruere in ignotos ira-
tum, esse sine iniuria occurencia devastantem, ac ferarum more occidere quem
non oderis? Servile bellum est, quod geritur inter dominos et eorum originarios,
25 quale gestum est inter Scitas et eorum servos. Nam Scitis in expedicione octo
annis manentibus coniuges eorum longa expectatione fesse servis domi relictis
nupserunt, qui dominos suos revertentes de finibus patrie prohibuerunt. De qui-
bus poterat dicere: Hodie increverunt servi, qui fugerunt dominos suos, I Reg.
XXV. Contra quod I Pe. II.: Servi, subditi estote in omni timore dominis. So-
30 ciale bellum dicitur discordia, que geritur in familia unius domus, quale gestum
est in Lemno insula, ubi femine occiderunt maritos et puelle patres ac fratres,
sicut legitur in Istoria Tebana. De hoc bello dicitur Michce VI.: Ab ea, que dor-
mit in sinu tuo, custodi claustra oris tui, quia filius contumeliam facit patri, filia
consurgit adversus matrem suam, et inimici hominis domestici eius. Augustinus
35 XIX. De civitate Dei: Qui inter se amiciciores solent esse, quam qui in una do-
mo continentur? Et tamen quis inde securus est, cum tanta sepe mala ex eorum
occultis insidiis exstiterunt? Moraliter vero bellum civile est fomitis, hostile de-
monis, servile tyranni persequentis, sociale falsi fratris. Habemus itaque et nos
III genera bellorum. Unum cum desideriiis. || Gal. V.: Qui Christi sunt, carnem
40 suam crucifixerunt, suple: bellando, cum viciis, operum, et concupiscenciis, de-
sideriorum. Et hoc dicitur bellum, quia caro nobiscum nascitur et vivit ut civis,

114d

115a

9 bellum: M iter. 11 Sullam: M Sibillam 17 caput: M add. et del. fratris 22 quem: M
quam 31 ea: M eo

4 Ier. 1,19 12 Lucan. 2,151 14 Act. 7,26 14 Aristot. eth. Nic. 8,11 19 Lc. 21,10
20 Sen. nat. 5,18,8 27 I Reg. 25,10 28 I Pt. 2,18 31 Istoria Tebana ? - ubi? 31 recte
Mich. 7,5-6 33 Aug. civ. 19,5; PL 41,632 38 Gal. 5,24

- et concupiscencia eius nobis connutritur. De hoc bello Iac. III.: Unde bella in vobis? Nonne ex concupiscenciis, que militant in membris vestris? Alterum cum diabolis. Effe. VI.: Colluctacio est nobis adversus principes et potestates. Et isti specialiter dicuntur hostes nostri, quia adversantur nobis. I Pe. V.: Adversarius noster diabolus tamquam leo etc. De hoc bello II Reg. X.: Preparatum est bellum ex adverso et post tergum, quia nos undique mala ipsorum perturbant. Bernardus in sermone: Heu me, Domine Deus, quia undique michi bella, undique tela volant, undique pericula, undique impedimenta. Quocumque vertam me, nulla usquam securitas est. Et que mulcent et que molestant, timeo: et esuries et refeccio, et sompnus et vigilie, et labor et requies militant contra me. Tercium cum tyrannis, qui sunt servi diaboli. De quorum bello Ier. XXXIII.: Rex Babilonis, hoc est aliquis tyrannus carnalis, et omnis exercitus eius, id est ministri eius mali, bellabant contra Ierusalem, id est ecclesiam sanctam. Isti sunt gigantes nominati per famam, statura magna, per potenciam, scientes bellum, oppressionis sanctorum per violenciam, Baruc III. Quartum cum fratribus falsis, qui simulant se diligere et tamen nocent quando possunt. De quibus II Cor. XII.: Periculis in falsis fratribus. Cant. II.: Filii matris mee | pugnaverunt contra. Gregorius in Moralibus: Sancta ecclesia transire sine labore temptationis non potest tempora peregrinationis, que etsi foris apertos non habet hostes, intus tamen tolerat fictos fratres. Contra quod dicit Bernardus super Cantica XXX.: Presentis congregacionis tanquam unius matris estis vos filii. Longe a vobis facite malum intestinum. Pacem habete ad omnes. Nolite ledere nec verbo, nec facto, non signo qualicumque. De istis itaque dicitur sancto martiri: Bellabunt adversum te, scilicet concupiscencia carnis, astucia demonis, violencia persecutoris, invidencia fratris. Sed non prevalebunt, inquit, quia ego tecum sum, ut liberem te. Ubi querendum est, a quibus liberat et quo merito. Et est dicendum ad primum, quod liberat a quatuor predictis hostibus et eorum bellis, scilicet a desideriis carnalibus. Dan. III.: Liberavit Dominus tres pueros de medio ardentis flamme, id est concupiscencie. Ab insidiis demonialibus. Exo. XII.: Transivit Dominus percuciens Egyptios, id est demones, et domos nostras, id est sensus carnis et vires mentis liberans. A persecucionibus tyrannidalibus. Eccli. LI.: Eruis sustinentes te, et liberas eos de manu gencium. A perturbacionibus fraternalibus. Gen. XXXVII.: Ruben, Christus, nitebatur liberare Ioseph, hoc est aliquem humiliorem iniuste iniuriatum, de manu fratrum suorum volens eum reddere patri suo, scilicet Deo, et dicebat: Non interficiamus animam eius, quia tribulacio immoderata occidit || animam, neque effundamus sagwinem eius, quia eciam vires corporales enervat et sagwinem siccant. Unde Ber(nardus) super Cant.: Uritur ille, et moritur letali wlnere, dum in ira positus iniuriam versatur in mente. Non potest orare vel legere, et ita intercepto vitali spiritu vadit ad mortem anima, pro qua Christus mortuus est. Quid interim animi habes? Quid oracio tua, quid opus tuum sapit tibi, contra quem de corde fratris contristati clamat Christus: Fi-

30 percuciens: M add. ex

1 concupiscencia eius: Aristot. – ubi? 1 Iac. 4,1 3 Eph. 6,12 4 1 Pt. 5,8 5 2 Reg. 10,9 7 Bern. serm. in quadr. 6,3; PL 183,182C 11 Ier. 34,1 15 Bar. 3,26 16 recte 2 Cor. 11,26 17 recte Cant. 1,5 18 Greg. M. moral. 31,7,10; PL 76,577C 20 Bern. serm. in cant. 29,3 et 4; PL 183,930A et D 28 Dan. 3,88 29 Ex. 12,23 31 Eccli. 51,12 33 Gen. 37,21 37 Bern. serm. in cant. 29,4; PL 183,931B

lii matris mee pugnaverunt contra me? Est etiam dicendum ad secundum, quod Dominus liberat sanctos suos quadruplici merito, scilicet penitencie, doctrine, gratie et iusticie. Quod merito penitencie liberat, patet per illud, quod dicitur II Reg. XII.: David dixit: Peccavi Domino. Et Natan respondit: Dominus transtulit peccatum tuum. Miche. III.: Usque in Babilonem venies, id est confusionem consciencie erubescantis, ibique liberaberis. Iob XXXIII.: Dicet: Peccavi et vere deliqui et liberavit animam eius, ne pergeret in interitum. Quod merito doctrine liberat, patet per illud Eze. III.: Si annunciaveris iusto, ut non peccet, animam tuam liberasti. Prover. XI.: Iusti liberabuntur sciencia. Quod merito gratie liberat, patet per illud Eccli. XXXIII.: Aliquando usque ad mortem periclitatus sum et liberatus sum gracia Dei. Prover. XXI.: Gracia, scilicet Dei, et amicitia, scilicet Christi, liberant, quas tibi serva. Quod merito iusticie liberat, patet per illud Prover. XII.: Iusticia a morte liberat. Dan. VI.: Dixit rex ad Danielelem: Putasne Deus tuus, cui tu servis semper, valuit liberare te a leonibus? Respondit: Deus meus misit angelum | suum et conclusit ora leonum; et non nocuerunt michi, quia coram eo iusticia inventa est in me. 115d

158. DE MARTIRIBUS Sermo primus

(M)ulte tribulaciones iustorum, et de omnibus hiis liberavit eos Dominus (Ps. XXXIII). Iesus Christus, Dominus noster multa passus fuit pro nobis, sicut ipse dicit Patri in Psalmo: Ostendisti michi tribulaciones multas et malas. Sed quia militem quiescere Domino laborante est iniustum et incuriale, ideo et sancti sui secuti sunt eum in sustinencia, sicut nunc dicitur: Multe tribulaciones iustorum. In quibus verbis ostenditur ad sanctos opus iusticie, quando dicitur: Multe tri(bulaciones). Ier. VI.: Tribulacio apprehendit nos, dolores ut parturientem. Et opus misericordie, quando dicitur: et de omnibus hiis li(beravit). Non enim maior est iniquitas persecutoris, ut velit affligere, et minor pietas Salvatoris, ut nolit eripere, propter quod dicit: Invoca me in die tribulacionis, et eruam te. Ps.: In tribulacione invocasti me, et liberavi te. II Pe. II.: Novit Dominus pios eripere de temptacione. Et nos habentes fiduciam in misericordia Liberatoris debemus sanctos imitari in sustinencia tribulacionis iuxta illud I Mach. XIII.: Non michi contingat in omni tempore tribulacionis parcere anime mee, nec enim melior sum, quam fratres mei. Est autem duplex tribulacio, scilicet assumpta et inflicta. Prima est tribulacio penitencie, que consistit in tribus, scilicet in dolore contricionis. Tren. I.: Vide, Domine, quoniam tribulor, subversum est cor meum in memetipsa, quoniam, amaritudine, scilicet contricionis, plena sum. In rubore confessionis. Iob VII.: Loquar in tribulacione spiritus mei, confabulabor || in 116a

8 peccet: M perdet 36 memetipsa: M in marg. corr. ex metemipsa

4 2 Reg. 12,13 5 Mich. 4,10 6 Iob 33,27-28 8 Ez. 3,19 9 Prov. 11,9 10 Eccli. 34,13 11 recte Prov. 25,10 13 recte Prov. 10,2 13 Dan. 6,20-22 19 Ps. 33,20 21 Ps. 70,20 25 Ier. 6,24 28 Invoca me: Ps. 49,15 28 Ps. 80,8 29 2 Pt. 2,9 31 1 Mach. 13,5 35 Lam. 1,20 37 Iob 7,11

amaritudine anime mee. Ps.: Locutum est os meum in tribulacione mea. In labore satisfaccionis. II Cor. VI.: In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros in multa paciencia, in tribulacionibus, in necessitatibus, in angustiis. Secunda est tribulacio fortune. Et hec causatur quandoque a Deo, ut in infirmitate. Sap. 5 III.: Deus temptavit illos, tanquam aurum in fornace probavit illos. Quandoque a diabolo, ut in temptatione. Ps.: Vexati sunt a tribulacione malorum, id est demonum. Act. VII.: Rex Egypti circumveniens genus nostrum afflixit patres nostros. Quandoque a proximo, ut in dampnificatione. Ps. Conculcavit me homo, tota die inpugnans tribulavit me. I. Machabeorum XII.: Circumdederunt nos multe tribulaciones, et inpugnaverunt nos reges, qui sunt in circuitu nostro. Sed de hiis omnibus liberat Dominus suos. Liberatur autem homo a malo per suos, per sua, per seipsum et per Dei auxilium. Hoc est per fraternale suffragium, per temporale obsequium, per corporale suplicium, per speciale beneficium. De primo modo liberationis dicitur Gen. XIX.: Recordatus est Dominus Abraham et 15 liberavit Loth de subversione urbium. Frequenter enim et a morbo, et a culpa, et a dampnacione liberantur homines precibus sanctorum. Eccli. L.: Simon curavit gentem suam et liberavit illam a perdicione. De II^o Prover. VI.: Omnem substantiam domus sue tradet, et liberabit se. Multociens enim iudicatus ad mortem liberat se dacione pecunie sue. Prover. XIII.: Redemptio anime viri proprie divicie. De 3^o | Iob XXX.: Libera eum, ut non descendat in corrupcionem, inveni 20 in quo ei propiciet. Consumpta est caro eius a supliciis. Quasi diceret: plagatus est in corpore suo, sufficiat ei. Et sit ratio liberationis a pena eterna, quia non consurgit duplex tribulacio, Naum I^o. De III^o Nee. IX.: Conversi sunt et clamaverunt ad te, tu autem exaudisti eos in misericordiis tuis. Exemplum de 25 pio iudice, qui captivum, quando videt, quod nec prece requiritur, nec dono redimitur, nec aliquo servicio relevatur, parcit sibi ex propria misericordia. Tren. III.: Misericordie Domini, quod non sumus consumpti. Multe tribulaciones iustorum. In verbis istis proponitur nobis, quid sit imitandum, quia sustinencia tribulacionis, et quid sit sperandum, quia misericordia liberationis. Liberat autem 30 Dominus timentes Deum, spernentes mundum, penitentes de malis, compacientes miseris. Siquidem liberationem meretur primo, reverencia maiestatis. Eccli. XXVIII.: Timenti Deum non occurrent mala, sed in temptatione Dominus illum conservabit et liberabit a malo. Secundo, tolerancia paupertatis. Ier. XX.: Laudate Dominum, qui liberavit animam pauperis de manu malorum. Quia verus 35 pauper nichil habet de possessione mundi, de corrupcione peccati, de suggestione diaboli, sed portat secum signum Iesu Christi, sanctam paupertatem, propter quod patet ei porta palatii. Mt. V^o: Beati pauperes. Tercio, rigor iusticie. Eze. XIII.: Iusticia liberabunt animas suas. Prover. XI.: Iusticia liberabit a morte. || 40 Quarto, amor misericordie. Thob. XII.: Elemosina a morte liberat. Ps.: Beatus, qui intelligit etc., in die mala, scilicet mortis et iudicii. Notandum etiam est, quod tribulatis Deus est in remedium culpe. Eccli. II.: Misericors est Dominus et remittet in die tribulacionis peccata. In solacium pene. II Cor I^o: Pater misericordiarum et Deus totius consolacionis consolatur nos in omni tribulacione

1 Ps. 65,14 2 2 Cor. 6,4 4 recte Sap. 3,5-6 6 Ps. 106,39 7 Act. 7,18-19 8 Ps. 55,2
 9 1 Mach. 12,13 14 Gen. 19,29 16 Eccli. 50,4 17 Prov. 6,31 19 Prov. 13,8
 20 recte Iob 33,24-25 23 Nahum 1,9 23 2 Esdr. 9,28 26 recte Lam. 3,22 31 recte Eccli. 33,1
 33 Ier. 20,13 37 Mt. 5,3 37 Ez. 14,20 38 Prov. 11,4 39 Tob. 12,9
 39 Ps. 40,2 41 Eccli. 2,13 42 2 Cor. 1,3-4

nostra. In presidium pugne. I^o Mach. XII.: Circumdederunt nos multa prelia, habuimus autem auxilium de celo et liberati sumus. In refrigerium vite. Osee VI.: In tribulatione sua mane consurgent ad me dicentes: Venite, revertamur ad Dominum, quia ipse cepit et salvabit nos. Est enim castrum refugii. Ps.: Deus
5 noster refugium et virtus. Ps.: Ffactus est Dominus refugium pauperi. Notandum eciam est, quod tribulaciones iustorum sequitur liberacio, quos pena purgat. Gregorius in Moralibus: Flagella bonorum aut vicia perpetrata purgant, aut que poterant perpetrari devitant futura. Sed tribulacionem iustorum non sequitur liberacio, quos pena viliores facit. Gregorius in Registro: Pena presens, si afflicti
10 animum ad timorem Domini minime convertit, inicium pene sequentis existit. Augustinus I. De civitate Dei: Multum interest non qualia, sed qualis quisque paciatur. Nam pari motu exagitatum putorem suum horribiliter exalat cenum et suaviter fragrat ugentum. Unde in eadem afflictione malus Deum blasphematur, bonus laudat. Et eadem vis (bonos) purgat, malos dampnat. |

116d

15

159. DE MARTIRIBUS Sermo secundus

(P)ropter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oves occisionis (Ps. XLIII). Sed in hiis omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos, Ro. VIII. Auctoritas ista ex duobus dictis conflata, prophete videlicet et apostoli, loquitur nobis de humano incomodo et divino adiutorio. Et quia in ore duorum stat
20 omne verbum, ideo certum est nos et mala pati in mundo et per Deum adiuvati de celo. Ps.: Clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, in hoc primum et de necessitatibus eorum, in hoc secundum. Incomodum passionis sanctorum designatur, cum dicitur: Propter te mortificamur. Beneficium liberacionis Dei intimatur, cum dicitur: sed in hiis omnibus. In prima parte, ubi exprimitur passio sanctorum martirum, tangitur primo, paciendi causa, quando dicitur: Propter
25 te. Secundo, passionis duricia, quando dicitur: mortificamur. Tercio, paciencium modestia, quando dicitur: estimati sumus. De causa paciendi dico, quod sancti paciuntur propter fidem ecclesie deffendendam. Phil. I^o: In defensione ewangelii positus sum, Glosa: ut defendam fidem ewangelicam contra impugnantes. Dictum est enim apostolis, ut essent prudentes sicut serpentes, Mt. X. Cuius
30 prudencia est corpus exponere pro capite. Sic sancti semelipsos exposuerunt pro Christo. Propter maiestatem Dei extollendam. Phil. I.: Sicut semper, et nunc magnificabitur Christus in corpore meo sive per vitam sive per mortem. Propter caritatem Dei tenendam. Ps.: Propter te mortificamur, Glosa: quia tibi inseparabiliter inheremus. I Mach. II.: Trucidati sunt, quia noluerunt infringere legem Dei sanctam, id est caritatem. Propter || precepcionem Dei implendam. Mt. XXVI.: |

117a

13 fragrat: M fragat 32 corpus: M corus 33 Sicut: M Sic 35 Ps.: Propter: M *corr. ex*
Propter Ps.

1 I Mach. 12,13 et 15 2 Os. 6,1-2 4 Ps. 45,2 5 Ps. 9,10 7 Greg. M. moral. 16,42,17;
PL 75,1146B 9 Greg. M. epist. 11,30; PL 77,1143B 11 Aug. civ. 1,8,2; PL 41,21 17 Ps.
43,22 18 Rom. 8,36 22 Ps. 106,6 29 Phil. 1,16 31 Mt. 10,16 33 Phil. 1,20
35 Ps. 43,22 36 recte I Mach. 1,66 37 Mt. 26,38

Sustinete hic, Glosa: pondus tribulacionis propter vicem Christo rependendam. Ps.: Quid retribuam Domino? etc., calicem salutaris etc. Gaufridus: Si vis sus-
 esse secutor, oportet tormentis tormenta sequi. Propter beatitudinem eternam
 consequendam. Actus ultimus: Propter spem Israel, id est propter illud, quod
 sperat Israel, ut spes ponatur pro re sperata, cathena hac circumdatus sum. Act.
 XIII.: Per multas tribulaciones oportet intrare in regnum celorum. III Reg. I.:
 Salomon coronatus est in Gion, quod interpretatur lucta. Propter instruccionem
 in moribus relinquendam. II Mach. VII.: Adolescentibus exemplum forte relin-
 quam, si pro legibus honesta morte profungar. Phil. I.: Idem certamen habentes,
 quale et vidistis et nunc audistis de me. Propter culparum sordem abluendam.
 Dan. XI.: De eruditis ruent, ut dealbentur. Lu. XXII.: Sathan expetivit vos, ut
 cribraret vos. Cribracio autem purgat triticum. Augustinus: Quod luna ferro, fla-
 gellum grano, formax auro, hoc facit tribulacio viro iusto. De duricia passionis
 dico, quod sancti mortificantur a seipsis penitentibus. Coll. III.: Mortificate mem-
 bra vestra. Iob XLII.: Ipse me reprehendo, et ago penitenciam. A demonibus
 temptantibus. Iud. XVII.: Per multos dies iugiter adhebat ei spacium et quie-
 tem non tribuens. A tyrannis persequentibus. III Reg. I.: Adonias, id est aliquis
 tyrannus, mactavit boves, id est sanctos in conversacione maturos, et arietes, id
 est prelatos populi, et pigvia queque, id est puros et devotos. A domesticis tri-
 bulantibus. Cant. I.: Ffilii matris mee. Mt. X.: Tradet frater fratrem in mortem.
 Poeta: Fratrum quoque gracia rara est, vincta iacet pietas. Hanc multiplicem pas-
 sionem reddebat duram temporis diuturnitas: Unde dicunt sancti: mortificamur
 tota die, Glosa: longis passionibus, quia tota vita nostra. Ps.: Deficit in dolore.
 Persequentis crudelitas. Unde dicunt: estimati sumus, Glosa: sine respectu mi-
 sericordie. Is. XLVII.: Non posuisti eis misericordias. Sustinentis infirmitas. II
 Cor. I.: Supra modum gravati sumus supra virtutem, scilicet humanam, ita ut te-
 deret etc. De modestia paciencium dico, quod occisi sunt sicut oves, Glosa: sine
 aliqua reluctacione sumus occisi. Sicut ipse Salvator noster tamquam ovis ad
 occisionem ductus est, et non apperuit os suum, Is. LIII. Augustinus XXII. De
 civitate Dei: Civitas Dei habebat multos populos et tamen pro salute temporali
 adversus impios non pugnavit, sed pocius, ut obtineret eterna, non repugnavit.
 Non erat eis pro salute pugnare, sed salutem pro Salvatore contempnere. Sed
 in hiis omnibus hic confitentur sancti martires victoriam, cum dicunt: superamus,
 id est vincimus. Hester IX.: Versa vice Iudei superiores esse ceperunt. Et
 commendant victorie sue sufficienciam, cum dicunt: In hiis omnibus, scilicet
 tribulacionibus et tormentis. Et ostendunt victorie sue causam, cum dicunt: qui
 dilexit nos. Dilexit autem nos Deus predesti- || nando ad vitam, confortando ad
 victoriam, sublimando ad visionem beatam. De primo Ber(nardus) super Cant.:
 Dilexit et non existentes. Augustinus: Omnes sanctos suos ante mundi consti-
 tucionem dilexit, sicut et predestinavit. Sed cum dileccio sit copula amantis et
 amati, et ita exigat duo externa, scilicet Deum et hominem, quomodo dilexit ho-

117b

117c

2 Ps. 115,12 2 Gaufr. Vinos. poetr. nova 496-497 4 Act. 28,20 5 Act. 14,22 6 cf.
 3 Reg. 1,38-39 8 recte 2 Mach. 6,28 9 Phil. 1,30 11 Dan. 11,35 11 Lc. 22,31
 12 Aug. - ubi? 14 Col. 3,5 15 Iob 42,6 16 recte Iud. 16,16 17 cf. 3 Reg. 1,19
 20 Cant. 1,5 20 Mt. 10,21 21 Fratrum quoque: Ov. met. 1,145 et 149 23 Ps. 30,11
 25 Is. 47,6 26 2 Cor. 1,8 29 Is. 53,7 29 Aug. civ. 22,6,1; PL 41,758 34 Esther 9,1
 38 Bern. serm. in cant. 20,2; PL 183,867D 39 Aug. trin. 5,16,17; PL 42,924

minem ab eterno, qui non fuit ab eterno? Et est dicendum, quod illud dictum intelligitur de dilectione, que est et amicitia, sed dilectio Dei est ipsa divina usia. Preterea si dicatur, quod dilectio est amor boni, et bonum et ens convertuntur, quomodo bonum diligebatur, quod non erat? Dicendum est, quot illud dictum verum est de bono in actu, sed cum dicitur dilectio Dei est tantum boni, non est verum solummodo de bono, quod est in actu, sed etiam quod est in causa. Artifex enim non solum diligit bonum, quod facit, sed etiam quod facere disponit. Ad horum intelligenciam notandum est, quod verba, que de Deo dicuntur et convocant effectum in creatura, quedam convocant eum tantum in actu, ut verbum creandi, et ideo dicitur tantum temporaliter. Quedam tantum in habitu, ut verbum predestinandi, et convenit tantum eternaliter. Quedam utroque modo, ut verbum diligendi. Ideo dicitur, quod Deus diligit creaturas temporaliter et eternaliter. De secundo dicitur in presenti verbo: superamus propter eum etc. Augustinus: Caritas Christi in membris suis vicit. I Mach. III.: Deice eos gladio diligencium te. Augustinus ad Iohannem: Caritas dicta est fortis ut mors, quia nemo eam vincit sicut mortem. Et propter hoc dixerunt | quidam caritatem amitti non posse putantes vinculum caritatis esse a Deo perfectum, quod dissolvi non possit. Quod quidem verum est, si intelligatur de caritate aut quantum est de se, secundum quam consideracionem dicit Augustinus super primam Iohannis: Caritas in quocumque fuerit, radix illi erit, que ardente sole arescere non potest, nutritur calore solis, non arescit. Aut de caritate comparacione ad predestinacionem divinam, quia non potest amitti finaliter racione predestinacionis. Et in hac consideracione dicitur Ro. VIII.: Quis nos separabit. Aut de caritate perfecta, que habet annexam confirmacionem, ut caritas beatorum. De quali I Cor. XIII.: Caritas nunquam. Aut de amissione violenta. Et quo ad hoc dicit Glosa super Psalmum 'Domineus illuminacio mea': Si donum aufertur, vincitur dator. Simpliciter autem loquendo amittitur caritas. Et hoc patet ex auctoritate. Apok. II.: Caritatem tuam primam. Ex exemplo, scilicet David et Iude, qui habentes aliquando caritatem peccaverunt et amiserunt. Eze. XVIII.: Cum averterit se iustus. Ex fulcientibus caritatem, que sunt fides et spes. Si enim potest destrui fundamentum, tunc et edificium. Ex concomitantibus, que sunt pravitas et vertibilitas. Sicut enim cupiditas tollit habilitatem ad bonum, ita nec caritas tollit aut fomitem aut vertibilitatem ad malum, et ita nec potenciam peccandi et quasvis radices peccatorum, id est timorum. Male humilians et amor male inflammans non sint cum caritate actualiter sive efficaciter, sunt tamen originaliter, et ideo potest liberum arbitrium incurvari per eas. De 3^o Io. XIII.: Ego diligam eum, et manif(estabo). Meremur autem dileccionem Dei et per consequens visionem || diligendo, quia dictum est: Si vis amari, ama. Et iterum: Ut ameris, amabilis esto. Claudianus: Non extorquebis amari, hoc alterna fides, hoc simplex gracia prestat. Prover. VIII. Ego diligentes. Io. XIII.: Qui diligit me, diligitur etc. Obediendo. Io. XIII.: Si quis diligit me, Pater meus etc. Mt. VIII.: Dixit adolescens: Hec omnia servavi etc., Iesus autem intuitus dilexit eum. Studendo. Sap. VII.: Neminem diligit Deus nisi eum, qui cum sapiencia etc.

117d

118a

14 Aug. – ubi? 14 I Mach. 4,33 15 Aug. – ubi? 19 Aug. in epist. Ioh. 3,12; PL 35,2004
23 Rom. 8,35 24 I Cor. 13,8 26 Ps. 26,1 27 Apoc. 2,4 29 Ez. 18,24 36 Io. 14,21
38 Si vis: Sen. epist. 9,4 38 Ut ameris: Ov. ars. 2,107 39 Claud. 8,282–283 40 Prov.
8,17 40 Io. 14,21 41 Io. 14,23 41 recte Mt. 19,20 42 Sap. 7,28

160. DE SANCTIS CONFESSORIBUS

Sermo primus

Accepi librum de manu angeli et devoravi eum; et erat in ore meo tamquam
 mel dulce; et, cum devorassem eum, amaricatus est venter meus. Et dixit mi-
 5 chi: Oportet te prophetare populis et gentibus et liguis et regibus multis, Apok.
 X. Labor et occupatio sanctorum confessorum atque doctorum fuit in studio
 indagande sapiencie et in negotio peragende penitencie, quoniam ieiuniis et
 oracionibus vacantes scribebant libros et docebant indoctos. Illam autem suffi-
 10 cienciam, ut possent sapere et intelligere et indoctos quosque erudire, acceperunt
 a Christo, prout dicitur in presenti verbo: Accipe librum etc. In quibus verbis
 laudatur in eis subtilitas sciencie, sublimitas vite et veritas doctrine. Hec enim
 tria debent esse in ecclesiastico doctore. Primo, sciencia. Et quo ad hoc dicitur:
 15 Accepi librum etc. Liber de manu angeli accipitur, cum intelligencia Sacre
 Scripture Christi inspi- | ratione percipitur, qui dictus est angelus magni consi- 118b
 llii, Is. IX. secundum aliam litteram. Qui revelat profunda de tenebris, Iob XII.
 Qui aperit et nemo claudit, Apok. II. Sine intelligencia huius libri non est presu-
 menda accio docendi. Ieronimus in epistola: Si te clericatus titillat desiderium,
 discas quidquid docere possis, ne miles ante quam tiro, vel magister sis ante
 20 quam discipulus. Gregorius in Pastoralis: Qui ad predicacionis verba se prepara-
 rat, causarum origines a sacris paginis sumat, ut omne quod loquitur, ad divine
 auctoritatis fundamentum revocet, atque in eo edificium sue locucionis firmet.
 Signanter autem dicit: de manu angeli, in quo notatur differentia huius sciencie
 ad alias sciencias. In manu enim significatur operacio, quia sciencia Sacre
 25 Scripture ad operandum datur, quoniam intellectus bonus est omnibus facienti-
 bus eum. Iac. I.: Estote factores verbi. Et divina inspiratione datur. Gregorius
 Iob I^o: Nullo modo verba Dei cognoscit, nisi qui per spiritum eius accipit. Alia-
 rum autem scienciarum quedam sunt speculative, quarum finis est verum, ut
 dicit Philosophus. Quedam sunt practice, quarum finis est bonum, sicut mora-
 30 lis sciencia, qualis traditur in Ethicis Aristotelis et in libris Tullii De officiis.
 Theologia ergo per hoc, quod est operativa, differt a scienciis speculativis. Per
 hoc vero, quod habetur per inspirationem, differet a practicis, que etsi opera-
 tive sint, habent || tamen humanam rationem vel habentur humana ratione. In 118c
 hoc libro due sunt partes principales, quasi due pagine, scilicet Vetus et No-
 vum Testamentum, que differunt inter se, sicut liber involutus et expansus, qui
 35 missus est ad prophetam, Eze. II. Involutus quo ad vetus, expansus quo ad no-
 vum, in quo sapiencia foris clamat, Prover. II. Scriptus intus quo ad vetus,
 foris quo ad novum. Quamquam autem liber iste apertus sit, ut in eo agnus
 peditet, est tamen nichilominus obscurus et profundus, ut in eo elephas natet,
 secundum Gregorium in principio Iob. Apo. V.: Vidi in dextera sedentis, quia
 40 datus pro eternis, librum scriptum, intus per sensum mysticum, foris per sensum

3 Accepi: M Recepi 11 subtilitas: M *add. et del.* vite 27 quedam: M que

5 Apoc. 10,10-11 15 Is. 9,6 15 Iob 12,22 16 *recte* Apoc. 3,7 17 Hier. epist. 25,8; PL 22,1077 19 *recte* Greg. M. moral. 18,26,39; PL 76,58 25 Iac. 1,22 25 Greg. M. moral. praef. 1,1; PL 75,517A 28 Aristot. ? – *ubi*? 35 Ez. 2,9 36 Prov. 2,20 39 Greg. M. moral. epist. miss. 4; PL 75,515A 39 Apoc 5,1

- isticum, signatum id est clausum, sigillis VII, que sunt VII cause difficultatis in Sacra Scriptura. Primum sigillum est arduitas materie. Nam theologia est sciencia de Deo, secundum Isidorum, quo maius estimari non potest, ut dicit Anselmus, que tunc digne estimamus, dum eum inconprehensibilem reputamus, ut dicit Ciprianus. Hoc sigillum solvitur puritate. Mt. V.: Beati mundo corde, In collacionibus patrum expulsis viciis carnalibus scripturarum sacramenta oculi cordis contemplantur. Secundum est misteriorum profunditas. Gregorius: Tenebrosa aqua in nubibus aeris, quia obscura sciencia in prophetis. Hoc solvitur studiositate. Augustinus in epistola: Tanta est profunditas Christianarum litterarum, ut in eis cotidie proficerem, si eas solas ab ineunte | puericia usque 118d ad decrepitam senectutem maximo ocio, summo studio, meliore ingenio conarar addiscere. Tercium est figurarum obscuritas. Nam ea, que facta sunt in Novo Testamento, multis figuris velata fuerunt in Veteri, ut passio in serpente eneo. I Cor. IX.: Omnia in figura. Hoc solvitur humilitate, que est clavis sapientie. Apok. III.: Dedi coram te hostium apertum, quia modicam habes virtutem, id est humilitatem que dicitur modica ab effectu. Mt. XI.: Abscondisti hec a pru(dentibus) et sapi(entibus) et revelasti etc. Quartum est opinionum diversitas. III Reg. ultimo: Dixit unus hoc modo, et alius aliter. Est autem oppinio, secundum Philosophum, accepcio unius partis contradiccionis cum formidine alterius. Secundum Bernardum: Opinio est, cum credis aliquid esse verum, quod nescis esse falsum. Hec semper in vicio est, ut dicit Augustinus, scilicet si asseratur, quod nescitur, alias non. Hoc solvitur certitudine fidei, qua ipsi fonti veritatis fideliter inheremus propter ipsam veritatem, id est pro eo, quod Veritas hoc dicit, ideo credentes veritati, quia veritas est. Ieronimus: Turpe est, si nugas teneamus, et fonte veritatis obmisso oppinionum rivulos sequamur. Quintum est librorum numerositas. Eccles. XII.: Fficiendi plures libros nullus est finis. Hoc solvitur caritate, que est verbum abbreviatum. Augustinus: Et si non possis omnia librorum volumina percurrere, habe caritatem, ad quam omnia referuntur. Idem: Scripture habundantem doctrinam sine labore possidet, sine errore intelligit, cuius cor plenum est caritate. Sextum est superficialis factorum contrarietas, secundum quam potest videri, quod quasi non sit verum, quod est diversum. Hoc solvitur || intelligencie pietate. Nam pie intelligendo verba sanctorum idem 119a invenitur dixisse unus, quod alter, ubi asserendo sunt locuti. Et secundum hoc dicit Gregorius, quod scripture eodem spiritu sunt exposite, quo edite. Augustinus XV. De ci(vitate) Dei: Abraham in sacrificio aves non divisit, quoniam carnales inter se dividuntur, spirituales non. In hiis vero, que dixerunt oppinando, disserendo, disputando, aliquando dissenciunt quo ad formam dicti, sed non quo ad intencionem, quia omnes intendebant ad veritatem venire. Et secundum hoc loquitur Bernardus dicens: Scripture quo spiritu facte sunt, eo spiritu legi

33 quod: M in marg. corr. ex sed

3 Isid. – ubi? 4 Anselm. Cant. proslog. 2; PL 158,227C 5 Cypr. – ubi? 5 Mt. 5,8
7 Greg. M. in Ezech. 2,3,17; PL 76,967C 9 Aug. – ubi? 14 recte 1 Cor. 10,11 15 Apoc.
3,8 16 Mt. 11,25 18 recte 3 Reg. 22,20 19 Aristot. ? – ubi? 20 Bern. consid. 5,3,6;
PL 182,791A 21 Aug. – ubi? 24 Hier. – ubi? 26 Eccle. 12,12 27 cf. Aug. serm.
350,1–2; PL 39,1534 29 Aug. serm. 350,1; PL 39,1533 34 Greg. M. – ubi? 35 recte
Aug. civ. 16,24,2; PL 41,502 39 Ps. Bern. – Guigo epist. ad fratr. 1,10,31; PL 184,327

- desiderant et intelligi. Et ob hoc nunnulis in laqueum fiunt, quia sine spiritu
facte sunt, ad eas legendas accedunt. Septimum est expositionum multiplicitas.
Ecce enim Ierusalem. Una diccio est et sensum habet multiplicem, quia literaliter
est terrena civitas, moraliter anima, allegorice ecclesia, anagogice patria. Hoc
5 solvitur dono bone memorie, que potest multa retinere, qualem dicitur habuisse
Cyrus rex, de quo dicit Solinus: Cyrus memorie bone inclaruit, qui in exerci-
tu, cui numerosissimo prefuit, nominatim singulos alloquebatur. Rex Ponticus
Mitridates duabus et viginti gentibus, quibus imperitabat, sine interprete iura
dixit, quia omnium ligwas novit. Cineas Pirri legatus postera die, quam ingres-
10 sus fuerat Romam, omnem equestrem ordinem et senatum propriis nominibus
salutavit. Secundum est vita. Et quo ad hoc dicitur: devoravi eum. Liber devo-
ratur, | quando accepta sciencia per bonam voluntatem et rectam operationem
accipienti incorporatur, quando non tantum librum aspicit per cognitionem, sed
eciam saporat per affectionem, quando tanquam verba exhortacionis insonent,
15 omne quot locuturi sunt, operibus implent, ut dicit Gregorius in Pastoralis. Am-
brosius De officiis: Vir iustus et dictis et rebus probatur. Nam si exercitatus sit
sermonibus desidiosus operibus prudenciam suam factis repellit. Huius autem
devoracionis duo signa ponuntur hic. Primum est immutacio oris per amorem
devocionis. Et hoc notatur, cum dicitur: devoravi eum, et erat in ore meo tam-
20 quam mel dulce. Os anime affectus, qui per amorem gustat sapiencie saporem
celestis et dicit: Quam dulcia faucibus meis etc. Secundum est immutacio ven-
tris per sollicitudinem timoris. Et hoc notatur cum dicitur: amaricatus est venter
meus. Venter enim anime est consciencia retinens malorum recordaciones quasi
feces, quas urgente timore expellit per confessionem. Eccli. 1.: Timor Domini.
25 Tercium est doctrina. Et quo ad hoc dicitur: Opportet te prophetare, Glosa: pre-
dicare, ne acceptum donum sciencie retineat sub cor. Ber(nardus) super Cant.:
Rem proximi retines, cum sis plenus virtutibus et donis sciencie et eloquencie
adornatus, metu aut segnicie, aut minus discreta humilitate verbum bonum, quod
posset prodesse multis, inutili, immo et dampnabili ligas silencio, maledictus,
30 quia frumenta abscondis, in populo. Doctrina vero primo, debet esse certa, quod
intelligitur || per nomen prophetandi. Est enim propheta divina inspiracio im-
mobili veritate futurum denuncians eventum. Ps.: Ecce enim veritatem dilexisti
etc. Secundo, debet esse diversa pro varietate audiencium. Audientes autem vel
sunt infideles, qui signantur per gentes, quibus debent predicari credenda. Mt.
35 XVI.: Ite, docete omnes gentes. Vel sunt fideles. Et hii triphariam dividuntur,
quia vel sunt fideles activi, qui signantur per populos, quibus debent annunciar-
i agenda. Ps.: Attendite, popule meus etc. Vel sunt fideles contemplativi. Et hii
signantur per liguas, quia illorum opus est laudare Deum in psalmis et impnis
et canticis spiritualibus, cuius officii instrumenta sunt lingue. Ps: Labia mea lau-
40 dabunt te. Istis sunt predicanda beneficia, que sunt materia laudis. Thob. XII.:
Benedicite Deum celi et co(ram) omni(bus) vi(ventibus) confi(temini) ei, quia

20 mel: M *suprascr.* 26 donum: M *done* 27 retines: M *add. si* 29 posset: M *potest*
32 veritatem: M *veritate*

6 Sol. 1,108-109 15 Greg. M. - *ubi?* 16 Ambr. off. 2,2,7; PL 16,112A 21 Quam dulcia:
Ps. 118,113 24 Eccli. 1,27 26 Bern. serm. in cant. 18,2; PL 183,859D 32 Ps. 50,8
34 *recte* Mt. 28,19 37 Ps. 77,1 39 Ps. 62,4 40 Tob. 12,6

fecit etc. Vel sunt fideles prelati, qui appellantur reges, quibus sunt annuncian-
da timenda iudicia. Sap. VI.: Audite, reges, quoniam data est a Deo potestas
vobis, qui interrogabit opera vestra et cogi(taciones), scru(tabitur), quia cum es-
setis ministri regni eius, non recte iudicastis, quoniam iudicium durissimum in
5 hiis, qui presunt, fiet.

161. DE CONFESSORIBUS Sermo secundus

(E)xerce teipsum ad pietatem. I Titus III. Dicit Ambrosius in expositione hu-
ius dicti, quod omnis summa discipline Christiane in misericordia est et pietate.
10 Ideo cordi nobis est loqui ad vos de exercitiis pietatis in laudem huius sancti
| confessoris, qui fuit vir misericordie, et cuius pietates non defuerunt, et eius
elemosinas enarrat omnis ecclesia sanctorum. Cuius ut nos simus imitatores, 119d
dicitur nobis: Exerce teipsum. Sciendum est autem, quod genera exercitiorum
corporalium V fuerunt apud antiquos, scilicet saltus, iactus, cursus, virtus, con-
15 gressus. Saltus est dictus ab exiliendo in altum vel in longum, de quali exercicio
habemus exemplum de illis, qui saliebant magnas foveas in finibus Benjamin,
I Reg. X. Stacius: Volucris super agmina saltu emicat. Et quidam Indorum po-
puli dicuntur in hac arte ita periti, quod elefantes ita faciliiter transiliunt, sicut
equos, ut habetur in Solino. Cursus dictus est a velocitate crurum, quia in eo ve-
20 locitas currencium probabatur, quam consuetudinem tangit apostolus I Cor. IX.:
Qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus. Ad hanc artem perti-
net currere velociter. Exemplum de Azaele, qui fuit cursor velocissimus quasi
unus de capris, que morantur in silvis, II Reg. II. Solinus: Polimestor puer Mi-
25 lesius cum capras pasceret, ludicro leporem consecutus est, et ob id productus
a gregis domino victor in stadio meruit coronam. Pertinet etiam currere leviter.
Solinus: Quidam supra cavum pulverem ita cursitavit, ut in arenis splendentibus
nulla indicia reliqueret vestigiorum. Stacius: Raraque non fracto vestigia pulve-
re pendent. Pertinet etiam currere diu infatigabiliter. Solinus: Philippides biduo
30 mille ducenta quadraginta stadia ab Athenis Lacedemonem decurrit. Philonides,
|| Alexandri Magni cursor a Sicione usque Elim mille ducenta stadia uno die
transivit. Iactus dicitur a iacendo. I Reg. XX.: Ionathas mittebat sagittas qua-
si exercens se ad signum. Huius artis triplex est usus, scilicet areptos lapides
sursum vel procul mittere. Stacius: Discum super se rotat atque in nubila con-
dit. Hastas pondere librato iactare, secundum illud: Concurrent per inane sudes.

9 discipline: M *corr. ex disciplina* 17 Volucris: M Volucer 21 quidem: M quidam
24 productus: M perductus 26 cavum: M canum 27 indicia: M iudicia 27 Rara-
que: M Raroque 28 infatigabiliter: M infagabiliter 29 Lacedemonem: M Lacedeonem
34 inane: M mane

2 Sap. 6,2 et 4-6 8 recte 1 Tim. 4,7 8 Ambrosiast. in 1 Tim. 4,7; PL 17,500C 11 fuit vir
et cuius pietates - cf. Eccli. 44,10 11-12 eius elemosinas: cf. Eccli. 38,11 17 1 Reg. 10 -
ubi? 17 Stat. 6,569-570 19 Sol. 52,20 20 1 Cor. 9,24 23 2 Reg. 2,18 23 Sol. 1,97
26 Sol. 1,96 27 Stat. 6,640 28 Sol. 1,98 31 1 Reg. 20,20 33 Stat. Theb. 6,680-681
34 Concurrent per: Stat. Theb. 8,415

Sagittas arcu emittere vel saxa fundis. Stacius: Stridencia fundis saxa pluunt. Virtus est immensitas virium in labore et pondere corporis, et attenditur in tribus, scilicet in aggrediendo ardua, in paciendo gravia, et in sustinendo finaliter. Primum potest dici potencia, qua claruit Samson in occisione leonis et Philistinorum, Iudic. XVII. In Eleazaro occidente elefantem cum superpositis, I Mach. VI. Et in Milone Romano milite occidente taurum ictu nude manus. Secundum paciencia, que claruit in Cathone, qui dicit apud Lucanum. Primus arenas ingrediari, primusque gradus in pulvere ponam, me calor ethereus feriat, michi plena veneno occurrat dipsas. Serpens, sitis, ardor, arene dulcia virtuti, gaudet paciencia duris. Tercium perseverancia, qua claruit ille, de quo scriptum est II Reg. XXIII., quot aliis fugientibus ipse stetit et percussit Philistin, donec deficeret manus eius. Congressus est imitacio certaminis ob virtutis ostensionem et honoris acquisitionem. Ffiebat autem tribus modis, scilicet pugnīs. Et dicebatur pugna a pugno eo, quod usus fuit in bello in inicio pugnis contendere, quando non habebant arma. Is. LVIII.: Percutitis | pugno impie, Iuvenalis: Vice teli sevit nuda manus. Brachiis. Et dicebatur lucta a laterum complexu. Lucanus: Conservare manus et multo brachia nexu. Gen. XXXII.: Vir luctabatur cum eo. Gladiis. Et dicebatur ludus gladiatorius. II Reg. II.: Surgant pueri et ludant coram nobis, qui surrexerunt et apprehenso unusquisque capite conparis sui fixit gladium in latus contrarii. Sed quoniam corporalis exercitacio talis aliquando inutilis est et quandoque multum dampnabilis, ideo in talibus spiritualiter intellectis debemus exerceri, scilicet ut sit in nobis saltus desiderii celestis, cursus obediencie creatoris, iactus confitendi criminis, congressus resistencie temptationis, virtus cotidiani laboris. Primo ergo, debet esse in nobis exercicium saliendo per desiderium celestis boni, ut saliamus in altum et in longum, id est in celum, quod a terra distat in altum et in longum. Gal. IIII.: Illa, que sursum est Ierusalem. Facit autem gracia in nobis hunc saltum. Io. IIII.: Aqua, id est gracia, quam ego dabo, fiet in eo fons, id est continue fluens, aqua salientis, id est salire facientis, in vitam eternam. De isto exercicio dicitur Hebre. V^o: Exercitatos habent sensus ad discrecionem boni ac mali, scilicet ut desiderent celum et contempnant terram, secundum Sanctum Martinum, qui terram videre non dignabatur, sed celo totus iniabat, quoniam in hac peregrinatione solo corpore constitit, cogi(tacione) et avi(ditate) in illa eterna etc. Secundo, exercicium currendi in mandatis Dei, qui mandavit || mandata sua custodire nimis, ut nec unus iota pretereatur. Hester III.: Festinabant cursores explere regis edictum. Debemus autem currere leviter per promptitudinem voluntatis. Ier. II.: Cursor levis explicat vias suas. Agiliter per deposicionem honeris culparum et diviciarum. Hebre. XII.: Deponentes omne pondus et circumstans nos peccatum per pacienciam curramus. Infatigabiliter per continuacionem propositi salutaris. II Tim. IIII.: Cursum consumavi. I Cor.

4 Samson: M Sanson 5 Iudic.: M Iude 12 imitacio: M inimico 29 exercicio: M *add. et del.* habetur 31 terram: M *add. et del.* dignare 32 iniabat: *lege* inhiabat 35 Festinabant: M Festinabunt

1 Stat. Theb. 8,416–417 5 recte Iud. 13 et 14 5 I Mach. 6,46 6 in Milone – *quis et ubi?* 7 Lucan. 9,394–397 et 402–403 10 2 Reg. 23,10 15 Is. 58,4 15 Iuv. 15,53–54 16 Lucan. 6,617 17 Gen. 32,24 18 2 Reg. 2,14–16 26 Gal. 4,26 27 Io. 4,14 29 Hebr. 5,14 31 secundum Sanctum Martinum – *ubi?* 34 Esther 3,15 36 Ier. 2,23 37 Hebr. 12,1 39 2 Tim. 4,7 39 I Cor. 9,24

IX.: Sic currite, ut comprehen(datis). De hoc exercicio dicit Psalmus: Ego autem exercebor in mandatis tuis, scilicet implendis. Tercio, exercitium iaciendi per confessio(nem) peccati, quod dicitur lapis pro gravitate, quia deprimit, lancea vero et sagitta pro remorsione, quia penitudine afficit et pungit. Quod est iac-
 5 tandum, id est proiciendum a nobis, sicut navis Pauli fecit iactum in mari rerum honerantium, ne essent eis cause periculi, Act. XXVII. De hoc exercicio Psalmus: Exercitabar et scopebam spiritum meum, Glosa: purgabam mentem. Scopa enim significatio confessionis. Alia littera dicit: Ventilabam spiritum meum. Sicut enim grana separatur a paleis per pulsum ventilacionis, sic spiritus separatur
 10 a peccatis per iactum confessionis. Quarto, exercitium congregiendi resistendo demoni, sicut dicitur Iac. III.: Resistite diabolo. II Mach. V^o: Contigit Ierosolimis, id est in fidelibus, fieri congressiones, scilicet cum inimicis turbantibus. Et in hoc exercicio utendum est nobis contra inimicum pugnans | largicionis, ut
 15 manus nostras extendamus ad pauperem, quia super scutum et lanceam adversus inimicum pugnat, Eccli. XXIX. Et brachiis oracionis, quia Moyses orando vicit Amalech, Iudith IIII. Duo brachia in lucta oracionis sunt propositio verborum et effusio lacrimarum. Iudith XIII.: Cum lacrimis et labiorum motu dixit: Confirma me, Deus. Gladii predicacionis. Sicut Iudas protegebat castra gladio suo, I Mach. III. Eph. VI.: Gladium spiritus assume, quod est verbum Dei.
 20 Quinto, laboris cottidiani, ut gratis panem non manducemus, et ut anime nostre proficiamus. Quia Titus imperator dicebat omnem diem perdidisse, in quo aliquid boni non fecisset, ut legitur in Gestis Romanorum. Nec est hic facienda dilacio, ut dicamus cras et non modo, quia dicit Oracius: Omnem crede diem tibi diluxisse supremum. Debemus autem virtutem ostendere in labore corporis faciendo bona ardua. Oracius: Si queret, quid agam, dic multa et pulcra.
 25 Sustinendo mala penalia. Lucanus: Conponite mentes ad magnum virtutis opus summosque labores. Perseverando finaliter in utroque. I Reg. III.: Incipiam et complebo. Deuter. XXXI.: Ad finem usque conplevit. Ista sunt exercitia pertinentia ad pietatem, et que dicuntur exercitia pietatis. Titus II.: Pie vivamus in hoc seculo, id est in exercicio bonorum factorum. Quod nobis prestat actor ipse pietatis, Iesus Christus.

162. DE VIRGINIBUS

(S)imile est regnum celorum X virginibus, Mt. XXV^o. In ista parabola laudatur castitas et incorruptio, que fuit in sanctis virginibus cum sanctis operibus ||
 35 et intencionibus cum reprobatione comissionis contrarie, que fuit in fatuis virginibus, que caruerunt recta intencione in suis integritatibus et operibus. Et primo, laudatur in eis meritum vite, quando dicitur: Simile est regnum celorum. Se-

33 XXV: M *corr. ex* XXIII. 34 fuit: M fiunt 35 contrarie: M contrarii

1 Ps. 118,78 6 Act. 27,38 7 Ps. 76,7 11 Iac. 4,7 11 2 Mach. 5,2-3 15 Eccli. 29,16 16 Iudith 4,13 17 Iudith 13,6 19 1 Mach. 3,3 19 Eph. 6,17 22 Gesta Rom. - ubi? 23 Hor. epist. 1,4,13 25 Hor. epist. 1,9,3 26 Lucan. 9,380-381 27 1 Reg. 3,12 28 Deut. 31,30 29 Tit. 2,12 33 Mt. 25,1

- cundo, premium glorie ibi: Media nocte clamor. Tercio, exemplo predictarum monet ceteros Dominus ad studium cautele ibi: Vigilare itaque. In descriptione meriti vite primo, designatur progressus virtutis ad bonum: Simile est regnum. Secundo, persistencia virtutis in bono: Moram autem faciente. Bonum, ad quod
- 5 virtus progreditur, duplex est, scilicet bonum vite exterioris et bonum conscientie interioris. In primo non est differentia, quia omnes fuerunt virgines, sicut dicitur: Simile est etc., X virginibus. In secundo est differentia, quia non omnes fuerunt sapientes, sed quinque ex eis erant fatue. Dicitur ergo: Simile est regnum ce<lorum> X virgi<nibus>, id est continentibus, que virgines dicuntur
- 10 propter continenciam carnis perpetuam. Decem autem dicuntur fuisse propter decalogi observanciam, quia sola virginitas sine opere non salvat. Ieronimus ad Pamacium: Nichil prodest absque operibus celibatus. Sed multi reproborum, ut dicit Isidorus De summo bono: sicut infecundi sunt corpore, quia carnalis corruptele contagium nesciunt, ita steriles manent mente et operis fecunditate.
- 15 Que accipientes etc. Lampades, quia manibus gestantur, opera significant, que fiunt ab istis continentibus. Et acceptio lampadum est ostensio | operum, que 121b sunt aliis in exemplum. Mt. V.: Sic luceat. Exierunt obviam. Sponsus est Christus, sponsa ecclesia, quibus obviare est voluntate concordare in observacione continencie. Is. LVI.: Que volui, elegerunt, Glosa: continenciam. Et sic ostenditur
- 20 indifferencia continencium in conversacione exteriori. Sed fuit differentia in statu interiori. Et hoc dupliciter, scilicet in discrecione rationis et in rectitudine intencionis, quia quinque ex eis erant fatue et quinque prudentes. Ieronimus: Sancta ecclesia virgines prudentes habet pro Domino bonum operantes et fatuas pro vana gloria laborantes. Quinque fatue, acceptis lampadibus, id est executis
- 25 bonis operibus, non sumpserunt oleum secum, id est gloriam inter conscienciam non posuerunt, prudentes vero acceperunt oleum, id est nitorem glorie, in vasis suis, id est in conscienciis, cum lampadibus, id est bonis operibus. Ber<nardus> super Cant.: Continencia non habet meritum apud Dominum, que gloriam requirit humanam. Ideoque maxime opus est puritate intencionis, qua soli Deo
- 30 mens nostra et placere appetat et valeat inherere. Bernardus in sermone: Continendum est in veritate. Quidam enim continent ex necessitate, non habentes loci aut temporis oportunitatem aut instrumentorum. Quidam ex vanitate propter favorem hominum vel aliquod temporale commodum. Quidam ex veritate soli Deo placere cupientes. Hiis decem virginibus, quarum quedam fuerunt bone, quedam male, sancta ecclesia similis dicitur, quia in ea mali cum electis
- 35 mixti sunt. Ieronimus ad Rusticum: In omni condicione et gradu optimis || mixta sunt pessima. II Tim. II.: In magna domo sunt vasa aurea et lignea. Moram autem faciente. Hic ostenditur perseverancia finalis prudentium in sua prudentia et plenitudine, et eciam fatuarum in sua fatuitate et vacuitate. Unde dicitur:
- 40 Moram faciente sponsò, scilicet venire ad iudicium, dormitaverunt, langoribus mortem precedentibus, et dormierunt, ipsa morte, quia per pondus egritudinis venit ad sompnum mortis, secundum Gregorium. Dicitur autem moram fa-
- 121c

6 differentia: **M** *add. et del.* quia non omnes fuerunt sapientes fatuarum et sapientium 33 vel aliquod: **M** *corr. ex aliquod vel*

11 Hier. epist. 48,6; PL 22,497 13 Isid. sent. 2,40,9; PL 83,644B 17 Mt. 5,16 19 Is. 56,4
22 Hier. – ubi? 27 Bern. serm. in cant. 7,7; PL 183,809D 30 Bern. – ubi? 36 Hier. epist. 125,17; PL 22,1082 37 2 Tim. 2,20 42 Greg. M. in evang. 12,2; PL 76,1119D

cere sponsus inter primum et secundum adventum respectu decursionis longi temporis, quia non est parum tempus a primo adventu usque ad secundum, ut dicit Glosa Mt. XXV.: Post multum temporis venit Dominus. Et respectu longe expectacionis, quoniam spes, que differtur, affligit animam, Prover. XIII. Philosophus in Moralibus: Anime desideranti nichil satis festinatur, et desiderio mora est omnis celeritas. Et illud: Omnis longa mora est, que differt gaudia nobis. Sed cum respectu eternitatis non est mora. I Cor. VII.: Tempus breve est. Boecius III. Consolacionum: Non est aliquid in tam brevibus vite metis ita serum, quot expectare longum putet immortalis animus. Media autem nocte. Hic secundo, prosequitur premium sacrarum virginum interferens ex opposito supplicium pene fatuarum. Et describitur primo, generalis corporum resurreccio: Media nocte. Secundo, prudencium ad beatitudinem admissio: Dum autem irent emere. Tercio, fatuarum a beatitudine exclusio: Novissime vero veniunt. In descriptioe resurreccionis corporum primo, determinatur tempus iudicii cum dicitur: Media nocte, id est omnibus ignorantibus | et in securitate existentibus, clamor factus est, scilicet vocis angelice dicentis: Surgite mortui, venite ad iudicium. Secundo, describitur persona iudicis. Ecce sponsus venit, id est Christus ad sociandam sibi perpetuo ecclesiam, exite obviam ei, id est occurrите ei, in aera, I The. III. Tercio, notificantur negocia iudicii, que sunt 4^{or}. Primum est resuscitacio corporum de pulveribus. Tunc surrexerunt, scilicet a sompno mortis, omnes virgines, id est continentes boni et mali. Eze. XXXVII.: Aperiam tumulos vestros et educam vos. Secundum est reddicio rationum de operibus. Et ornauerunt etc., id est rationes reddendas operum suorum excogitaverunt. Tunc enim dicitur nobis: Redde rationem, Lu. XVI. II Cor. V.: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis sui. Tercium est defectus vane gloriacionum de suis operibus. Date nobis de oleo vestro, id est reddite testimonium de operibus vestris, que vidistis, ut iuvet nos testimonium vestrum, quia lampades nostre, id est opera nostra, que clara videbantur, exstinguuntur, id est intus obscurantur et a mercede vacuantur. Augustinus: Quorum opera aliena laude fulciuntur, eadem subtracta cadunt. Quartum est timor prudencium de suis defectibus, ne forte non sufficiat. Ro. XIII.: Unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Ite pocius ad vendentes, id est adulatores, et emite vobis, id est iuvent vos falsis laudacionibus suis. Augustinus: Non consilium dedisse putande sunt, sed crimen earum ex obliquo commemorasse. Vendunt enim oleum adulatores, qui sive falsa, sive || ignorata laudando, animas in errores mittunt, et eis vana gaudia suggerendo tamquam fatuis, aliquam de eis mercedem sive pecunie, sive honoris, sive alicuius commodi temporalis accipiunt, non intelligentes, quod scriptum est: Qui vos beatificant, ipsi vos decipiunt, Is. III. Ite ergo ad vendentes, quasi videamus, quid vos adiuvant, qui vobis laudes vendere consueverant. Dum autem irent emere, id est testimonium vite sue ab aliis querere, venit sponsus. Hic narratur solidarum mencium ad beatitudinem admissio, et tan-

121d

122a

19 notificantur: M notificatur 34 crimen: M corr. ex crimem

4 Prov. 13,12 5 Mor. dogm. praef.; PL 171,1009A 6 Omnis longa – quis et ubi? 7 1 Cor. 7,29 7 Boeth. cons. 4, prosa 4; PL 63,804A 18 1 Thess. 4. – ubi? 21 Ez. 37,12 24 Lc. 16,2 24 2 Cor. 5,10 29 Aug. divers. quaest. 59,3; PL 40,46 31 Rom. 14,12 33 Aug. divers. quaest. 59,3; PL 40,46 38 Is. 3,12

guntur III^{or}. Unum, quod est expectandum. Venit sponsus, id est Christus ad iudicium. Secundum, quod est imitandum. Que parate erant, id est quibus bonum testimonium coram Domino consciencia reddebat. Tercium, quod est desiderandum. Intraverunt cum eo ad nuptias. Quartum, quod est formidandum. Clausa
 5 est ianua, id est additus regni celestis. Novissime vero. Hic narratur vanarum mentium a beatitudine exclusio, de quibus dicuntur quatuor. Quorum primum est sera conversio. Novissime, id est tarde. Ier. XVII.: In novissimo suo erit inspiciens. Secundum, frustrata intencio. Veniunt, scilicet sine oleo, quia alienis testimoniis iuvare non potuerunt, ut credebant. Is. XXX.: Confusi sunt super populo, qui eis prodesse non potuit. Augustinus: Alieno testimonio quisquam non
 10 adiuvatur apud Deum, cui secreta cordis apparent. Tercium irrita peticio. Domine, domine etc. Augustinus: Non patet post iudicium precum aut meritorum locus. Prover. I.: Tunc invocabunt me, et non exaudiam. Quartum, iusta reprobacio. Nescio vos. Ex illa scilicet regula, dicit Augustinus, qua non habet ars Dei, hoc est sapiencia Dei, ut intrent in gaudium eius, qui hominibus placent. Gregorius in omelia: Tunc velud incognitos | Deus deserit, quos modo suos per
 15 vite meritum non agnoscit. Vigilate itaque. Hic est testimonium tocius ewangelii, ubi exemplo predictarum hortatur ceteros ad diligenciam dicens: Vigilate, id est testimonium bone consciencie vobis preparate, ne cum fatuis virginibus
 20 remaneatis, quia nescitis diem, scilicet iudicii, nec horam, scilicet adventus. Ieronimus: Diem iudicii Deus hominibus non innotuit, ut semper simus incerti de adventu iudicis et cotidie vivamus quasi in altera die iudicandi simus. Dies autem illa est valde timenda, quia tunc erit in hominibus magna angustia. Ut dicit Anselmus in Meditationibus: Hinc enim erunt peccata accusancia, inde terrens iusticia; subtus patens horrendum chaos inferni, desuper iratus iudex; intus urens consciencia, foris ardens mundus. Iustus vix salvabitur, peccator ubi parebit?
 25 Latere erit impossibile, apparere intollerabile. Quid dormitas, anima tepida et digna evomi? Qui non expergiscitur, qui non tremit ad tantum tonitruum, non dormit, sed est mortuus. Augustinus super Iohannem III.: Merorem diei iudicii et tormenta pereuncium non Sol, non Luna poterunt intueri, sed retrahent fulgorem suum, quia severitatem iudicantis aspicere non videbunt, quoniam omnis creatura in tormentis aliorum de suo iudicio pertimescet. Auctoritates Augustini, que hic non intitulantur, sunt accepte de libro LXXXIII questionum etc.

163. DE VIRGINE ET MARTIRE

35

Sermo primus

(S)imile est regnum celorum thezauro abscondito in agro, Mt. XIII. Tres parabole Domini posite in hoc ewangelio commendant tres perfecciones positas ab

9 Confusi: M Confisi 14 vos: M iter. 14 qua: M quia 27 Latere: M Iacere 28 Qui: M Que 28 qui: M que

7 Ier. 17,11 10 Aug. divers. quaest. 59,3; PL 40,46 12 Aug. divers. quaest. 59,3; PL 40,47
 13 Prov. 1,28 14 Aug. divers. quaest. 59,3; PL 40,47 16 Greg. M. in evang. 12,5; PL 76,1121D
 21 Hier. in Matth. 24,36; PL 26,189A 24 Anselm. Cant. medit. 2; PL 158,724B et 723A
 29 Aug. – ubi? 36 Mt. 13,44

ipso in sanctorum numero, scilicet perfeccionem mundicie, paciencie et sapien-
cie. Nam thesaurus est virginitas, que absconditur || in agro corporis. Margarita 122c
est martirium, quod accipitur in passionibus corporis, sicut margarita generatur
in chonchis marinis. Sagena est instrumentum piscatoris. Piscator autem tipum
5 gerit predicatoris, Mt. 4.: Ffaciam vos piscatores, qui sagena sermonis trahit
homines ad litus eternitatis. Io. ultimis: Traxit rete in terram. Dicitur autem the-
saurus castitas primo, ratione sue preciositatis. Est enim res desiderabilis et
amabilis Deo. Unde Prover. XXI.: Thesaurus, scilicet castitatis, desiderabilis et
10 oleum, id est pinguedo caritatis, in habitaculo iusti, id est in Sancta Virgine, que
est habitaculum Christi, secundum illud: Ponam te in tronum meum, id est ut
sis tronus meus, et homo imprudens, id est luxuriosus, dissipabit illud, scilicet
per violacionem, sicut Eliodorus voluit spoliare templum, II Mach. III. Quod
ne fiat, debet thesaurus abscondi per diligentem custodiam in agro corporis hu-
miliati et abiecti per penitenciam et afflictionem, quia depredari desiderat, qui
15 thesaurum publice in via portat, secundum Gregorium. Gen. XXIII.: Rebecca
conspecto viro operuit se. Sic faciendum est virginibus, ne aspiciantur ab inpu-
dicis. Ieronimus ad Eustochium: Obtestor coram Deo, ne vasa templi Domini,
que sacerdotibus solis concessa sunt videre, facile in publicum proferas, ne sa-
crarium Dei quisquam prophanus aspiciat. Neque enim vas aureum et argenteum
20 tam carum Deo fuit, quam templum corporis virginalis. Tu quidem simpliciter
loqueris, et ignotos quosque blanda non respuis. Sed in pudici oculi non nove-
runt considerare pulchritudinem anime, sed corporis. Idem | in epistola: Cave, 122d
ne cui concupiscendi occasionem tribuas, quia sponsus tuus Deus zelans est, ci-
to tibi scribet repudium, si in te viderit vel unum adulterium. Criminosior est
25 enim Christi adultera, quam mariti. Secundo, ratione sue durabilitatis. Nemo
enim thesaurizat de rebus corruptibilibus sed durabilibus. Iosue VI.: Quitquid
auri vel argenti fuerit, reponatur in thesaurum Domini. Sic quoque virginitas
durare debet usque in finem. Augustinus: Virginitas est in carne corruptibili per-
petue incorruptionis meditatio. Iob 38.: Nunquid ingressus es thesauros nivis?
30 Thesaurus nivis est virginitas, thesaurus quidem propter preciositatem et occul-
tacionem, sed nivis propter candorem et frigiditatem, quia melius est nubere,
quam uri, id est ex consensu desiderii augi, I Cor. VII. Que non est ingre-
dienda per carnalem copulam, quam, ut dicit Ieronimus in epistola: Romana
ecclesia tam severam statuit sentenciam, ut vix penitencia dignum iudicaret,
35 qui sanctificatum Deo corpus violaret. Tercio, ratione sue honorabilitatis. Ho-
mo enim honoratur propter substanciam suam, ut dicitur Eccli. X., sic virgo
propter mundiciam suam. Augustinus in libro LXXXIII questionum: Virginita-
tis nomen honorabile est, quamvis sit commune exclusis et admissis. Ieronimus
contra Iovinianum: Romanus populus in quanto honore semper virgines habue-
40 rit, hinc apparet, quot consules superatis gentibus trofea referentes eis de via

17 coram: M iter. et del.

5 Mt. 4,19 6 Io. 21,11 8 Prov. 21,20 10 Ponam te – ubi? 11 homo imprudens: Prov.
21,20 12 2 Mach. 3 15 Greg. M. in evang. 11,1; PL 76,1115A 15 Gen. 24,65 17 Hier.
epist. 22,23; PL 22,409–410 22 Ps. Hier. epist. 13,16; PL 30,181A 26 Ios. 6,19 28 Aug.
virg. 13,12; PL 40,401 29 Iob 38,22 32 1 Cor. 7,9 33 Hier. epist. 13,16; PL 30,181A
36 Eccli. 10,33 37 recte Aug. divers. quaest. 59,2; PL 40,45 38 Hier. adv. Iovin. 1,41; PL
23,283A

- cedere soliti erant, et inter XII signa celi, quibus mundum volvi putant, Virginem collocaverunt. Ieronimus ad Nepocianum: Iudex seculi plus defert clerico continenti et magis sanctitatem tuam veneratur, quam opes. In signum autem honoris || sui habent coronam tamquam sponsa Christi, sicut martirium et predicacio. Cant. III.: Veni de Libano, id est de munda vita, et coronaberis, scilicet in celesti patria. Et ad hoc designandum tria erant coronata in tabernaculo, scilicet archa federis. Exo. XXV.: Archa(m) de lignis sethim compingite, super quam facite coronam auream. Altare timiamatis. Exo. XXX.: Facies super altare coronam aureolam per girum. Mensa proposicionis. Exo. XXV.: Super mensam facies coronam altam IIII digitis, et super illam alteram coronam aureolam. Archa est virginitas, in qua reponitur deuteronomium, id est secunda lex, scilicet approbacio ewangelii, que virginitatem commendat, quam lex dampnabat dicens maledictas esse non parientes, et virga, discipline, et tabule, sapientie, et manna, devocionis sancte. Que designantur in thezauris X virorum. Ier. XLI.: Qui habebant thesaurum magnum frumenti et olei, ordei et mellis. Ut frumentum referatur ad fidem ewangelii, qua vivitur spiritualiter, est enim materia panis, quo vivit homo. Ordeum, quod est asperum et cibus iumentorum, ad abstinentiam et corporis afflictionem in penitencia. Oleum, quod lucet ignitum ad sapientiam. Mel ad affectum devocionis in Deum et dulcedinem conversacionis ad proximum. Et hec archa habet coronam. Sap. III.: In perpetuum coronata triumphat. Altare timiamatis est martir, quia se offert in odorem suavitatis, cuius cremacio describitur Gen. VIII.: Edificavit Noe, id est sanctus martir, altare, scilicet fidei, Domino, id est ad honorem Domini, offerens super illud holocaustum, scilicet semetipsum, quia preter fidem punicio pena est, non gloria. Gregorius in Registro: Sicut Beatus Ciprianus | ait: Martirem non facit pena, sed causa. Quisquis extra unitatem ecclesie patitur, potest quidem pati, sed non potest martir fieri. Odoratus est Dominus odorem suavitatis, id est respersum, et frag(r)anciam amoris patientis acceptavit, secundum illud: Holocaustum tuum pingue fiat, Glosa: iocundum Deo. Et huic eciam debetur corona, secundum quod dicitur: Qui martirem suum digne pro meritis coronavit in celis. Ps.: Posuisti in capite. Mensa proposicionis est predicatorum, que debet habere panes doctrine calidos, novos et in sabbato positos. Calidos quidem devote et pie predicando, quia omne semen verbi, dicit Gregorius, facile germinat, quando hoc in audientis pectore pietas predicantis rigat. Prover. 16.: Qui dulcis est eloquio, plurima rapiet, id est plures convertit. Novos vero dicendo nova, scilicet alia et alia et ad presens propositum pertinencia, ne crucifigat Christum in die resurrectionis sue, et ne sint panes sui frigidi et musscidi propter antiquitatem, ut Gabaonitarum, Iosue IX. Quod est contra illos, qui rotant mundum cum paucis sermonibus, secundum dictum Etnici. Et quod putat esse aliud hoc erit illud idem. Attenienses enim nova audire desiderant, Act. XVII. Poeta: Gaudent novitate moderni. In

7 compingite: M et pigite
esse putat

25 causa: M add. Ieronimus Ier. VI.

39 putat esse: M corr. ex

2 Hier. epist. 52,11; PL 22,536 5 Cant. 4,8 7 Ex. 25,10-11 8 Ex. 30,1 et 3 9 Ex. 25,25
14 Ier. 41,8 20 recte Sap. 4,2 22 Gen. 8,20 24 Greg. M. epist. 2,51;
PL 77,592C 25-26 Quisquis extra: Greg. M. moral. 18,26; PL 76,58C 28 Holocaustum
tuum: Ps. 19,4 30 Qui martirem - ubi? 30 Ps. 20,4 33 Greg. M. past. 2,7; PL
77,41B 34 Prov. 16,21 37 Ios. 9,12 38 rotant mundum - quis et ubi? 40 Act. 17,21
40 Gaudent novitate - quis et ubi?

- sabbato quoque positos per diligenciam providendi, ut dicenda in dominicam
preparentur in sabbato quatenus prius veniat verbum ad limam quam ad liguam,
sitque prius in pectore, quam in ore tractetque diu de themate secum. Nam a iu-
nioribus repudiantur, que sunt rustico more dicta, ut dicit Priscianus in Maiori.
- 5 Origenes super Psalmum "Dixi, custodiam": Non prius || proferas sermonem, 123c
quam discucias. II Mach. II.: Ordinare sermonem et curiosius partes singulas
inquirere, congruit (auctori). Tullius in Rethorica: Dispositio est, per quam il-
la, que invenimus, in ordinem redigimus, ut certo quidque loco pronuncietur.
Et huic eciam debetur corona. Boecius De consolacione: Sapienti non decedet
10 corona, nec arescet. Et quoniam hec virgo habuit hanc triplicem coronam, scili-
cet mundicie, paciencie et sapiencie, ideo triplex collata est ei corona. Cumque
iam dixerimus de thezauro spirituali, dicendum eciam est aliquid de thezauro
materiali. Sciendum est ergo, quod aliquis thesaurizat ex affectu avaricie sine
intencione necessitatis proprie vel aliene. Et hoc est omnibus perhibitum. Mt.
15 VI.: Nolite thesaurizare vobis thesau(ros). Deutero. XVII.: Non habebit rex auri
et argenti immensa pondera, Glosa: ultra mensuram necessitatis. Aliquis vero ex
sollercia providencie. Et hoc vel ex consideracione proprie necessitatis. Et sic
conceditur parentibus thesaurizare ob necessitatem filiorum educandorum et fi-
liarum tradendarum, non ditandarum. II Cor. XII.: Parentes debent thesaurizare
20 filiis. Vel ex consideracione publice utilitatis. Et sic vel ex utilitate regni defen-
dendi. Et sic conceditur regibus. Eccles. VII.: Utilior est sapiencia cum diviciis.
Sicut enim protegit sapiencia, sic et pecunia. Vel ex utilitate cultus divini am-
pliandi. Et sic conceditur thesaurizare quibuslibet viris magnificis temporalibus
habundantibus ad edificium templi et similia. I Para. XXIX.: Totis viribus pre-
25 paravi impensas domus Dei aurum et argentum. Personis vero ecclesiasticis | 123d
proprie numquam conceditur pecunias cumulare, nec tenere intencione servan-
di. Amb(rosi)us in li(bro) De offi(cii)s: Aurum habet ecclesia non ut servet, sed
ut eroget. Quid opus est custodire, quod nichil adiuvat? Ieronimus in epistola:
Crates cum Athenas pergeret, magnum auri pondus proiecit nec putavit se posse
30 virtutes simul et divicias possidere. Nos subsarcinati auro, Christum pauperem
sequimur.

164. DE VIRGINE ET MARTIRE

Sermo secundus

- 35 Domine, in voluntate tua prestitisti decori meo virtutem (Ps. XXIX.). Vox
est sancte virginis Deo gracias agentis pro gracia collati muneris, ut et ipsa si-
milis sit superne civitati sanctorum, in qua invenitur graciaram accio et vox
laudis, Is. LI. In quibus verbis donum Dei ostenditur esse gratuitum, quia presti-

28 adiuvat: M adiuvatur 29 Crates: M Socrates

2 prius veniat – *quis et ubi?* 3 sitque prius: Gaufr. Vinos. poetr. nova 54 4 Prisc. – *ubi?*
5 Orig. – *ubi?* 6 2 Mach. 2,31 7 Rhet. Her. 3,9,16 9 Boeth. cons. 4, prosa 3; PL 63,798A
14 Mt. 6,19 15 Deut. 17,17 19 2 Cor. 12,14 21 Eccle. 7,12–13 24 1 Par. 29,2
27 Ambr. off. 2,28,137; PL 16,148B 28 Hier. epist. 58,2; PL 22,580 34 Ps. 29,8 37 Is.
51,3

- tit in voluntate sua, non ex coaccione nostra, quoniam omnia operatur secundum consilium voluntatis sue, ut dicitur Eph. I^o. Ostenditur eciam esse magnificum, quia prestitit virtutem, id est fortitudinem spiritualem. Ps.: Ipse dabit virtutem et for(titudinem) plebi sue. Ostenditur eciam esse multiplicatum, quia non unum
 5 tantum dedit, sed duplicatum, quia prestitit decorem et virtutem, id est pudici-
 ciam et pacienciam, ut decor referatur ad mundiciam virginitatis, virtus vero
 ad pacienciam fortitudinis. Fuit enim virgo et martir, quasi ortus deliciarum et
 delectacionum habens in se rosas passionis et lilia virginitatis, ut floribus illius
 10 nec lilia, nec rose desint. Et hec duo relinquuntur in ipsa nobis imitanda, ut et
 nos simus decori per castitatem et virtuosus per fortitudinem. Invenitur autem in
 scripturis decor pertinens ad naturam, ad culpam, ad gratiam, ad gloriam. Pri-
 mus decor est tollerabilis, quia indifferens. Secundus execrabilis, quia inficiens.
 Tercius imitabilis, quia || conveniens. Quartus desiderabilis, quia perficiens. De
 124a
 15 decore nature dicitur Gen. XLIX.: Ffilius acrescens Ioseph et decorus aspec-
 tu. Et iste decor debet custodiri per verecundiam et sui occultacionem, sicut
 ignis custoditur per cinerem, et triticum per saccum, et aurum per scrineum, ne
 inspiciatur ab inpudicis et sit scandalum aliis. Numeri IIII.: Archa involveba-
 tur velamine. Mt. VII.: Ne spargatis margaritas vestras ante porcos. Isidorus:
 20 Tolle occasionem peccandi, aufer materiam delinquendi, si vis esse a fornicaci-
 one tutus. Esto corpore et visione discretus, id est separatus. De decore culpe
 Eze. XXVIII.: Nudabunt gladios suos super pulchritudinem tuam, scilicet demones,
 quorum gladii sunt pene inferni, Ps.: Tradentur in manus gladii; et polluent
 decorem tuum, id est te propter decorem, quem male procurasti existens in pec-
 25 cato et ad peccatum, ut Iezabel, que pingebat oculos sibi et ornat caput. IIII
 Reg. IX. De decore gracie dicitur nunc: Domine, in voluntate tua etc. Bernardus
 in epistola: Quid castitate decorius, que facit mundum de inmundo conceptum
 semine, de hoste domesticum, de homine angelum. Differunt quippe inter se
 30 homo pudicus et angelus, sed felicitate, non virtute. Sed et si castitas illius fel-
 cior, huius tamen cognoscitur forcior esse. Iste decor consistit in tribus, scilicet
 in mundicia cogitacionis, et est decor consciencie. Nam si consciencia pulchra
 est, placet Deo. Ideo dicit Cant. II.: Ostende michi faciem tuam, facies enim
 124b
 35 tua decora: In sapiencia sermonis et | est decor loquele. Eccli. XXI.: Ornamentum
 aureum prudenti doctrina. Quasi diceret: Sicut ornat divitem ornamentum
 aureum, sic prudentem verbum discretum. Ideo multum est cavendum in pro-
 locucione sermonum, quia qui lingua non offendit, hic perfectus est vir, Ia. III.
 Ambrosius: Ingreditur, virgo, mors per hostium tuum, si falsum loquaris, si tur-
 piter, si procaciter, si ubi non oportet. Clause sint fores labiorum et obseratum
 40 maneat vocis vestibulum. Quia et bona loqui plurimumque crimen est virgini. In
 decencia moris et est decor conversacionis, quoniam in sponsa Christi plus pla-
 cet composicio moris, quam vestis. Unde Augustinus: Non querit a nobis amator
 noster pulchram carnem, sed pulchros mores, quibus frenetis et carnem. Cesa-

18 margaritas: M margaritis 41 frenetis: M frenatis

2 Eph. 1,11 3 Ps. 67,36 14 Gen. 49,22 17 Num. 4,5 18 Mt. 7,6 18 Isid. -
 ubi? 21 Ez. 28,7 22 Ps. 62,11 25 4 Reg. 9,30 25 Bern. epist. 42,3,8; PL 182,816C
 31 Cant. 2,14 32 Eccli. 21,24 35 Iac. 3,2 36 Ambr. virg. 13,81; PL 16,300D 38 et
 bona loqui: Ambr. exhort. virg. 13,86; PL 16,377C 40 Aug. virg. 55,56; PL 40,428

rius in sermone: Ponposa indumenta, que non utilitati, sed vanitati deserviunt, ffastidite atque contempnite. Ideo Hester non quesivit alia ornamenta, scilicet carnalia, quam que custos virginum dedit sibi, id est Christus, cuius ornamenta sunt virtutes. De quibus Isaie LXI.: Induit me vestimentis salutis. De hiis tribus Iudith XI.: Non est talis mulier super terram in aspectu, scilicet consciencie, in pulchritudine, scilicet conversacionis honeste, in sensu verborum, per sapienciam prolacionis discrete. De decore glorie Iob XL.: Circumda tibi decorem et in sublime erigere, et esto gloriosus. Consistit autem decor iste in tribus, scilicet in evasione mortalitatis. Baruc quinto: Exue te stola luctus et vexacionis || et indue te honore et decore, qui a Deo tibi est in gloria sempiterna. In celebracione festivitatis. Eze. XVI.: Egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuam, quia perfecta eras in decore meo. In adepcione eternitatis. Ps.: Confessionem, scilicet laudis divine, et decorem, scilicet immortalitatis eterne, induisti, o beata anima, amictus lumine, scilicet claritatis et glorie. Ulterius dico, quod decor iste glorie est in homine, tamquam in subiecto. Dan. III.: Ad honorem regni mei decoremque perveni. In Deo, tamquam in obiecto. Ps.: Dominus regnavit. Is. 33.: Regem in decore suo videbunt. In paradiso, tamquam in continente loco. Sap. Vº: Accipient regnum decoris, id est regum decoris. Eccli. VI.: Decor vite est in illo, ideo amatur a sanctis. Ps.: Domine, dilexi. De virtute dico, quod cum quadruplex sit status in ecclesia, scilicet prelatorum, predicatorum, activorum et contemplatorum, quadruplex est nobis virtus necessaria. Prelatis necessaria est virtus audacie ad corrigendum errata. De qua virtute dicit Psalmus: Vox Domini, id est prelatus loquens ex ore Domini, supple: debet esse, in virtute, scilicet corrigendi, quoniam probata virtus, id est audax zelus prelati, corripit insipientes, Sap. I. Vox Domini in magnificencia, scilicet operandi, scilicet ut quod aliis iubet, ipse faciat prius. Ieronimus in epistola ad Effesios: Bona vita prelati timorem incutit delinquenti. Sed prelatus pusillanimis est, sicut portarius depictus in hostio magnum baculum tenens et nullum feriens. Cui dicitur Eccli. VII.: Noli velle fieri iudex, nisi virtute valeas irrumpere iniquitates. Predicatoribus necessaria est virtus sapiencie ad proferendum vera. Actus I.: Accipientes virtutem Spiritus Sancti | in vos et eritis michi. Act. III.: Virtute magna reddebant apostoli testimonium resurreccionis Domini nostri. Lu. XXIII.: Sedete in civitate. Sed multorum virtus, id est predicandi potestas et sapiencia, infirmata est in paupertate, id est in defectu gracie, quoniam male consciencie mens loqui trepidat, sensum perdit, in verbis errat, ut dicit Ambrosius super Paulum. Activus virtus motiva ad operandum bona, quibus dicitur II Pe. I.: Ministrare in fide vestra virtutem. Quasi diceret: Vos, qui habetis fidem in corde, declaretis ministerium virtutis in opere, quoniam fides sine operibus mortua est, Ia. I., et est similis fidei demonum, qui credunt, sed bona non faciunt. Sed virtus, id est laborositas bonorum fidelium est talis, que habentem perficit, et opus eius bonum

124c

124d

2 alia: M *add. et del. vestimenta* 11 nomen tuum: M momentum

1 Caes. Arel. – *ubi?* 4 Is. 61,10 5 Iudith 11,19 7 Iob 40,5 9 Bar. 5,1 11 Ez. 16,14
12 Ps. 103,1–2 15 Dan. 4,33 16 Ps. 92,1 17 Is. 33,17 18 Sap. 5,17 18 Eccli. 6,31
19 Ps. 25,8 22 Ps. 28,4 25 Sap. 1,3 26 Hier. – *ubi?* 28 Eccli. 7,6 30 Act. 1,8
31 Act. 4,33 32 Lc. 24,49 35 Ambrosiast. in 2 Cor. 6,11; PL 17,318B 36 2 Pt. 1,5
38 *recte* Iac. 2,26

reddit, ut virtus oculi oculum bonum facit, quemadmodum dictum est in Ethicis Aristotelis. Nam virtus est habitus, qui perficit potencias anime ad operandum bonum, cuius operis bonitas attenditur non tantum secundum substantiam actus, sed magis secundum modum agendi, ut faciliter et delectabiliter fiat. Non enim, 5 qui casta operatur quocumque modo, est castus, sed qui voluntarie et gaudent, quoniam qui gaudet de castitate, castus est, qui tristatur, non est castus, ut habetur I. Ethicorum. Contemplativis virtus elevativa ad desiderandum eterna. De quali virtute dicitur Eccli. XLVI.: Usque in senectam permansit illi virtus, ut ascenderet in excelsum terre locum.

10

165. DE VIRGINE ET MARTIRE Sermo tercius

Quasi flos rosarum in diebus vernis et quasi lilia, que sunt in transitu aque, Eccli. L. Virginale decus duobus comparatur florum generibus pulchris et electis, rosis videlicet et liliis. Rosis propter pacienciam in sustinendo malum illatum, 15 liliis autem propter mundiciam in coibendo malum innatum. || Malum illatum est mors, de qua dicitur: Quasi flos rosarum, Glosa: saguis martirum. Malum innatum est fomes, cuius remedium est continencie propositum, de qua dicitur: quasi lilia, Glosa: continencia seu virginitas. Rosis assignatur tempus nascendi, liliis locus. Rosa enim nascitur in diebus vernis. Est autem ver prima pars anni 20 incipientis dicta a virore, quia terram clausam aperit, herbas et flores producit, arbores virescere facit, prata ridere, celum splendere, propter que a Marciano vocatur risus Iovis. Eodem modo sancte virgines in prima etate et virente adhuc iuventute passe sunt propter Christum, in quibus impletum est dictum Ezechie regis, Is. XXXVIII.: Dum adhuc ordiret etc. Ideo rose dicuntur produci in diebus vernis. Mors autem in iuventute amarior est, quoniam secundum Isidorum 25 tria sunt genera mortis, scilicet acerba infancium, immatura iuvenum, naturalis senum. Tullius De senectute ponit ad hoc exemplum de fructu, de igne, de conglutinatione dicens secundum naturam senibus mori, adolescentibus vero contra naturam. Omnis enim conglutinacio recens egre divellitur, inveterata faciliter. 30 Adolescentes sic mori videntur, ut cum aqua ignis opprimitur. Senes autem sicut cum sua sponte consumptus ignis extinguitur. Et sicut poma cruda vi avellantur cocta vero decidunt, sic vitam adolescentibus vis auffert, senibus maturitas. Hec eciam in ipsa in natura rose insinuatur, quia dicit Dioscorides, quot virtus amara permanet in rosa dum | est recens, cum siccatur, minoratur eius amaritudo. 35 Lilium vero nascitur in locis aquosis, sicut nunc dicitur: quasi lilia, que sunt in transitu aque, per quam gracia intelligitur, per quam datur continencia et conservatur. Aug(ustinus) De virginitate: Quisquis ab inicio pudicus permanet, ab illo regitur; et quisquis ex in pudico pudicus fit, ab illo corrigitur; et quisquis usque in finem pudicus est, ab illo deseritur. Preterea flos rosarum cito cadit. Virgi-

33 in natura: M in suprascr.

2 Aristot. eth. Nic. 2,5 7 Aristot. eth. Nic. 2,2 8 Eccli. 46,14 13 Eccli. 50,8 21 Mart. Cap. 1,17 24 Is. 38,12 25 Isid. orig. 11,2,32; PL 82,418C 27 Cic. Cato 71 33 Diosc. - ubi? 37 Aug. virg. 42,43; PL 40,422

lius: Quam longa est una dies, etas tam longa rosarum. Et memor esto evum sic
 properare tuum. Iob XIII.: Homo natus etc., qui quasi flos egreditur. Fflos vero
 lillorum cum ipso stipite arescit et ante non defluit, si pedem habeat in humida
 terra. Unde et in altari diu consuevit conservari, quia passio sanctorum brevis
 5 est et transitoria. II Cor. III.: Hoc momentaneum et leve tribulacionis nostre. Is.
 XXVIII.: Non in perpetuum trituranus trituranus illum. Continencia vero immorta-
 lis debet esse et perpetua, ut fuit illius, de quo dicitur II Mach. VII.: Hic mundus
 obiit per omnia confidens in Domino. Cant. V^o: Lavi pedes meos. In metafora
 10 ergo rose designatur martirium. Primo, propter spem. Est enim rosa dicta a spe-
 cie coloris eo, quod rubenti colore rutilat, secundum illud Ber(nard)i Silvestris:
 Rubeo rosa dives amicti. Et designat sagwinem martirii. Apok. XIX.: Vestitus
 erat veste aspersa sagwine, Glosa: carne passa. Secundo, propter originem, quia
 de spina nascitur, spineam tamen naturam non imitatur nec est pungitiva se le-
 vissima. Sic sanctus martir licet de peccato nascatur, tamen in martirio a culpa et
 15 pena || totaliter mundatur. Chrisostomus Hebre. IX.: Martiribus statim post mor-
 tem gloria datur, in quibus nichil est purgandum, per quod differantur a gloria.
 Tercio, propter usum. Sicut enim rosis coronantur iuvenes, Sap. II.: Coronemus
 nos rosis, sic in martirio coronantur victores. Apok. II.: Esto fidelis usque ad
 mortem, et dabo. Quarto, propter modum, quia rosa in occasu clauditur, ne fri-
 20 gore ledatur, sed in ortu solis apperitur, ut videatur. Sic et paciencia martirum
 in morte sua visa fuit despicabilis, sed invenitur ad gloriam in tempore retri-
 bucionis. Et hoc est, quod dicunt ipsi mali. Sap. V.: Hii sunt, quos habuimus
 aliquando in derisum, ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, nos insensati
 vitam illorum estimabamus insaniam et finem illorum sine honore. Gregorius in
 25 omelia: Ut peccatores amplius puniantur, vident gloriam eorum, quos contemp-
 serunt. In methafora vero lilii ponitur laus continencie. Invenitur autem lilium in
 campo, in orto, in thalamo et in templo. In campo simpliciter exponitur, in orto
 diligenter custoditur, in templo artificialiter pingitur, in thalamo manualiter spar-
 gitur. Sic hec virgo fuit lilium campi per latissimam dileccionem, quia dilexit
 30 Christum et suos. Cant. I.: Adolescentule dilexerunt. Augustinus: Toto corde
 amate speciosum forma pre filiis hominum. Lilium thalami per secretissimam
 oracionem. Intrabat enim in cubiculum cordis sui et domus materialis, et clauso
 hostio sensuum et portarum orabat patrem suum in abscondito, Mt. VI., sciens,
 quod oracio privatis locis melius funditur, | secundum Isidorum. Lilium orti per
 35 diligentissimam sui clausionem, quia dicit Ambrosius De viduitate, quia casti-
 tas solitudinem querit, pudica secretum, inpudica conventum. Iudith VIII.: In
 superioribus domus sue fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis
 clausa morabatur. Bernardus super Missus est.: Solent virgines, que vere virgi-
 nes sunt, semper pavere et nunquam esse secure, et ut caveant timenda, eciam

125c

125d

22-23 habuimus aliquando: M corr. ex aliquando habuimus 37 quo: M qua

1 recte Auson. idyll. 14,43 et 50; PL 19,905D 2 recte Iob 41,1 5 2 Cor. 4,17 5 Is. 28,28
 7 2 Mach. 7,40 8 Cant. 5,3 10 Bern. Silv. - ubi? 11 Apoc. 19,13 15 Ioh. Chrys.
 - ubi? 17 Sap. 2,8 18 Apoc. 2,10 22 Sap. 5,3-5 24 Greg. M. in evang. 40,8; PL
 76,1308D 30 Cant. 1,2 30 Aug. virg. 54,55; PL 40,428 33 Mt. 6,6 34 Isid. sent.
 3,7,27; PL 83,678A 35 Ambr. vid. 9,57; PL 16,265A 36 Iudith 8,5 38 Bern. hom. super
 Missus est 3,9; PL 183,75C

tuta pertimescunt. Liliū templi per altissimam contemplacionem. Atanasius in sermone: Vita abatisse velud pennatum animal semper ad alta per desiderium evelet, per verbum resonet, luceat per exemplum etc.

166. DE DEDICACIONE TEMPLI

Sermo primus

5

Vidi civitatem sanctam Ierusalem novam, descendentem de celo a Deo, paratam sicut sponsam ornatam viro suo, Apok. XXI. Civitas ecclesie posita super montem eminentis vite non potest abscondi, quia Sanctus Iohannes dicit de ea in hodierna epistola multa gloriosa, scilicet quam sit sancta in presenti conversatione, et quam sit beata in Dei visione, et utrumque probat divina autoritate, ut credatur absque cunctacione. Primo ergo, insinuat ecclesie sanctitatem, quam habet in presenti dicens: Vidi civitatem sanctam. Plenitudo autem sanctitatis in duobus consistit, scilicet in virtutibus quo ad interiora, et in operibus quo ad exteriora. Ideo primo ponit laudem de virtutibus, et tangit tres virtutes ecclesiam sanctificantes, secundum tres vires anime, scilicet fidem, caritatem et humilitatem. Fidei illuminacio est causa sanctificacionis in racionabili. Et hunc effectum fidei, scilicet illuminacionem, innuit || in hoc nomine sancte civitatis, quod est Ierusalem, Glosa: Domini, qui est pax, plene videntem, scilicet hic per fidem, in futuro per spem. Sed modo filii ecclesie privant ecclesiam re nominis sui, quia cum dicatur Ierusalem, id est visio pacis, non pacem videt, sed turbacionem habet, secundum illud dictum Sapientis: Ierusalem, tua progenies te cogit abuti nomine, dum pacis visio pacis eges. Ps.: Vidi iniquitatem etc., die ac nocte circumdabit. Caritatis affeccio est causa sanctificacionis in concupiscibili. Et ad hoc designandum dicit civitatem sanctam esse novam, innovatam mandato novo, id est caritate, que nova est secundum illum modum, quo facit diligere inimicum. I. Ioh. I.: Mandatum novum scribo vobis. Sed multorum ossa, id est fortitudo interior, inveteraverunt, scilicet in peccato, et hoc ideo, quoniam tacui, Glosa: a confessione peccati. Causa enim inveteracionis in anima est peccatum, dum et perpetratur et per penitenciam non deletur. Ps.: Inveteravi inter omnes. Humilitatis depressio est causa sanctificacionis in irascibili. Et hanc exprimit, cum dicit: descendentem de celo, id est se humiliantem in celesti conversatione. Gigantes per turrē superbie voluerunt ascendere, Gen. XI., sed ceciderunt, quia superbia casum habet. Unde: Ascensor nimius nimium ruit. Ps.: Deiecisti eos. Humiles filii ecclesie descendunt, ut ascendant exemplo Christi, qui primo descendit per mortem, postea exaltatus est per resurrectionem. Ps.: Surgite postquam sederitis, qui. Ulterius ponitur laus de operibus, cum dicitur: a Deo paratam, id est bonis operibus decoratam. Horum autem operum actor insinuat primo, causam efficientem dicens: a Deo paratam. Is. 26.: Omnia opera nostra operatus es nobis. Secundo, commendant ipsorum | operum multitudinem dicens: sicut sponsam.

126a

126b

35 Ps.: M in marg.

1 Athan. Alex. ? vel Hieros. ? – ubi? 7 Apoc. 21,2 21 Ierusalem, tua – quis et ubi?
 22 Ps. 54,10–11 26 recte 1 Io. 2,8 29 Ps. 6,8 32 Gen. 11,4 33 Ascensor nimius:
 Walther 1533 33 Ps. 72,18 35 Ps. 126,2 38 Is. 26,12

Sponsa namque datur viro in adiutorium ad conservacionem spei per multiplicacionem individuorum, ideo fecunditatem designat bonorum operum. I Tim. II.: Salvabitur mulier per filiorum generacionem. Tercio, in ipsis operibus faciendis intencionem dicens: ornatam viro suo, id est ad honorem viri sui Christi. Dicit enim Paulus Col. III.: Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in gloriam Dei facite. Augustinus in epistola: Ex hiis, que habes, gracias age Deo tamquam fonti bonitatis. Unde habes, atque in bonis actibus tuis, illi da claritatem, tibi humilitatem. Secundo, manifestat ecclesie felicitatem, quam habebit in futuro, et que debetur virtutibus et operibus. Illa vero felicitas consistit in duobus. Primo, in adeptione boni. Et hoc exprimit, cum dicit: ecce tabernaculum Dei cum hominibus, Glosa: in eadem erit gloria humanitas Christi et homines eum imitati. Et ipsi populus eius erunt, Glosa: numquam ab eis repellendus. Et ipse cum eis erit eorum Deus, Glosa: secundum divinitatem eciam presens eis. Secundo, in remocione mali. Malum autem removendum duplex est, scilicet unum, quod habet ortum ex voluntate perversa, quod est peccatum. Est istud removebitur, quia absterget Deus omnem lacrimam ab oculis eorum, et iam non erit amplius nec luctus, penitencie, nec dolor, contricionis, quia prima abierunt, Glosa: iam non est locus eorum, cum non sit peccatum, de quo hec procedunt. Alterum, quod habet ortum ex natura corrupta, quod est mors solvens coniuncta. Quod eciam removebitur, quia mors ultra non erit. 3^o, probat utrumque. Probat autem dupliciter. Primo, testimonio multitudinis sanctorum, quando || dicit: 126c
 Audivi vocem, Glosa: cum dixisset glorificacionem sanctorum, quia incognitum erat. Apponit auctoritatem sanctorum patrum, qui hoc dixerunt: Audivi vocem, id est annunciacionem de trono, id est de illis, in quibus sedet Deus. Secundo, inducit in testem ipsum beatitudinis principium dicens: Et dixit, qui sedebat in trono: Ecce nova facio omnia, id est celum et terram et populum eius, filios ecclesie. Is. LXV.: Ecce ego creo Ierusalem exultacionem et populum eius gaudium, et exultabo in populo meo, et non audietur in ea vox fletus ultra, Glosa: quia contraria simul esse non possunt. Sicut sponsam ornatam viro suo. Multiplex est differencia sponsarum se ornancium. Quedam enim ornant se interius et non exterius, de qualibus dicit Psalmus: Omnis gloria eius ab intus, que significantur per templum Salomonis, quod fuit extra lapideum, intra aureum. Nichil enim erat in templo, quod non auro tegetetur, III Reg. VI. Quedam interius et exterius, de quibus dicitur I Mach. IIII.: Ornauerunt faciem templi, id est exteriora corporis, et dedicaverunt altare, scilicet cordis, Domino. Et hoc per sanctificacionem virtutum, que signantur per arcam, que intus et extra fuit deaurata auro purissimo, Exo. 25. Et iste sunt bone. Quedam exterius et non interius, de quibus Psalmus: Ffilie eorum composite. Iste signantur per Bel, qui interius luteus, exterius fuit ereus, Dan. XIII. Quedam nec intus, nec extra, sicut sunt carentes rebus et virtutibus, sed habundantes viciis in mente et sordibus in corpore. De qualibus I Mach. I.: Sanctificacio eius desolata est, sed gloriam eius multiplicata est ignominia eius. Abac. II.: Repletus est ignominia pro gloria. Iste | signan-

126d

8 ecclesie: M *add. et del. vul-* 17 quia: M *que* 36 fuit: M *fuerunt*

2 1 Tim. 2,15 5 Col. 3,17 6 Aug. – *ubi?* 27 Is. 65,18 31 Ps. 44,14 33 3 Reg. 6,22 34 1 Mach. 4,57 37 Ex. 25,11 38 Ps. 143,12 39 Dan. 13,6 41 1 Mach. 1,41 42 Hab. 2,16

- tur per templum diruptum a gentibus. I Mach. I.: Omnis conposicio eius ablata est. Et iste sunt male. Excusantur autem mulieres ornantes se, si faciant fine debito, scilicet propter solos maritos revocandos ab adulterio, quos aliter revocare non possunt. Preterea si non excedant in pictura notabili faciei et mortuis capillis. Qualitas vero persone et consuetudo patrie nullum excusat ex toto, etsi forte a tanto, quia multitudini facilius venia tribuitur, ut dicitur in Decretis. Lucanus: Quicquid peccatur a multis, inultum est.

167. DE DEDICACIONE <TEMPLI>

Sermo secundus

- 10 Egressus Iesus perambulabat Ierico, Lu. XIX. Ad celestem felicitatem, de qua actum est in precedenti sermone, via est fides crucifixi. Lu. VII.: Fides tua te salvam fecit. De qua fide agitur in presenti evangelio in eo, quod Zacheus ascendit credendo in arborem crucis, ut videret Iesum. Ubi primo, designatur Domini incarnacio. Secundo, ad ipsum incarnatum peccatoris conversio. Tercio, 15 conversi peccatoris suscepco. Quarto, suscepconis fructus et utilitas. Domini incarnacio designatur, cum dicitur: Egressus Iesus etc. Ierico interpretatur Luna, significat mundum deficientem. I Macc. VI.: Deficimus cottidie. I Io. II.: Mundus transit. Hunc ingressus est Iesus per incarnationem. Io. XVI.: Exivi a Patre etc. Perambulabat, scilicet predicando. Thob. I.: Pergebat per omnes, 20 et monita salutis dabat eis. Eccles. I.: Oritur, nascendo, Sol, Christus, et occidit, moriendo, et ad locum suum revertitur, in ascensione, ibique renascens, per doctrinam apostolorum et famam per omnes gentes, girat per meridiem, electorum vocando eos, et flectitur ad aquilonem, || reproborum excecando eos, ut non fulgeat eis lumen ewangelii. Lustrans universa in circuitu, mundi, pergit, 25 predicando, spiritus, id est Dominus ex amore incarnatus, et in circulos suos, id est ad interminabilem eternitatem, revertitur, in assumpta mortalitate. Peccatoris ad ipsum conversio designatur, cum dicitur: Et ecce vir nomine Zacheus, princeps publicanorum et ipse dives. Et significat conversam gentilitatem, quoniam ipse gentilis fuit. Ps.: Ethiopia prevenit, scilicet conversionem Iudeorum. 30 Et apparet ex hoc loco, quod non omnis dives est abiectus, sed tantum malus, de quali dicit Gregorius in omelia: Plerumque malus eo magis contra Deum superbit, quo ab eius largitate et contra meritum ditatur, et qui provocari bonis ad meliora deberet, donis peior fit. Qui vero bene utitur datis diviciis, placet Deo. Iob 36.: Deus potentes non abicit. Unde iste dives nominatur tamquam nomine dignus et in libro vite ascriptus, cum dicitur: Ecce, vir nomine Zacheus. Dives vero reprobis non nominatur. Lu. XVI.: Homo quidam erat dives. Ps.: Nec 35 memor ero. Et querebat videre Iesum, quia ipse est desideratus cunctis gentibus, Aggei II. III Reg. X.: Universa terra desiderabat videre vultum Salomonis,

127a

24 Lustrans: M Lustra

1 recte 1 Mach. 2,11 6 Decr. – ubi? 6 Lucan. 5,260 10 Lc. 19,1 11 in precedenti sermone: vide serm. 166. 11 Lc. 7,50 17 1 Mach. 6,57 17 1 Io. 2,17 18 Io. 16,28
19 Tob. 1,15 20 Eccle. 1,5–6 29 Ps. 67,32 31 Greg. M. – ubi? 34 Iob 36,5 36 Lc. 16,1
36 Ps. 15,4 38 Agg. 2,8 38 3 Reg. 10,21

- id est Dei incarnati, ut audiret sapienciam eius, scilicet in doctrina ewangelica. Et non poterat pre turba, quia turba peccatorum et curarum mundi impedit, ne videamus Deum. Io. IX. (III Reg. XIX.:) Non in commocione Dominus. Quia statura pusillus erat, id est in statu fidei imperfectus, qui sustinet fantasias in racione | et concupiscencias in voluntate. Et precurrens, id est carnalia relinquens, 127b
5 ascendit in arborem siccomorum, credendo in crucem et imitando crucifixum, ut videret Iesum, hic per fidem, in futuro per spem. Quia inde, id est per fidem crucis, erat transiturus, scilicet in animas sanctas, vel inde, id est de cruce, erat transiturus, ad gentes. Sicomorus est arbor foliis moro similis, sed altitudinem prestans. Unde et a Latinis celsa appellatur et interpretatur ficus fatua. Et significat crucem Christi, que similitudinem habet mori per ruborem sagwinis, quoniam ipsam crucem perunxit cruor fusus agni corpore. Is. LX.: Quare rubrum est indumentum tuum? Glosa: membra corporis. Celsa vero dicuntur celi a precone, est enim scala peccatorum, per quam Christus rex celorum ad se traxit omnia. Gen. XXVIII.: Scala stabat supra terram et cacumen eius tangebatur celos, et Dominus erat innixus scale. Sed fatua dicitur malorum reputatione. I Cor. I.: Nos predicamus Christum crucifixum, Iudeis scandalum, gentibus stulticiam, Glosa: Sapientibus mundi videtur stulticia de Deo passio et mors. Sed nobis est ficus dulcis fructus exclusa fatuitate, quia nobis est reparatrix vite per Adam amisse, ut dicit Augustinus in Psalmo XLI. Conversi peccatoris suscepcio designatur, cum dicitur: Et cum venisset ad locum, suspiciens vidit illum, scilicet oculo misericordie et aprobacionis. Videre enim Dei eligere vel amare, et dixit ei inspirando in corde et loquendo mente, festinans descende, id est te humilia, quia merito desiderii tui et humilitatis tue, hodie in domo tua oportet me || manere. Sed quia Iudei semper oderunt gencium salutem, ut dicit Glosa, 127c
25 ideo additur maligna murmuracio Iudeorum: Et cum viderent, omnes murmuraverunt, quot ad hominem peccatorem etc. Suscepcionis utilitas est emendacio peccatoris, in quo tria fuerunt, scilicet constancia in fide suscepta, que designatur, cum dicitur: Stans autem Zacheus, Glosa: in ea, quam ceperat fidei veritate consistens. Misericordia, qua facit bona. Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, Chrisostomus super Matheum. Non propter hoc dives accepisti, ut in lascivia consumas, sed ut in elemosinam expendas. Iusticia, qua emendat mala: Et si quid aliquem defraudavi etc. Non enim remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Et notatur, quot bonum est dare de superfluo. Lu. XI.: Quod superest, 35 date elemosinam. Melius dare dimidium, quod fecit iste. Optimum relinquere totum, quod fecerunt apostoli, Mt. XIX. Sed debitum restituere ablatum. Ait Iesus aprobans eius factum et commendans: Hodie huic domui, id est familie, salus a Deo facta est. Et subdit causam: eo quod et ipse filius Abrahe sit, non natura, sed imitacione, Venit enim filius hominis. Manifestat ei misterium, sicut amico suo, querere, per laborem, et salvum facere, per passionem, quod perierat, per culpam. Et racione huius verbi: Hodie huic domo etc., constituit ecclesia legi hoc ewangelium in consecracionibus ecclesiarum. Querebat videre Iesum, et non poterat pre turba. Turbe sunt carnales cogitaciones a visione Dei impediennes, quod probatur a contrario sensu. Mt. V.: Beati mundo corde. Ideo dicitur

3 3 Reg. 19,11 12 recte Is. 63,2 14 scala peccatorum: AH 54,188 15 Gen. 28,12 17 1 Cor. 1,23 20 Aug. – ubi? 31 Ioh. Chrys. – ubi? 34 Lc. 11,41 36 Mt. 19,17 44 Mt. 5,8

nobis Eccli. XVIII.: Ne delecteris in turbis, | id est in voluptuosis cogitationibus, nec in minimis, quando adhuc sunt in ipsa sola conceptione. Assidua est enim commissio illarum, quia frequenter peccatur mortaliter etiam in sola cogitatione, quando consentitur, etsi non ad ipsum opus, tamen ad delectationem
 5 illam, que potest esse ex consideratione talis actionis. Et ad hoc intelligendum dico, quod cum est aliquid delectatio illiciti in parte inferiori rationis aut est morosa, aut non. Si non est morosa, sed statim ab ipsa ratione cohibetur, tunc est leve peccatum. Si autem est ibi mora in delectatione, hoc potest esse duplex, quia aut est ibi mora temporis tantum, scilicet quod non est ibi adversio
 10 sive deliberatio tunc quantumcumque moretur. Ex quo non advertit, non est nec veniale. Mora enim temporis non facit delectationem esse mortalem. Si autem delectatio est morosa, non solum mora temporis, sed etiam aversionis, tunc cum advertit, aut refrenat illam delectationem, et sic adhuc erit veniale. Si autem post aversionem vel deliberationem non reprimat, sed consentit in eam
 15 et advertit se delectari in illicito, et advertit etiam periculum, nec se cohibet, tunc dicitur esse verus consensus in delectationem et esse mortale peccatum, ut habetur II Sententiarum distinctione XXIII.

168. DE DEDICATIONE (TEMPLI)

Tercius sermo

20 Sanctificavi domum hanc, ut ponerem nomen meum ibi, et erunt oculi mei in cunctis diebus, III Reg. IX. Ecclesiam materiale, in qua vel circa quam nunc sumus, tria faciunt honorabilem, scilicet consecratio pontificalis, inhabitatio divinitatis, inspectio Dei amicabile. Et hec notantur in predictis verbis. Consecratio notatur, cum dicitur: Sanctificavi domum hanc, quod pontifex facit
 25 ministerio, sed Deus ipse auctoritate. Et secundum iura ille dicitur aliquod facere, cuius auctoritate fit. Et secundum Philosophum accio tribuitur principali || agenti, non instrumento, ut seccio carpentario, non serre. Dicit ergo: Sanctificavi do(mum) hanc. Deus enim noster sanctus est et talia vult habere ad honorem suum, que sint sibi similia in sanctitate. Suo modo vult habere sanctum habitaculum, sanctum comitatum et sanctum famulatum, ut sit domus sancta, familia
 30 sancta, famulatio sancta. De primo habetur in presenti verbo: Sanctificavi. Ps.: Domum tuam. De secundo Levi. XIX.: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. I Pe. II.: Secundum eum, qui vocavit vos sanctum, et ipsi sancti in omni conversatione sitis. De 3^o Lu. I.: Serviamus illi in sanctitate. Ps.: Ambulans in via.
 35 De sanctitate huius domus duo sunt requirenda, scilicet modus sanctificandi et causa sanctificationis. In modo sanctificandi VIII specialia solent fieri, per que signantur illa, que in sanctificatione domus spiritualis, que sumus nos, debent concurrere. Domus autem materialis in sui dedicatione cinere cribratur, littera inscribitur, aqua aspergitur, cruce pingitur, olio ungitur, cereis illuminatur, cir-

2 ipsa sola: M in marg.

1 Eccli. 18,32 17 Petr. Lomb. sent. – ubi? 21 3 Reg. 9,3 26 Aristot. ? – ubi? 31 Ps. 92,5 32 Lev. 19,2 33 1 Pt. 2,15 34 Lc. 1,74–75 34 Ps. 100,16

cuitur et in altari incensum crematur. In cinere significatur humilitas ecclesie. Iudit X.: Posuit cinerem in capite suo, id est humilitatem in mente. Cinis remanet ex igne moriente, sic humilitas nascitur in mente ex memoria mortis. Et istud primum est in sanctificatione, quia ad humilem Deum prima conversio fit per humilitatem. In littera notatur erudicio ecclesie ad prima fidei rudimenta. Unde conversis primo fit cathecizacio. Mt. ultimis: Euntes docete omnes gentes. In aqua locio baptismi. Eph. V.: Mundavit illam lavacro aque in verbo vite. Et Iudit in figura ecclesie baptizabat se in fonte, Iudith XII. In cruce mortificacio peccati facta | ad imitationem Crucifixi. Gal. V.: Qui Christi sunt, carnem suam 128b
cruci(fixerunt). In oleo consolacio Paracliti, que alleviat et lenit crucem penitencie. Io. I.: De plenitudine eius omnes accepimus gratiam, scilicet consolacionis, pro gracia, mortificationis. In cereis lumen virtutum et bonorum operum. Thob. XIII.: Luce splendida fulgebis. In circuicione custodia angelorum. Zach. IX.: Circumdabo domum meam ex hiis, qui militant michi. Ovis enim sine custode a lupis devoratur, sic ille, qui non est a fidelibus, a diabolo. Ps.: Singularis ferus, id est diabolus, segregatus a consorcio angelorum. In thuris cremacione devocio oracionis. Ps.: Dirigatur oracio mea, hoc est thimiama, quod debet incendi super altare aureum, id est in corde puro et devoto, Exo. XXVIII. Causa consecracionis est, ut ibi Deus laudetur. Ps.: Laus eius in ecclesia. Ut ibi a fidelibus oretur. Ps.: Adorabo ad templum. Ut ibi a doctoribus predicetur. Ps.: Annuncciavi iusticiam tuam. Ut ibi sanctorum reliquie reponantur. Eccli. XLIX. Duodecim prophetarum ossa pululant, scilicet beneficia sanitatis et salutis, de loco suo, id est de ecclesia. Ut ibi fideles sepeliantur. Gen. XLIX.: Sepelite me in spelunca duplici, id est in circuitu ecclesie, que habet sollicitudinem a duobus, scilicet corporibus et animabus. Terra consueta conveniencior est ad quiescendum, ideo frequenter veniendum est ad ecclesiam. Ut inde demones arceantur. Gen. XXVIII.: Terribilis est locus iste, scilicet demonibus. Divinitatis inhabitacio in loco consecrato notatur, cum dicitur: ut sit nomen meum ibi, id est ego, qui sum magnus et nominatus. Nomen autem Dei est bonum. Ps.: Confitebor 128c
nomini tuo, quoniam bonum est. Iac. I.: Et sanctum nomen bonum || invocatum est super vos. Sanctum. Ier. XIII.: Nomen sanctum tuum invo(catum). Lu. I.: Et sanctum nomen eius. Magnum. Mala. I.: Magnum est nomen meum in gentibus. III Reg. VIII.: Audiatur nomen tuum magnum ubique. Munificum. Io. XVI.: Si quid pecieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Quia ergo bonum, ideo amandum. Is. XXVI.: Nomen tuum in desiderio anime. Ps.: Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum. Quia sanctum, ideo venerandum. Phil. II.: In nomine Iesu omne ge(nu). Ps.: Glorificabo nomen tuum in eternum. Quia magnum, ideo timendum. Ps.: Timebunt gentes. II Paral. VI.: Sciant omnes populi nomen tuum et timeant te. Quia munificum, ideo orandum. Soph. III.: Reddam populis labium electum, ut invocent omnes in nomine Domini. Ps.: In nomi-

38 Sciant: M Scient

2 recte Iudith 9,1 6 Mt. 28,19 7 Eph. 5,26 8 Iudith 12,7 9 Gal. 5,24 11 Io. 1,16
12 Tob. 13,13 13 Zach. 9,8 15 Ps. 79,14 17 Ps. 140,2 18 Ex. 28,30 19 Ps. 149,1
20 Ps. 5,8 20 Ps. 39,10 21 Eccli. 49,12 23 Gen. 49,29 27 Gen. 28,17 29 Ps. 53,8
30 recte Iac. 2,7 31 Ier. 14,9 31 Lc. 1,49 32 Mal. 1,11 33 3 Reg. 8,41 33 Io.
16,23 35 Is. 26,8 35 Ps. 5,12 36 Phil. 2,10 37 Ps. 85,12 38 Ps. 101,16 38 2
Par. 6,33 39 Soph. 3,9 40 Ps. 62,5

- ne tuo levabo. Est autem nomen Domini ita munificum, si fideliter oretur, quot exaltat a terrenis. Ps.: In nomine Dei nostri sur(reximus) et erecti (sumus). Dilatat in prosperis, Ps.: Propter nomen tuum deduces me et enutries me. Conservat in adversis. Mt. XVI.: In nomine meo demonia eicient, et si mortiferum quid
 5 biberint. Salvat in excelsis. Prover. XVIII.: Turris fortissima nomen Domini, ad eam currit iusticia et salvabitur. Inspecchio Dei amicabile ad eos, qui sunt de ecclesia, notatur, cum dicitur: et erunt oculi mei ibi. Nam inspecchio oculorum signum est amoris, quia ubi amor, ibi oculus, secundum Remigium. Inspecchio autem penitentialis oculorum Dei debet in nobis efficere pudorem de peccato, ut
 10 erubescamus turpia agere Deo inspiciente, sicut dixit quidam: Cum | quid turpe facis, quo me spectante ruberes. Cur spectante Deo non magis ipse rubes? Quod si contempsimus, avertet a nobis oculos suos, quia mundi sunt oculi eius, ne videant malum, ut dicitur Abac. I. Timorem de supplicio, quia videt et maledicat. Deuter. XXXII.: Vidit Dominus et ad iracundiam concitatus est). Is. LXV.:
 15 Numerabo vos in gladio, et omnes in cede corruens, quia faciebatis malum in oculis meis. Sollicitudinem de bono. Boecius V. (De) consolacione: Magna vobis indicta est necessitas probitatis, cum omnia agatis ante oculos iudicis cuncta cernentis. Securitatem de premio. Eccli. XI.: Oculus Dei respexit illum in bono et erexit illum de humilitate sua. Quod et nobis prestet inspector omnium, Iesus
 20 Christus. Amen.

169. DE CONSECRACIONE ECCLESIE

Sermo quartus

- Venite, ascendamus ad domum Dei, Is. II. Non sufficit homini seipsum salvare, sed debet etiam de aliis curare, quia dicitur Eccli. XVII.: Mandavit unicuique
 25 de proximo, ut scilicet cortina cortinam trahat, Exo. XXV. Et qui audit, Dominum vocantem se, dicat alteri, Veni, Apok. XXII. Talis affectus et sollicitudo de mutua salute exprimitur in hac auctoritate: Venite, ascendamus ad domum Dei, Glosa: non contenti propria salute ortabuntur se invicem dicentes: Venite. Est autem triplex domus Dei, ad quam debemus ascendere. Una est conscientia nostra. Hebre. III.: Filius in domo sua est: que domus sumus nos. Ad hanc
 30 ascendimus, quando ipsam emundamus et a peccato custodimus. I Mach. IIII.: Ascendamus mundare sancta. Mt. IX.: Vade in domum tuam, Glosa: ad internam tui custodiam. Alia est materialis ecclesia. III Reg. VIII.: Edificavi domum nomini tuo. Agei I.: Ascendite in montem, portate ligna, edificate domum, ||
 35 et acceptabilis erit michi. Ad hanc debemus ascendere, quia ibi Deus invenitur. Lu. II.: Invenerunt Iesum in templo. Gen. XXVIII.: Vere Dominus est. Quia ibi

13–14 maledicat: M mendicat 20 Amen: M *al. man.* 25 cortinam: M cortina 25 Et: M *suprascr.* 25–26 Dominum: M Domini

2 Ps. 19,8–9 3 Ps. 30,4 4 *recte* Mc. 16,17–18 5 Prov. 18,10 8 Remig. Ant. – *ubi?*
 10 Cum quid: Walther 4360 13 Hab. 1,13 14 Deut. 32,19 14 Is. 65,12 16 Boeth.
 cons. 5, prosa 6; PL 63,862C 18 Eccli. 11,13 23 Is. 2,3 24 Eccli. 17,12 25 Ex. 25. –
ubi? 26 Apoc. 22,17 30 Hebr. 3,6 31 1 Mach. 4,36 32 Mt. 9,6 33 3 Reg. 8,20
 34 Agg. 1,8 36 Lc. 2,46 36 Gen. 28,16

oracio exauditur. III Reg. VIII.: Quicumque oraverit te in loco isto, exaudi eum. Quia ibi devocio infunditur. Is. LXI.: Letificabo eos in domo orationis mee. Quia ibi reus defenditur. Unde dicit Canon: Reos sagwinis defendit ecclesia, ne vitam perdant et membra. Exo. XXI.: Constituam tibi locum, quo fugiat homicida. Violator vero immunitatis ecclesie punitur interdum etiam in presenti, ut legitur
5 (in) libro X. Tripartite istorie: Eutropius prepositus imperatoris volens vindicare confugientes ad ecclesiam impetravit removeri immunitatem ecclesie, post paucos dies offendit imperatorem, fugit ad ecclesiam, tractus inde decapitatus est. Et inpletum est in eo dictum Sapientis: Vestigat sua peccata scelus iniquus, qua
10 capit insontes se dolet arte capi. Ps.: Convertetur dolor eius in (caput eius). Ps.: Incidit in foveam, scilicet quam fecit. Tercia est habitatio superna, de qua Io. XIII.: In domo Patris mei. Ad quam ascendimus, si digni fuerimus per salvacionem. Ps.: In domum Domini ibimus. Et est domus ista speciosa intuentibus. Ps.: Domine, dilexi etc., et locum habitationis. Spaciosa inhabitantibus. Bar. III.: O
15 Israel, quam magna est domus Dei. Gaudiosa laudantibus. Eccli. LI.: In magna domo auctus est sonus suavitate plenus. Deliciosa fruuntibus. Ps.: Inebriabuntur ab ubertate (domus tue). Quod nobis prestet edificator illius domus, Iesus Christus. Amen. |

129b

170. DE DEDICACIONE SIVE CONSECRACIONE ALTARIS

20 Dixit Iude et Ierusalem: coram altari isto adorabitis? Is. XXXVI. Altare uno modo dicitur mensa Salvatoris. Unde Hebre. XIII.: Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deserviunt, id est carnaliter vivunt. Carnales enim arcentur a comunione. Mt. VII.: Nolite sanctum dare canibus, nec mittatis margari(tas). Mt. XV.: Non est bonum. Alio modo cor hominis,
25 ut Levi. I^o: Sagwinem fundes circa altare. Altare est cor hominis, circa quod sagwis funditur, cum sibi de sagwine Christi predicatur, secundum illud I Pe. I.: Christus passus est pro nobis, ut sequamini. Vel cum ipse de sagwine Christi meditatur secundum Psalmum: Intiguatur pes tuus in sagwine. Sed quidam fundunt sagwinem carnalitatis circa altare sui cordis, scilicet qui cogitant carnalia. De quibus dicit Dominus in Psalmo: Viri sanguinum declinate a me. Ps.: Virum sagwinum abho(minatur Dominus). In primo altari adorandus est Dominus, in secundo amandus. Conveniunt autem ista duo, scilicet amor et oracio, quia amantibus omnia petita conceduntur. Unde I Io. III.: Quicquid pecierimus ab eo, accipiemus, quia mandata eius custodimus, Glosa: caritatem. De primo
35 altari dicitur: Dixit Iude et Ierusalem etc. Ubi notandum est primo, qua necessitate teneamur orare, quia ex precepto Dei. Dixit enim Iude, id est rex Ezechias,

8 ecclesiam: M *add. et del.* tractus inde decapitatus est 11 Tercia: M Tercio

1 3 Reg. 8,42 2 *recte* Is. 56,7 3 Reos sagwinis – ubi? 4 Ex. 21,10 6 Cassiod. hist. 10,4; PL 69,1167A 9 Vestigat sua – quis et ubi? 10 Ps. 7,17 10 Ps. 7,16 11 Io. 14,2 13 Ps. 121,1 13 Ps. 25,8 14 Bar. 3,24 15 *recte* Eccli. 50,20 16 Ps. 35,9 20 Is. 36,7 21 Hebr. 13,10 23 Mt. 7,6 24 Mt. 15,26 25 Lev. 1,5 26 1 Pt. 2,21 28 Ps. 67,24 30 Ps. 138,19 30 Ps. 5,7 33 1 Io. 3,22

- per quem significatur Christus, qui precipit nobis orare. Mt. XXVI.: Vigilate et orate. Secundo, quibus competat orare, quia recte credentibus et munde viventibus. Recte credentes designantur per Ierusalem, que interpretatur visio pacis et significat || fidem, in qua est visio Dei, qui est pax nostra. Iac. I.: Postulet
 5 in fide nichil esitans. Munde viventes designantur per Iudam, qui interpretatur confitens. Confessio enim mundat et facit acceptari oracionem. Aliter autem peccatores non exaudit, Io. IX. Ps.: Iniquitatem si aspexi. Primum est contra hereticos, qui non habent fidem rectam, ideo cum orant, non exaudiuntur. Tre. III.: Opposui nubem, erroris, ne transeat oracio. Secundum contra malos Christianos, qui non habent mundam vitam, qui similiter non exaudiuntur. Is. I.: Cum multiplicaveritis oracionem, non exaudiam, manus enim vestre sagwine plene sunt. Tercio, in quo loco sit orandum, quia coram altari, ut habetur in verbo presenti, licet enim Deus ubique sit et oraciones iustorum exaudiat, magis tamen in ecclesia, id est ecclesiam specialiter et singulariter domum oracionis vocavit.
 10 Lu. XVII.: Domus mea etc. De secundo altari dicitur Levi. VI.: Ignis, scilicet dileccionis, in altari meo, id est in corde humano, semper ardebit, quem nutriet sacerdos subiciens ligna, id est predicans crucis beneficia, que maxime inflammant ad amorem. Ber(nardus) super Cant.: Super omnia reddit te amabilem michi, bone Iesu, calix quem bibisti, opus redemptionis nostre. Alleviant tribulationem. Exo. XV.: Misit lignum in aquas amaras et dulciora te sunt. Sanant infirmitatem. Infirmi enim sanabantur in piscina ex virtute ligni crucis, quod ibi dicitur fuisse et supernatasse tempore passionis, Io. V. Liberant a temptatione. Exemplum de aspicientibus serpentem eneam in palo, Numeri XXI. Educunt de mundo. Sap. XIII.: Transeuntes mare per ratem liberati sunt. Beatificant in celo. Prover. III.: | Lignum vite est hiis, qui apprehenderint eam et qui tenuerint
 25 eam, beatus etc. 129c 129d

171. <DE MORTUIS>
 Sermo primus pro defunctis

- <C>ircumdederunt me gemitus mortis <Ps. XVII>. Moriens circumdatur a multis malis, scilicet a doloribus corporalibus, ab iniquitatibus mentalibus, a demonibus infernalibus, a cruciatibus gehenalibus. De circumdacione dolorum corporalium dicitur in hoc verbo: Circumdederunt me dolores mortis. Qui dolores in hominibus sunt multi. Tre. II.: Multi enim sunt gemitus mei et cor me(um) merens. Continui. Eccles. II.: Cuncti dies eius doloribus pleni sunt. Ps.: Dolor meus in conspectu meo semper. Iob XIII.: Caro eius, dum vivit, dolebit.
 30 Amari. I Mach. VI.: Apprehendit eum dolor dirus viscerum et amara interiorum tormenta. Unde et mors dicta est ab amaritudine. De circumdacione demonum insidancium dicitur in Psalmo: Inimici mei animam meam <circumdederunt>.

5 qui: M iter. 11 sagwine: M saguini

1 Mt. 26,41 4 Iac. 1,6 7 Io. 9,31 7 Ps. 65,18 8 Lam. 3,44 10 Is. 1,15
 15 recte Lc. 19,9 15 Lev. 6,12 18 Bern. serm. in cant. 20,2; PL 183,867C 20 Ex.
 15,25 23 Num. 21,9 24 Sap. 14,5 25 Prov. 3,18 29 Ps. 17,5 33 recte Lam. 1,22
 34 Eccle. 2,23 34 Ps. 37,18 35 Iob 14,22 36 recte 2 Mach. 9,5 38 Ps. 16,9

Quorum circumdacio est nociva et penalis, quia vexat per temptacionem de culpa. III Reg. III.: Circumdada est civitas, scilicet mentis hominis, a fundibulariis, id est demonibus temptantibus, et ex magna parte percussa, scilicet in anima, quia facit peccare per cogitacionem, si non potest per operacionem. Sollicitat
5 per timorem de pena. Ps.: Circumdederunt me sicut apes. Demones comparantur apibus, quia pungunt suggerendo timorem viciosum et ultra debitum modum. De consideracione pene, que debetur peccatoribus. Et hoc faciunt ex invidia, ideo sequitur: et exarserunt sicut ignis. Glosa: facule invidie. Elongat per desperacionem a gloria. Lu. XIX.: Circumdabunt te inimici tui vallo, id est inpedimento
10 salutis, scilicet desperacione. Ps.: Ipsi calcaneum meum, Glosa: finem vite. Quia enim secundum finem homo iudicatur, || ideo fini insidiatur. Et istud sequitur ad illud, quod primo dictum est, quia enim vehementem timorem incutit, ideo
desperare facit. Contra talem circumdacionem semper debemus dicere Deo nostro: Tu es refugium meum a tribulacione, que circumdedit me: exultacio etc.
15 De circumdacione iniquitatum commissarum dicitur in Psalmo: Circumdederunt me mala, quorum non est numerus, comprehenderunt me etc. Sed in hac circumdacione remedium est penitencia continens contricionem, confessionem, satisfaccionem, que omnia quamvis moriens non possit facere, sufficit tamen sibi contricio, in qua non tam consideratur mensura temporis, quam doloris. Isidorus
20 De summo bono: Penitencia non tempore pensatur, sed profunditate luctus et lacrimarum. Ber(nardus) in sermone: In conpuncione cordis divinitus eiciuntur demonia, cum ab affectu cordis eradicantur peccata. Iulius papa IIII. De Sentenciarum distincione XX.: Non modo temporis, sed et cordis Deus inspector, sicut latro probat. Ideo confessio ultimo tempore esse potest. Ideo talibus non
25 est imponenda penitencia, sed innotescenda, ut dicit Theodorus in Penitenciali, scilicet ut propositum habeat complendi, si evadat, vel ut faciat per amicos, quod per se non potest, quia humana caritas potest solvere debitum alterius. De circumdacione cruciatuum gehennalium dicitur Abac. II.: Circumdabit te calix, id est pena, dextere Domini, id est inflicta a potencia Domini. Et ibi erunt do-
30 lores ut parturientis, quia sive sit in inferno, sive in purgatorio, semper erit in gehenna quantum ad locum et punicionis instrumentum. Nam idem est ignis inferni et purgatorii secundum substanciam et locum, differens tantum secundum effectum, quia bonos cruciat et purgat, malos tantum cruciat, et est eternus secundum substanciam, temporalis secundum effectum purgacionis. Unde | dicit
35 Gre(gorius) in Dialogo: Sicut sub eodem igne aurum rutilat, palea fumat, sic sub eodem igne peccator crematur, iustus purgatur. Augustinus I. De ci(vitate) Dei: Sicut sub eadem tribula palee conminuuntur per frumenta purgantur, ita una et eadem vis purgat bonos, malos dampnat. Non enim ideo cum oleo amurca confunditur, quia eodem preli pondere exprimitur. Sed ab hac circumdacione penali
40 liberat bonos gracia Christi. Sap. X.: Sapiencia hos, qui in se crediderunt, a dolo-

130a

130b

4 Sollicitat: M Sollicitant 14 meum: M iter. et corr. 22 IIII.: M add. et del. de 35 Dia-
logo: M Dialogo 36 igne: M add. et del. aurum rutilat 37 Sicut: M Sic

2 4 Reg. 3,25 5 Ps. 117,12 9 Lc. 19,43 10 Ps. 55,7 14 Tu es: Ps. 31,7 15 Ps.
39,13 19 Isid. - ubi? 21 Bern. serm. asc. Dom. 1,3; PL 183,301A 23 Petr. Lomb. sent.
4,20 25 Theodorus - ubi? 28 Hab. 2,16 35 Greg. M. - ubi? 36 Aug. civ. 1,8,2; PL
41,21 40 Sap. 10,9

- ribus liberavit. Gloria paradisi. Is. XXXV.: Venient in Sion, gaudium et leticiam optinebunt, et fugient dolor et gemitus. Exigencia meriti. Quidam enim sic vixerunt, quod merentur iuvare ab aliis, et cum pro eis fit aliquid, non nova merita eis comparantur, sed eorum precedentibus meritis consequentia ista redduntur, ut dicit Augustinus in libro De cura mortuorum. Circumdederunt me dolores mortis. Triplex est mors, scilicet nature. Is. 36.: Dispone domui tue, quia morieris tu. Gen. 25.: Deficiens mortuus est. Culpe. Sap. II.: Deus mortem non fecit. Eze. XVIII.: Anima que peccaverit. Gehenne. Ps.: Sicut oves in inferno. Ps.: Mors peccatorum. Mala quidem in amissione mundi, peior in separacione anime, pessima in vermis ignisque duplici contricione, secundum Bernardum in epistola. Quelibet istarum morcium habent suum dolorem. Dicitur autem dolor esse sensus divisionis. Ideo dico, quod mors nature (habet) dolorem divisionis ab anima. I Reg. XV.: Siccine separat me. Mors vero culpe habet dolorem divisionis a gratia. Ier. II.: Malum est et amarum relinquisse Deum tuum. Mors gehenne habet dolorem divisionis a gloria. Is. LVI.: Separacione dividet me Dominus a populo suo. ||

130c

172. DE MORTUIS

Secundus sermo

- (H)omo natus de muliere, brevi vivens tempore repletur multis miseriis, Iob 14. Homo secundum corpus habet multas malas condiciones, de quibus tres tanguntur in verbis istis, scilicet fragilitas originis, brevitatis duracionis, gravitas punicionis. Si ergo queritur, qualis est homo, potest dici, quot secundum originem fragilis, secundum duracionem finibilis, secundum penalitatem multis miseriis (afflictus). Ffragilitas in origine notatur, cum dicitur: Homo natus de muliere. Mulier enim in Sacra Scriptura aliquando est nomen iniquitatis et culpe, ut Eccles. VII.: Inveni amariorem morte mulierem, id est concupiscenciam carnalem. Aliquando est nomen sexus et virentis nature, ut Io. III.: Quid michi et tibi est mulier. Aliquando nomen pietatis et gratie, ut Eccli. XXVI.: Ubi non est mulier, id est pietas officiosa, ingemiscit egens. Aliquando nomen fragilitatis et miserie, ut hic: Homo natus de muliere. Non enim sonat hic iniquitatem, non condicionem, non pietatem, sed fragilitatem. Homo enim nascitur de muliere, id est de fragili origine. Nichil autem operatur ultra suam speciem. Non enim effectus excedit causam suam, ut radiacio Solem. Augustinus IIII. De Trinitate: Quia ex illa manat. Non enim vicerit, de qua genita est. Ideo de muliere fragili nascitur homo fragilis. Gre(gorius) in principio Iob: Edita soboles speciem sue matris imitatur. Brevitas in duracione notatur, cum dicitur: brevi vivens tempore. Est autem brevitatis leticie secularis. Iob XX.: Laus impiorum brevis est et

6 tue: M corr. ex tuam 13 separat: M iter. et corr.

1 Is. 35,10 5 cf. Aug. cur. mort. 1,2; PL 40,593 6 recte Is. 38,1 7 Gen. 25,8 7 recte Sap. 1,13 7 Ez. 18,4 8 Ps. 48,15 8 Ps. 33,22 10 Bern. epist. 105; PL 182,241B 14 Ier. 2,19 15 Is. 56,3 19 Iob 14,1 26 Eccle. 7,27 27 recte Io. 2,4 28 recte Eccli. 36,27 33 Aug. trin. 4,20,27; PL 42,906 35 Greg. M. – ubi? 37 Iob 20,5

gaudium ipocrite ad instar puncti. Gaufridus in Poetria: Quam brevis est risus, quam longa est lacrima mundi. Sententia clericalis, quia gaudent brevitate moderni. Ideo secundum | Oracium poetam: Quitquid precipies, esto brevis, ut cito dicta percipiant animi dociles teneantque fideles, omne supervacuum pleno de pectore manat. Act. XXIII.: Tertullus orator dixit: Ne te protraham, oro, breviter audias nos. Oracius in epistola: In publica comoda peccem, si longo sermone morer tua tempora, Cesar. Gracie humilitatis. Eccli. XI.: Brevis, id est humilis, in volatilibus, id est in sanctis, apis, id est anima studiosa in operibus bonis. Vite corporalis, de qua nunc dicitur: brevi vivens tempore. Et ista brevis debet nobis incutere primo, timorem de morte, quia cito moriemur. Iob III.: De mane usque ad vesperam succidentur. Psalmus: Dies mei sicut umbra. Gre(gorius) in Registro: Vita nostra naviganti similis est: is namque, qui navigat, stet, iacet, sedeat, vadit, quia impulsu navis ducitur. Ita et nos sumus, quia sive vigilantes, sive dormientes, sive iacentes, sive ambulantes, sive nolentes, sive volentes per momenta temporum cottidie ad finem ducimur. Secundo, sollicitudinem de opere, quia non possumus dicere: Cras faciam, non modo, ignorantes, quid fiat de nobis usque crastinum. Prover. XXVII.: Ne glories in crastinum ignorans, quid superventura pariat dies. Eccles. IX.: Quodcumque potest manus tua, instanter operare. Augustinus De conf(essionibus): Dicenti michi: Surge, qui dormis, non erat, quid responderem veritate convictus, nisi verba lenta "ecce modo", "sine paululum". Sed "modo" non habebat modum et paululum ibat in longum. Augustinus De verbo Domini: Illa res est, que multos occidit, cum dicunt: Cras, cras, et subito hostium clauditur et remanet foris, cum || voce corvina, quia non habuit gemitum columbinum. Tercio, acceleracionem confessionis. Eccli. XVII.: Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere, a mortuo, quasi nil, perit confessio. Eccli. XLI.: Non est in inferno accusacio vite, id est confessio delictorum. Quarto, distribucionem possessionis. Is. XXXVIII.: Dispone domui tue, quia morieris tu. Bona enim intestatorum male distrahuntur. Lu. XII.: Hac nocte repetent a te animam tuam; que autem parasti, cuius erunt? De tali dicitur Iob XXVII.: Dives, cum dormierit, nichil secum affert. Sicut factum est de Alchimo, cuius os obclusum est et non potuit mandare de domo sua, I Mach. IX.: Gravitas in punicione notatur, cum dicitur: repletur multis miseriis. Est autem quadruplex miseria in homine, scilicet fortune, nature, culpe et gehenne. Miseria fortune consistit in defectu resurrectionis, de qua dicitur Iob 36.: Cave ne declines ad iniquitatem, hanc enim cepisti sequi post miseriam, id est post amissionem rerum tuarum. Miseria nature consistit in defectu virium, de qua dicit Psalmus: Miser factus sum et curvatus sum, et non est sanitas in carne mea. Miseria culpe consistit in perpetuacione peccatorum. Prover. XIII.: Miseros facit populos peccatum. Miseria gehenne consistit in perpessione suppliciorum.

130d

131a

2 Sentencia: M Sentencie 19 Dicenti: M Dicente 27 distribucionem: M add. et del. confessionis 29 parasti: M parasti 31 Alchimo: M Alchinio

1 Gaufr. Vinos. poetr. nova 430 3 Hor. epist. 2,3,335-337 5 Act. 24,4 6 Hor. epist. 2,1,3-4 7 Eccli. 11,3 10 Iob 4,20 11 Ps. 101,12 11 Greg. M. epist. 7,29; PL 77,884D 17 Prov. 27,1 18 Eccle. 9,10 19 Aug. conf. 8,5,12; PL 32,754 22 Aug. serm. 82,11,14; PL 38,512 24 Eccli. 17,26 26 Eccli. 41,7 27 Is. 38,1 28 Lc. 12,20 30 Iob 27,19 31 1 Mach. 9,55 34 Iob 36,21 37 Ps. 37,7-8 38 Prov. 14,34

Iob X.: Terra miserie et tenebrarum. Ps.: In ignem deicies eos, in miseriis non subsistent, id est deficiunt, quia impacienter ferunt. Iob III.: Tetigit te plaga et defecisti. Inpa- | cientem enim esse in pena, est deficere. Ier. XX.: Defeci ferre 131b
 5 misericordias suas, contra miseriam paupertatis opponit misericordiam provisionis. Ps.: Miserator et misericors Dominus escam dedit. Nee. IX.: In misericordiis tuis multis aquam dedisti eis in siti et manna tuum non prohibuisti ab ore eorum. Contra miseriam infirmitatis opponit misericordiam curacionis. Phil. II.: Infirmatus est, sed Deus misertus est eius, scilicet sanando. Sap. XVI.: Misericordia tua adveniens sanabat illos. Contra miseriam culpe opponit misericordiam remissionis. Tre. III.: Misericordie Domini, quod non sumus consumpti. Contra miseriam gehenne opponit misericordiam glorificacionis. Ps.: Coronat te in misericordia.

173. <DE MORTUIS>

15 Sermo tercius

(H)omo, cum mortuus fuerit et nudatus atque consumptus, ubi, queso, est? Iob XIII. Hominem mortuum tria mala comitantur in morte, scilicet amissio bonorum fortune, amissio bonorum nature, et incertitudo salutis eterne. Quantum ad amissionem temporalium homo mortuus dicitur denudatus, quantum ad 20 naturalia dicitur consumptus, quantum ad premia ponitur in questione, ubi sit locatus. Et est dicendum, quod nescitur. Exo. XXXII.: Huic viro quid acciderit, nescimus. Eccles. IX.: Nescit homo, utrum amore an odio dignus sit. Hebre. XI.: Exiit nesciens, quo iret. Ad bona fortune pertinet domus et familie substance et divicie, a quibus homo mortuus nudatur, id est spoliatur. Iob II.: Nudus || 131c
 25 egressus sum, nudus revertar illuc. Eccles. III.: Miserabilis prorsus infirmitas, quo modo venit, sic revertetur. I. Tim. VI.: Nichil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre possumus. Ps.: Cum interierit, non sumet omnia. Exemplum cuiusdam ducis Babilonie, qui in morte sua trium ulnarum telam in lancea portari fecit clamans et dicens: Tantum portat secum dux de omnibus diviciis suis. Iuvenalis de Allexandro Magno: Cuius votis modo non suffecerat 30 aurum, quod Thagus et rutila volvit Pactolus arena frigida sufficient velantes inguina panni. Ad bona nature pertinet sanitas corporis, iuventus etatis, fortitudo roboris, nobilitas generis, multitudo cognacionis, que omnia consumerentur et perirent homini morienti. Iob III.: Qui habitant domos luteas, consumerentur velud a tineis. Ad questionem autem illam, scilicet ubi sit homo mortuus, et nudatus, 35 et consumptus, non est danda una responsio, quia non omnes ad unum locum conveniunt, sed quidam horum sunt in sterquilinio inferni. Iob XX.: Si ascende-

23 XI.: M *add. et del.* Exiens 27 haud: M hanc 34 III.: M *corr. ex* XXIII

1 Iob 10,22 1 Ps. 139,11 2 Iob 4,5 3 Ier. 20,9 6 Ps. 110,4-5 6 2 Esdr. 9,20
 8 Phil. 2,27 9 Sap. 16,10 11 *recte* Lam. 3,22 12 Ps. 102,4 17 Iob 14,10 21 Ex.
 32,1 22 Eccle. 9,1 22 Hebr. 11,8 24 *recte* Iob 1,21 25 *recte* Eccle. 5,15 26 1 Tim.
 6,7 27 Ps. 48,18 30 Iuv. 14,298-300 34 Iob 4,19 37 Iob 20,6-7

rit in celum superbia eius, quasi sterquilinum in fine perdetur et qui viderant, dicent: Ubi est? Bar. III.: Ubi sunt, qui in avibus celi ludunt, ut venatores, qui argentum congregant, ut mercatores? Exterminati sunt et ad inferos descendunt. Quidam sunt in incendio purgatorii. Iud. V.: Ubi collisi sunt exercitus, ibi narretur iusticia et clemencia Domini in fortes eius. Exercitus demonum colliditur in loco purgatorii, quia ibi arcentur a punitione animarum. Iniustum est enim, ut qui de aliquo finaliter triumphavit, rursus ei subdatur et | in illo loco narratur iusticia Domini, quia punit, et clemencia, quia minus punit. Additur autem: in fortes eius, quia illuc soli illi vadunt, qui habuerunt fortitudinem spiritualem. Quidam sunt in palacio celi. Eccles. VI.: Quid habet amplius sapiens a stulto? nisi ut pergat illuc ubi est vita? 131d

174. <DE MORTUIS>

Sermo quartus

<M>odicum plora super mortuum, quoniam requievit, Eccli. XXII. Vita flebilis non potest terminari nisi cum fletu. Et hoc tam eius, qui moritur, quam eciam eius, qui mortuo conpatitur, nam morientes plorant aliquando volentes, aliquando ignorantes. Volentes quidem plorant quidam ex devocione commendantes se Deo, sicut fecit Dominus cum clamore et lacrimis commendans se Patri in morte dicens: Pater, in manus tuas, Lu. XXIII., Hebre. V. Quidam ex timore putantes se mitti in penam, sicut Dominus dicit Lu. XIX.: Si cognovisses, scilicet mala tibi imminencia, et tu, suple: fleres. Ber(nardus) super Cant.: Ego, quoniam peccator sum, dissolvi non cupio, sed formido, sciens, quoniam mors peccatorum pessima. Quid enim? secure <ne> exeo, si non Dominus custodiat exitum meum? Heu! ero preda demonum non assistente, qui redimat, neque qui salvum faciat. Quidam ex gravitate infirmitatis, quia ut dicit Augustinus III. Sentenciarum dis(tinctio) XX.: In morte cruciatus membra ligat, et dolor sensum comprimit. Quorum vox est Ier. XLV.: Ve michi, quia addidit Dominus dolorem dolori meo. Quidam ex inapaciencia mentis, quia coguntur dimittere seculum et ea, que dilexerunt in mundo, ut Antiochus, I Mach. VI.: Pereo tristicia magna. Plorant eciam interdum nolentes et non intendentes. Nam unum de ceteris || signis mortis est, quando oculi morientis sponte lacrimantur. Unde dictum est: Sponte sua plorans mortis denunciat horas. Et in oculis talium pupilla dicitur extingwi tribus diebus ante mortem. Mortuis vero adherentes solent eciam plangere mortuos suos. Et hii aliquando plangunt pro dampno temporali, quia amittunt utilitatem suam in eo. Ber(nardus) super Cant.: Videmus mortuos cottidie plangere mortuos suos: fletum multum et fructum nullum. Et, nisi fallor, sola plorantur incomoda vite presentis. Et plorandi sunt, qui ita plorant. Aliquando 132a

5 narretur: M narietur 8 iusticia: M add. et del. et clemencia 23 Quid: M Quoniam
36 nisi: M in marg. corr. ex diu ?

2 Bar. 3,16-19 4 Iud. 5,11 10 Eccle. 6,8 14 Eccli. 22,11 19 recte Lc. 24,46
19 Hebr. 5,7 20 Lc. 19,42 21 Bern. serm. in cant. 56,5; PL 183,1048D 23 Quid enim:
Ps. 33,22 25 Petr. Lomb. sent. 4,20 27 Ier. 45,3 29 I Mach. 6,13 32 Sponte sua -
quis et ubi? 35 Bern. serm. in cant. 26,8: PL 183,909B

- lugent modum moriendi, ut in illis, qui interficiuntur in scelere sine signis penitencie. Ieronimus ad Paulam: Lugeatur mortuus, sed ille, quem gehenna suscipit, in cuius pena(m) eternus ignis estuat. Ber(nardus) super Cant.: Planxit David super paricida filio, cui perpetuo sciret obstructum exitum de ventre mortis mole criminis, II Reg. XVIII. Aliquando ex compassione nature. Bernardus: Luctus meus humano pensetur affectu, non usu. Non sum insensibilis ad mortem. Mortem horreo et meam et meorum. Aliquando enim homo sciret non esse flendum, si rationem vis doloris admitteret, sed non potest vincere affectum rationis iudicium. Ideo non simpliciter dicit: Noli plorare super mortuum, sed: modicum plora, id est temperate satisfaciendo desiderio, non contradicendo iudicio. Bernardus: Quia sencio penam, non reprehendo sententiam. Humanum est hoc, illud impium. Additur autem ratio non lugendi, quoniam, inquit, requieuit, id est in superna pace pausavit, secundum illud Psalmiste: In pace, que est in idipsum, id est immutabiliter, dormiam et requiescam. Ista requies datur laborantibus. Is. XIII.: | Requiem dabit tibi a labore tuo. Levi. XX.: Dabo vobis terram fluentem lac(te) et mel(le), Glosa: deliciis beatitudinis, quibus nichil est suavius, et sine omni labore erunt, sicut mel et lac sine nostro labore preparantur. Audientibus. Eccli. VI.: Adtende ad sapienciam, et invenies requiem in ea. Obedientibus. Mt. XI.: Tollite iugum, precepti, et invenietis. Penitentibus. Abac. III.: Ingredia-
- 132b
- tur putredo, penitencie, in ossibus meis, id est ad interiora cordis, et subter me, id est intus in consciencia, scateat, scilicet abhominacio culpe, ut quiescam in die tribulacionis, id est mortis. Concordantibus. Is. LXVII.: Veniat pax, id est homo pacificus, abstractum pro concreto, et quiescat in cubili suo, scilicet illo exultabunt sancti. Lugentibus. Eccli. XLIII.: Super congregacionem aquarum, id est pro multitudine lacrimarum, requiescent. Beati enim, qui lugent. Humilibus. Iud. V.: Galaad trans Iordanem quiescebat. Iordanis interpretatur humilis descensus, ultra quem quiescitur, quia merito humilitatis quies superna confer-
- 132c
- tur. Non datur superbis. Eze. VII.: Germinavit superbia, et non erit eis requies. Inmundis. Mt. XII.: Spiritus immundus querit requiem et non invenit. Perfidis. Hebre. III.: Non potuerunt intrare in requiem propter incredulitatem. Et communiter omnibus dampnatis. Iudit. IIII.: Egressi mare rubrum, id est cruentum seculum, deserta occurrerunt, id est desolaciones inferni, in quibus nunquam requieuit. Ier. XVI.: Servietis diis alienis. Datur in celo, non in mundo. Gen. VIII.: Requieuit arca etc. Armenia interpretatur mons vulsus, significat celum altum et a terra remotum, quot est locus || quietis arce, id est anime. Iob XXX.: Ibi requieverunt fessi robore. Inmundo autem non est quies. Michea(s) II.: Surgite et abite, quia non habetis. Tren. III.: Afflictus est oculus meus eo, quod non esset requies. Datur in morte, non in vita. Gen. VIII.: Columba non invenit, ubi requiesceret pes eius. Aque enim, tribulacionum, omnia relevarant, ideo rever-

31 Egressi: M Egressis

2 Hier. epist. 39,3; PL 22,468 3 Bern. serm. in cant. 26,12; PL 183,911A 5 recte 2 Reg. 19,1 5 Bern. serm. in cant. 26,8 ei 9; PL 183,909B et 909D 11 Bern. serm. in cant. 26,10; PL 183,910A 13 Ps. 4,9 14 Is. 14,3 15 Lev. 20,24 18 Eccli. 6,29 19 Mt. 11,29
19 Hab. 3,16 22 recte Is. 57,2 24 Eccli. 43,22 25 Beati enim: Mt. 5,4 26 Iud. 5,17
28 Ez. 7,10-11 29 Mt. 12,43 30 Hebr. 3,19 31 recte Iudith 5,14 33 recte Ier. 5,19
33 Gen. 8,4 35 recte Iob 3,17 36 Mich. 2,10 37 Lam. 3,49 38 Gen. 8,9

sa est ad arcam, celi, in vespere, mortis. Soph. II.: Ad vesperam requiescent, quia visitabo eos, scilicet in morte suscipiendo. Ad hanc deferunt ministeria angelorum. Prover. XXVI.: Legatus fidelis animam illius requiescere facit. Lu. XV.: Mortuus est mendicus et portatus est. Chrisostomus in sermone: Tante pene
 5 repente deliciis conmutantur, ut portetur ab angelis, ne saltem ambulans laboraret, quia post tantos labores defecerat et non suffecerat ad portandum pauperi unus angelus, sed plures veniunt, ut chorum leticie faciant. Merita sanctorum. Eccli. XXXVIII.: Ipsi Dominum deprecabuntur, ut dirigat requiem illorum, scilicet mortuorum. Suffragia ecclesie, que dicit in missis mortuorum: Requiem
 10 eternam dona eis Domine. Subsidia elemosine. Deuter. XXII.: In una urbium tuarum requiescet, scilicet in uno opere misericordie, scilicet in dacione calicis aque frigide, si plus non potest, Mt. X. etc.

175. <DE MORTUIS>
 Sermo quintus pro defunctis

15 <D>efecit in dolore vita mea <Ps. XXX>. Dolor est comes individuus vite nostre, quia ingredimur in mundum cum dolore, progredimur in mundo cum dolore, et egredimur de mundo cum dolore. Et ita dolor est <in> ingressu nativitat-
 20 tis, in progressu peregrinationis, in egressu defuncionis. Unde expertus hunc triplicem dolorem dicit: Defecit etc. Augustinus De spiritu | et anima: Consi-
 25 deremus miseras nostras. Lugentes enim in hanc vitam intravimus, cum labore vivimus, cum dolore exituri sumus. Describitur autem in hiis verbis miseria humane vite quantum ad brevitatem et penalitatem. Antecedit enim vita brevis. Et quo ad hoc dicit: Defecit vita mea. Et sequitur dolor gravis. Et quo ad hoc dicit: Defecit in dolore. De brevitatem vite nostre dicitur Sap. II.: Exiguum est tempus vite nostre. Seneca in epistola: Nemo quam bene vivat, sed quamdiu curat. Cum
 30 omnibus possit contingere, ut bene vivant, ut diu nulli. Et propter hoc comparatur vita nostra umbre transeunti. Sap. II.: Umbre enim transitus est tempus nostrum. Ps.: Dies mei sicut umbra. Et aque decurrenti. I Reg. XIII.: Omnes morimur et quasi aque dilabimur in terram. Et flori decidenti. Is. XL.: Exsiccatum est fenum, et cecidit flos. Ps.: Homo sicut fenum, dies eius sicut flos agri. De penalitate vite nostre Gen. XLVII.: Dies vite mee parvi et mali, id est bre-
 35 ves et penales. Augustinus De verbis Domini: Dies mali sunt, quos agimus in corruptela huius carnis, in qua est timor torquens, cupiditas avida, tristitia arida, falsa voluptas, nulla gaudii securitas. Et tamen rogant homines Deum, ut diu vivant. Quid est diu vivere, nisi diu torqueri? Quia ergo parvi sunt dies nostri et mali, ideo recte dicitur: Defecit, quantum ad brevitatem, in dolore, quantum ad penalitatem. Est autem dolor in nascendo. Bernardus in sermone: In tenebris confovemur, in conceptu miseras matres oneramus, in exitu more vipere lacera-
 mus. I Reg. III.: Incurvavit se et peperit, et egressa est anima eius pre dolore.

132d

1 Soph. 2,7 3 recte Prov. 25,13 3 recte Lc. 16,22 4 Ioh. Chrys. – ubi? 8 Eccli. 38,14
 10 recte Deut. 23,16 12 Mt. 10,42 15 Ps. 30,11 19 Ps. Aug. spir. et an. 49; PL 40,816
 24 Sap. 2,1 25 Sen. epist. 23,13 27 Sap. 2,5 28 Ps. 101,12 28 recte 2 Reg. 14,14
 29 Is. 40,7 30 Ps. 102,15 31 Gen. 47,9 32 Aug. serm. 84,2; PL 38,519–520 37 Bern.
 serm. in fer. IV. hebdom. s. 6; PL 183,266A 39 1 Reg. 4,19

In vivendo. Ier. XX.: Egressus sum videre laborem et dolorem. Iob V.: || Homo nascitur ad laborem. In moriendo. Baruc II.: Mortui sunt in laboribus et in doloribus pessimis. Et hic dicitur: Defecit in dolore vita mea. Est autem timendus iste defectus, quia est subitus. I Tes. V^o: Cum dixerint: Pax et securitas, tunc repentinus superveniet eis interitus. Iob XVI.: Ego ille condam opulentus repente contritus sum. Quia perpetuus. Ps.: Deficiant peccatores a terra et iniqui, ita ut non sint. II Reg. XII.: Quia mortuus est, non possum eum revocare. Quia communis omnibus et nullus evadit. Eccles. II.: Moritur doctus similiter ut indoctus. Treni III.: Defecerunt de plateis iuvenes et senes. Bernardus in sermone: Mors nulli parcit etati, senibus est in ianuis, iuvenibus in insidiis. 133a

176. <DE MORTUIS>
Sermo sextus pro defunctis

Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, I Tesa. 4. Intencio apostoli est in hac epistola tollere tristitiam, que possit esse de carorum morte, et adgenerare letitiam, que debet esse de carorum melioracione. Prosequens itaque primam intencionem dicit: Nolumus vos ignorare, id est in huius rei ignorancia relinquere, scilicet de dormientibus, id est de mortuis, ut non contristemini, scilicet inconsolabiliter de morte amicorum, sicut et ceteri, id est infideles, qui spem non habent, scilicet immortalitatis. Dicit autem fideles mortuos esse dormientes primo, propter confortacionem spei nostre resurrectionis. Augustinus in Glosa dormientes eos appellat, ut cum dormientes audimus, evigilare posse credamus. Ieronimus ad Theodoram: Non mors, sed sompnus appellatur, ut quos dormire novimus, suscitari posse credamus. Secundo, ut insinuet facilitatem resurrectionis. Nemo enim tam facile potest socium a sompno excitare, quam facile suscitabuntur a morte. | Gregorius: Minus est Deo reparare quod fuit, quam creasse quod non fuit. Tercio, propter idemptitatem resurgentis, sicut idem surgit, qui dormivit. Iob IX.: In carne mea videbo, quem visurus sum. Augustinus: Non erit aliud corpus in mundo novum secundum originem, sed que cadet, illa surgit. Quarto, propter integritatem, quia nullum membrum dormiens in lecto relinquitur. Lu. XXI.: Capillus de capite vestro. Augustinus in Enchir(idion): Non perit Deo terrena materies, de qua mortalium caro creatur, sed in quemlibet pulverem solvatur, illi anime reddetur, que illud prius, ut homo fieret, animavit. Quinto, propter melioracionem, quia dormiens vividior resurgit, quam sopor irrigat artus. I Cor. XV.: Seminatur, id est moritur, in ignobilitate, id est sine omni honore, surget in gloria, id est gloriosum. Augustinus in Enchir(idion): Resurgent sanctorum corpora sine ullo vicio, in quibus tanta 133b

8 ut: M *suprascr.* 10 ianuis: M annis 16 primam: M primo

1 Ier. 20,18 1 Iob 5,7 2 Bar. 2,25 4 1 Thess. 5,3 5 Iob 16,13 6 Ps. 103,35 7 2 Reg. 12,23 8 Eccle. 2,16 9 *recte* Lam. 5,16 9 Bern. serm. de convers. 8,16; PL 182,843C 13 1 Thess. 4,13 21 Aug. – *ubi?* 22 Hier. epist. 75,1; PL 22,686 25 Greg. M. in evang. 26,12; PL 76,1203D 27 Iob 9,26 28 Aug. – *ubi?* 30 Lc. 21,18 30 Aug. enchir. 88,23; PL 40,273 34 1 Cor. 15,43 35 Aug. enchir. 91,23; PL 40,274

facilitas, quanta felicitas erit. Prosequens vero secundam intencionem suam dicit: Si enim credimus, quod Iesus mortuus est et resurrexit, ita debemus credere et nos, quod Deus eos, qui dormierunt, scilicet morte, per Iesum, id est in fide Iesu, adducet, ut sint cum eo immortales, sibi similes in gloria. De talibus ergo, qui sic meliorantur, non debemus contristari inconsolabiliter. Primo, quia mors communis est omnibus. Dicit autem Philosophus, quia quod omnibus est commune, uni non debet videri grave. Eccli. IX.: Communionem mortis scito. Ieronimus in epistola: Cum sit communis omnibus hic casus, vanus dolor est, qui nec primus videtur esse, nec solus. Secundo, ¶ quia mors iuste inflictā est nobis, et quod iustum sustinendum est, secundum dictum Sapientis: Leniter, ex merito quicquid paciāre, ferendum est. Augustinus III. De Trinitate: Deus mortem non fecit, quia ipse causa mortis non fuit, sed tamen per eius iusticiā mors inflictā est peccatori. Sicut supplicium iudex irrogat reo, causa tamen supplicii non est iusticia iudicis, sed pena criminis. Tercio, quia talis ploratus inutilis est, quoniam flendo mortuus non suscitatur. Ideo dicitur Eccles. XXXVIII.: Non des in tristitiam cor tuum, huic enim nichil proderis, scilicet ad salutem, et te ipsum pessimabis, id est pessimo dolore consumere. Ieronimus in epistola: Sapienter debet dolere, qui dolet, ne perdat sine causa, quod dolet. Sed magis orandum est, quia sic iuvatur. II Mac. XII.: Salubris est cogitatio. Quarto, quia evasit mala vite presentis, quibus implicantur diucius viventes. Io. XIII.: Si diligere- tis me, gauderetis utique, quia ad Patrem vado. Ieronimus in epistola: Dominus Lazarum flevit non mortuum, sed resurgentem, quia nolebat laboribus redde- re, quem dilexit, et tu amare te credis, cui laborem volebas restare. Amor tuus amorī eius non convenit. Iuvenalis: Hac data pena diu viventibus, ut renovata semper clade domus multis in luctibus inque perpetuo merore vivant et nigra veste senescant. Quinto, quia regio animarum paradisu est, et nullus luget per- egrinum revertentem in patriam suam. Ieronimus in epistola: Non debet luctum nobis incutere quisquam, cum ad propriam reddierit regionem, maxime cum non vacuus revertatur, qui christianitatis | mercatus est lucrum. Sexto, quia omnes mortuos nostros sequimur, et stultum est dolere de eo, qui te precedit ad te suscipiendum ad locum, ad quem iturus es. II Reg. XII.: Ego vadam ad eum, il- le non revertetur ad me. Sebastianus martir: Nolite timere, non separabuntur a nobis, sed vadunt in celum parare nobis sidereas mansiones. Ieronimus ad The- odoram: Adversum mortis duriciā hoc solacio erigimur, quot in brevi, scilicet visuri sumus eos, quos dolemus absentes. Septimo, quia anima est Dei deposi- tum, et quando vult tollit, et inde non est conquerendum. Iob I.: Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen. Ieronimus in epistola: Quis plangit, quod ad tem- pus accepit? Nichil abstulit tuum, qui recipere dignatus est proprium. Et nichil aliud decet, quam creditori grācias agere mutuantem. Ber(nardus) super Cant.: Tu dedisti, tu abstulisti, et si dolemus ablatum, non tamen obliviscimur, quod

10 Leniter: M Leviter 26 quia: M iter.

6 Aristot. ? – ubi? 7 Eccli. 9,20 8 Ps. Hier. epist. 40; PL 30,290B 10 Leniter ex: Ov. epist. 5,7 11 Aug. trin. 4,12,15; PL 42,898 15 recte Eccli. 38,21–22 17 Ps. Hier. epist. 40; PL 30,290D 19 2 Mach. 12,46 20 Io. 14,28 21 Ps. Hier. epist. 40; PL 30,288B 24 Iuv. 10,243–245 27 Ps. Hier. epist. 40; PL 30,288D 31 2 Reg. 12,23 32 Sebastianus martir – ubi? 33 Hier. epist. 75,1; PL 22,686 36 Iob 1,21 37 Ps. Hier. epist. 40; PL 30,287D 39 Bern. serm. in cant. 26,13; PL 183,912A

5 datus fuit. Philosophus in Moralibus: Gencium lex est, quod acceperis redde-
 re, et sicut volenti recipere non est contradicendum, sic nolenti recipere non
 est reddendum, sicut faciunt illi, qui semetipsos interimunt. Contra quod dicit
 Plato: Cum constet illi remunerationem animis esse tribuendam, primo profec-
 10 tionis, ad quam in hac vita venit. Non est precipitandus vite finis, cum ad
 hoc proficiendi possit esse occasio. Utendum est ergo concessis vite spatiis, ut
 sit perfecte purgacionis maior facultas. Omnipotens Deus, non prevaricabor le-
 gem tuam, tu rumpe hoc naturale vinculum, cum placuerit tibi, et redde animam
 15 meam secretis tuis. Octavo, quia per hoc assimilamur paganis, qui non habent
 causam consolacionis in suis mortuis. Prover. XXIII.: Ne emuleris impios, quia
 non habent futurorum spem mali. Gen. L.: Planctus magnus est Egyptiis, non
 autem Ierosolimis. Tullius in Paradoxis: Mors terribilis est hiis, || quorum vita
 cum omnia extinguuntur, non hiis, quorum laus emori non potest. 134a

177. SERMONES DE PASSIONE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI

15 <Sermo> primus

Affligerunt spiritum sancti eius, Is. LXIII. Populus Iudeorum stultus et insi-
 piens Domino nostro Iesu Christo pro bonis mala reddidit, sicut nunc dicitur
 in verbo presenti: In dilectione, inquit, sua redemit eos, scilicet ab Egypto et
 20 Babilonia, ipsi autem affligerunt spiritum sancti eius. In quibus verbis notatur
 malicia iudicis crucifigentis. Et hoc in verbo affligendi. Et innocencia Domini
 patientis. Et hoc in eo, quod dicitur habuisse spiritum sanctum, id est inno-
 centem et iustum. Sap. VIII.: Sortitus sum animam bonam. Mc. I.: Scio, quod
 sis sanctus Dei. In crucifixione Filii Dei fuerunt Iudei unanimes, quod innuitur
 25 ex eo, quod pluraliter dicitur: Affligerunt, quasi omnes consencientes, in morte
 eius. Mt. XII.: Omnes condemnauerunt eum reum esse mortis. Mich. VI.: Om-
 nes in sagwine insidiantur, scilicet Christi. Fuerunt crudeles, quod innuitur ex
 eo, quod carnem crucifigentes dolorem crucifixionis extenderunt usque ad ani-
 mam, quia affligerunt spiritum eius. Ps.: Intraverunt aque. Ieronimus super Is.
 30 LIII.: Sicut corpus flagellatum est et laceratum, ita anima vere doluit. Propter
 ista dicit Dominus crucifixus in Psalmo: Afflictus sum et humiliatus sum nimis.
 Ps.: Anxius est spiritus meus. Signum autem anxietatis spiritus in eo unum
 fuit lacrimacio corporalis. Hebre. V.: Cum lacrimis obtulit semetipsum Deo. La-
 crime enim dicte sunt a laceracione mentis. Iob XVI.: Facies mea intumuit a
 35 fletu. Secundum inmutacio coloris. II Mach. III.: Qui videbat summi sacerdotis
 vultum, mente vulnerabatur. Facies enim et color inmutatus declarabat internum
 animi dolorem. Circumfusa enim erat viro mesticia quedam et horror corporis,
 per quem manifestus aspicientibus dolor cordis eius efficiebatur. Tercium ex-

12 Mors: M Mundus 12-13 vita cum: M cum vita 35 vultum: M multum

1 Mor. dogm. 31; PL 171,1028A 4 Plato – ubi? 7 Omnipotens Deus – quis et ubi?
 10 Prov. 24,1 11 Gen. 50,11 12 Cic. parad. 18 16 Is. 63,10 22 Sap. 8,19 22 Mc.
 1,24 25 recte Mc. 14,64 25 recte Mich. 7,2 28 Ps. 68,2 28 Hier. in Is. 53,5-7; PL
 24,526C 30 Ps. 37,9 31 Ps. 142,4 32 Hebr. 5,7 33 Iob 16,17 34 2 Mach. 3,16

pectacio miseracionis. Iob XIX.: Mise- | remini mei. Dicit autem Augustinus, 134b
quod famulo Dei dicenti, quid sibi doleat, credatur sine dubitatione. Quod au-
tem ab eis pati non debuerit, ostenditur ex innocencia sua, quia habuit spiritum
sanctum, id est animam rationabilem. Spiritus autem sanctus sanctificat suum
5 habitaculum, id est corpus. Corpus enim sancte anime sanctum est, et ita tota-
liter innocens fuit, propter quod dicit Iob XVI.: Passus sum absque iniquitate
manus mee.

178. SERMONES DE PASSIONE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI
(Sermo) secundus

10 Vide arcum et benedic Deum, qui fecit illum, valde speciosus est in splendore
suo: giravit celum in circuitu glorie sue, manus Excelsi appuerunt illum, Eccli.
XLIII. Domino patienti pro nobis debemus impendere intuitum affectuosum et
liguam benedictam, ut ei simus devoti et grati, quia dicitur nobis in verbo pre-
senti: Vide arcum, id est Christum, et benedic Deum gracias agendo, qui fecit
15 illum. Agentes igitur de arcu celesti, qui vocatur iris, id est de Domino Christo
per iridem significato primo dicemus de eius faccione, secundo de facti commen-
dacione, tercio de commendati inspeccione. De faccione dico quod fecit illum
Dominus, id est Pater fecit, inquam, et infecit et refecit. Ffecit (in) incarnaci-
one. Ier. XXXI.: Novum faciet Dominus super terram: Femina cir(cum) dabit).
20 Infecit in passione. Is. LXIII.: Aspersus est saguis, Glosa: meus, eorum, id est
fusus ab eis, super vestimenta mea, id est membra corporis, et omnia indumenta
mea, id est singula membra mea, inquinavi, id est inquinari permisi, et hoc in-
feccione sanguinis mei. Refecit in resurrectione. Amos ultimis, Act. XV.: In die
illo, scilicet resurrectionis, suscitabo, scilicet ad vitam immortalem, tabernacu-
25 lum David, id est corpus || Christi, quod cecidit, scilicet in morte, et aperturas
murorum eius, id estulnera lateris, manuum et pedum, reedificabo. Ffecit ergo 134c
arcum, id est iridem Christum designantem. De iride considerandum est, quid sit
secundum substantiam, qualis secundum formam, et ad quid secundum efficien-
ciam. Secundum substantiam est imago solis rosscida et cava nube concepta,
30 ut dicit Seneca in Naturalibus, que nec sereno nunquam fit, id est sine nube,
nec nubilo, ut scilicet Sol lateat. Sic Christus est secundum divinitatem imago
Solis eterni, id est Patris. Hebre. I.: Qui cum sit splendor glorie et figura sub-
stantie eius. Conceptus autem secundum humanitatem in rosscida et cava nube,
id est in humili et graciosa matre. Iudic. VI.: Ros in vellere, Christus in Ma-
35 ria. Ps.: Descendet sicut (pluvia in vellus). Secundum formam est rubeus a sole,
ceruleus ab aqua, viridis a terra. Similiter Christus rubeus fuit in crucifixione.
Apok. XIX.: Vestitus erat veste aspersa sanguine et vocabatur Verbum Dei. Ceru-
leus in flagellatione. I Pe. III.: Cuius livore, Glosa: carne facta livida flagellis.

6 sum: M sunt 16 facti: M facto 35 Secundum: M add. et del. fer- 36 ceruleus: M
ceruseus

1 Iob 19,21 1 Aug. – ubi? 6 Iob 16,18 11 Eccli. 43,12–13 19 Ier. 31,22 20 Is.
63,3 23 Amos 9,11 23 Act. 15,16 30 Sen. nat. 1,4,1 et 4 32 Hebr. 1,3 34 Iud. 6,37
35 Ps. 71,6 37 Apoc. 19,13 38 recte 1 Pt. 2,24

- Viridis innocencie puritate. Lu. XXIII.: Si in viridi, id est in me innocente, hoc faciunt. Dicit autem Philosophus III. Metheororum, quod pictores non possunt facere similem colorem colori iridis, quia Christus rubricari non potuisset flagellis, nisi Deo volente. Io. 18.: Non haberes in me potestatem. Secundum efficienciam est signum clemencie Dei, quod cum viderit Dominus, recordabitur federis sui, ut non perdat omnem carnem aquis diluvii, Gen. VIII. Sic Christus in cruce est signum clemencie Dei et reconciliacio hominis ad Deum et Dei ad hominem. Unde Eccli. XLIII.: | Noe inventus est perfectus, iustus et in tempore iracundie, id est passionis, quando Deus videbatur sibi esse iratus. Ps.: Deus dereliquit eum. Factus est reconciliacio, id est reconciliator nostri ad Deum. Ideo, id est merito Christi, dimissum est reliquum terre, id est aliqua pars hominum, que salvaretur, cum factum est diluvium, id est inundacio peccatorum. Sequitur dicere de commendacione facti arcus. Valde speciosus est etc. Et laudat in Domino nostro sub nomine arcus honestissimam conversacionem, cum dicit: valde speciosus est in splendore suo, id est in splendida et honesta morum suorum sanctitate. Laboriosissimam peregrinacionem, cum dicit: giravit, ambulando in predicacione, celum, id est Iudeam celum significantem, in circuitu glorie sue, id est secundum circuitum suum gloriosum. Austerissimam passionem, cum dicitur: manus Excelsi, id est potestas et voluntas Dei, apperuerunt illum, scilicet in crucifixione. Fuit autem Christus apertus in passione sua extensione crucis, Is. LXV. Unus militum lancea latus eius aperuit. Ostensione virtutis. Et secundum hoc exponitur aliter istud dictum: manus Excelsi, id est miracula virtutum, apperuerunt illum, id est Deum esse aperte monstraverunt. Mt. XXVII.: Centurio et qui cum illo erant, viso terremotu et hiis, que fiebant, dixerunt: Vere hic homo Filius Dei erat. In extensione brachiorum ostendit affectum. Unde: expandi, Glosa: ut eos in sinu meo collocarem, propter quod intrare ad sinum Domini apertum. Is. II.: Ingredere in petram, Glosa: confuge ad Christum, abscondere in fossa huius, id est in proteccionem carnis Christi fosse in cruce. Ber(nardus) super Cant.: Tuta, confirma infirmis requies est in vulneribus Iesu Christi. In apericione lateris lavit peccatum. I Io. III.: Iesus Christus venit (per aquam), scilicet ablucionis in baptismo, et per sanguinem, scilicet redempcionis || in cruce. Tunc enim fluxerunt sacramenta ecclesie de latere eius. Io. XIX.: Continuo exivit. In operatione miraculorum convertit mundum. Io. XI.: Hic homo multa signa facit, ideo totus mundus. Sequitur dicere de inspeccione facti et laudati arcus, quia dicitur: Vide arcum, id est Christum. Vide, inquam, pendentem et in pendendo patientem et in paciendo promerentem. Pependit enim ad confusionem. Gal. III.: Maledictus omnis. Sustinuit autem afflictionem. Is. LXIII.: Afflixerunt spiritum sancti eius. Et promeruit consolacionem. Unde ascendentem nubes suscepit, Act. I., in signum refrigerii celestis et consolacionis. Hinc est, quod tres sancti leguntur vidisse Dominum in triplici disposicione, scilicet Iacob in scala, Gen. XXVIII., Moyses in igne, Exo. III., Micheas in solio, III Reg.

41 in solio: M in solis

1 recte Lc. 23,31 2 Aristot. — ubi? 4 recte Io. 19,11 6 recte Gen. 9,15 8 Eccli. 44,17 9 Ps. 70,11 21 Is. 65,2 21 Unus militum: Io. 19,34 23 Mt. 27,54 27 Is. 2,10
28 Bern. serm. in cant. 61,3; PL 183,1072A 30 recte 1 Io. 5,6 32 Io. 19,34 37 recte Gal. 3,13 37 Is. 63,10 39 Act. 1,9 41 recte 3 Reg. 22,19

XXIII. In scala designatur instrumentum nostre redempcionis, scilicet ipsum lignum crucis, et Dominus innixus scale est Christus confixus cruci, secundum illud: Felix ille Deus, ligno qui pendet ab alto. In igne designatur vehementia pene crucis. Ps.: In sole, id est in vehementi afflictione et ardore, posuit tabernaculum suum, id est corpus assumptum, quia solis natura est, ut quosque attingit, exsiccat et accendat, ut dicit Gregorius in *Moralibus*. Unde et Dominus passus dicitur accensus. Is. LXII.: Salvator eius ut lam(pas). Numeri XIX.: Vacca rufa conburebatur extra castra. In solio designatur exaltacio pro humilitate crucis. Phil. II.: Factus obediens etc., propter quod exaltavit.

179. DE PASSIONE DOMINI (NOSTRI IESU CHRISTI)

Tercius sermo

Iustus perit, et non est, qui recogitet in corde suo, Is. LVII. Ieronimus ad Paulam: In principio cuiuslibet operis premitte oracionem dominicam et signum crucis in fronte. Sicut enim militem sine armis ad bellum exire non convenit, ita Christiano quolibet procedere sine oracione. Iustus perit. Sicut habundat consolacio Christi circa nos, sic | et ingratitudo nostra circa Christum. Nam Christus moritur et Christianus obliviscitur, propter quod dicitur: Iustus perit, Glosa: Christus moritur, et nemo etc., Glosa: putat eum puniri pro se. Primo ergo, videndum est de racione mortis sue, circa quam ex duobus verbis duo consideranda relinquuntur, scilicet causa passionis et circumstantia passionis eius. Causa passionis duplex potuisset esse, scilicet meritoria et motiva. Meritoriam excludit, cum dicit: Iustus. Motivam ponit, cum dicit: perit, scilicet pro iniustis. I Pe. III.: Christus pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis. Sciendum est autem, quod appellacio sive vocabulum iusti convenit Christo ex conceptione, quia conceptus et natus est iustus. Is. XLV.: Nubes pluant iustum. Ier. XXXIII.: Suscitabo David. Ex conversacione, quia vixit iuste. Mt. III.: Oportet nos implere omnem iusticiam. Io. VII.: Hic verax est, et iniusticia in illo non est. Ex erudicione, quia docuit iuste et iusta. Is. LXIII.: Ego, qui loquor iusticiam. Is. LIII.: In sciencia sua, Glosa: in doctrina, iustificabit. Ex passione, quia iusticia vicit diabolum auferrens ab eo hominem iusto precio sagwinis sui dato, non per violenciam, et satisfaciendo Deo pro peccato hominis, qui pro semetipso satisfacere non poterat. Is. XXXII.: Ecce in iusticia regnabit rex, scilicet Christus in cruce. Et quia istis modis iustus fuit, ideo appropriate iustus appellatur eciam ab adversariis. Mt. XXVII.: Nichil tibi et iusto illi, et ibidem: Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur iustus, secundum || aliam litteram. Circumstantia vero passionis non allevians, sed agravans innuitur in hoc verbo: perit, Glosa: reputacione malorum et immensitate tormentorum. Circa primam expositionem sciendum est, quod reputatus est Christus perisse. Primo, quia occidi se permisit. Mt. XXVII.: Salvum fac temetipsum, si Filius Dei es, descende de cruce. Quod quia factum non est, ideo perisse putatus est. Secundo, quia occiso nullus

3 Felix ille – *quis et ubi?* 4 Ps. 18,5 6 Greg. M. moral. 22,7,14; PL 76,221B 7 Is. 62,1
7 Num. 19,2–3 9 Phil. 2,8 12 Is. 57,1 12 Hier. – *ubi?* 23 recte 1 Pt. 3,18 25 Is.
45,8 25 recte Ier. 23,5 26 Mt. 3,15 27 Io. 7,18 28 recte Is. 63,1 29 Is. 53,11
32 Is. 32,1 34 Mt. 27,19 34 Mt. 27,22 39 Mt. 27,40

- subvenit. Sap. II.: Si enim est verus Dei filius, suscipiet eum de manu contrariorum. Mt. XXVII.: Sine, an veniat Helias liberans eum. Quod quia factum non est, ideo perisse putatus est. Tercio, quia non statim surrexit. Lu. XXIII.: Nos sperabamus, quod ipse esset etc. Quarto, quia resurgens non omnibus apparuit. Act. X.: Dedit eum manifestum fieri non omnibus, sed testibus preordinatis nobis, qui manducavimus et bibimus cum illo, postquam resurrexit a mortuis. Propter ista dicitur Is. LIII.: Nec reputavimus eum, Glosa: Filium Dei. Circa secundam expositionem sciendum est, quot Christus passus fuit universaliter. Is. I.: A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Is. LIII.: Omnia indumenta mea inquinavi, id est omnia membra corporis sanguine meo inquinari permisi. Deformiter. Sap. II.: Morte turpissima condempnemus eum. Crudeliter. Sap. II.: Contumeliis et tormento, id est flagello, quo extorquetur veritas, interrogemus eum, scilicet: tu es Filius Dei? Horribiliter. Phil. II.: Mortem autem crucis, Glosa: quo genere mortis nichil est horribilius. Ideo dicit: Factus sum timor notis meis, qui videbant me etc. Propter ista dictus est perisse immensitate tormentorum. Dicto de Christi | passione dicendum est de nostra ingratitude, scilicet quod nemo est, qui recogitet in corde suo, ut putet eum pati pro se. Et quidem non est imitator factorum Christi. I Reg. VIII.: Non ambulaverunt filii eius in viis illius. Non est regraciator beneficiorum Christi. Ps.: Obliti sunt benefactorum eius. Non est desiderator promissionum Christi. Ps. Non est miserator afflictionum Christi, ut nunc dicitur: Iustus perit, et non est, qui recogitet in corde, compaciendo perditio et miserando perditum. Ps.: Non sunt recordati manus eius, die, qua redemit. Gaufridus in Poetria: Heu miseri! cur non volumus meminisse diei, qua nos manus eius ab angue redemit hostili? Meminisse quidem, que, qualia, quantum pertulit in penis, in verbis ridiculosis? Qui virgis cesus, ligno suspensus, aceto potatus, ferro transfixus, arundine cassus, cuspide spinarum septus caput, omnia passus tristia, tam varias mortes conclusit in una.

180. (DE PASSIONE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI)

Sermo quartus

- 30 (D)ixi: Ascendam in palmam et apprehendam fructus eius, Cant. II. Dominum nostrum mori pro nobis non violencia coegit, sed voluntas induxit, sicut patet ex verbis nunc propositis: Dixi, id est ab eterno preordinavi, ascendam, etc. Si non ipsemet hoc ordinavit, tunc alius non coegit. Unde et processit obviam querentibus ad mortem ut voluntarius et volens mori, Io. XVIII. Quatuor autem hic determinantur circa crucifixionem Domini, scilicet beneplacitum preordinantis, 35 modus passionis, materia crucis et fructus mortis. Divinum beneplacitum designatur in hoc verbo: Dixi, id est ab eterno disposui. Col. I.: Omnia operatur secundum consilium voluntatis sue, id est secundum voluntatem suam consi-

9 pedis: M pede 13 Filius: M iter.

1 Sap. 2,18 2 Mt. 27,49 3 Lc. 24,21 5 Act. 10,41 7 Is. 53,3 8 Is. 1,6 9 recte Is. 63,3 11 Sap. 2,20 12 Sap. 2,19 13 Phil. 2,8 14 Factus sum: Ps. 30,12 18 1 Reg. 8,3 19 Ps. 77,11 22 Ps. 77,42 23 Gaufr. Vinos. poetr. nova 1387-1390, 1403-1406
30 recte Cant. 7,8 34 Io. 18,4-8 37 recte Eph. 1,11

liatam, id est rationabilem. Act. II.: Hunc definito consilio et prescencia Dei
traditum interemistis. Non solum autem ordinavit in se || sed etiam intima-
vit suis. Act. II.: Deus prenunciavit per os omnium prophetarum suorum pati
Christum suum. Et quoniam eterna ordinatio precessit de Christi passione, ideo
5 dicitur esse agnus occisus ab origine mundi, Apok. (XIII). Et creari ab inicio ante
secula, id est creari previsa in tempore, Eccli. XXIII. Invenitur autem tria di-
xisset Dominus, scilicet incarnationem suam. Ps.: Holocaustum pro peccato non
postulasti, tunc dixi: Ecce venio, scilicet in carnem. Passionem suam, ut hic:
Dixi: Ascendam. Resurreccionem suam. Mt. XXVII.: Dixit adhuc vivens: Post
10 tres dies re(surgam). Et nos ad imitationem Christi debemus dicere tria, scili-
cet peccatum in confessione. Is. XLIII.: Dic tu iniquitates tuas, secundum aliam
litteram. Impnum in laudacione. Clamabunt etenim, impnum dicent. Verbum in
predicacione. Ps.: Veritatem tuam et salu(tem) tu(am) dixi. Modus passionis no-
tatur in hoc verbo: Ascendam. Crux enim alta solebat esse, ut crucifixus pateret
15 omnibus ad confusionem. Unde et ipsa crux dicta fuit patibulum a pateo, patens.
Proinde crucifixio dicitur ascensio. Gen. XLIX.: Ad predam, scilicet diaboli, ca-
piendum ascendisti, scilicet crucem. Et nos debemus imitari Christum, scilicet in
ascensione. III Reg. I.: Ascendit universa multitudo post eum. Debemus autem
ascendere primo ad statum innocencie, deinde iusticie, tandem glorie. Primum
20 fit in baptismo, et significatur in ascensione Domini, de qua Mt. III.: Baptiza-
tus ascendit de aqua. Secundum in virtutum exercicio, et signatur in ascensione
Christi in montem. Mt. V.: Videns Iesus turbas (ascendit in montem), ubi do-
cuit perfeccionem virtutum in operibus penitencie, scilicet ieiunii, elemosine
et oracionis. Tercium in celesti premio, et significatur in ascensione Christi in
25 naviculam, in qua transfretavit ex hoc mundo ad Patrem et venit in civitatem
paradisi, Mt. IX. Materia crucis notatur in palma, quando dicitur: Ascendam in
palmam, id est in crucem, que designatur per palmam. Primo, quia pars cru-
cis dicitur fuisse palma. Secundum Glosam | fuerunt enim ibi quatuor ligna, 136b
scilicet palma, oliva, cedrus et cipressus. Unum in altum, secundum in trans-
versum, 3^m tabula tituli, quartum truncus in terra, in quo stabat crux. Secundo,
quia Christus ibi vicit, quoniam palma est signum victorie. 3^o, quia ibi duri-
ciam sustinuit, sicut palma dicitur habere duram corticem et amaram radicem.
Tria autem predicantur de palma in scripturis, scilicet ascensio, floricio, dura-
cio. Quia crux exaltat a temporalibus. Et quo ad hoc dicitur ascendi in presenti
35 verbo: Ascendam in palmam, nam ascendens levatur a terra. Decorat virtutibus.
Et quo ad hoc dicitur florere in Psalmo: Iustus ut palma. Perpetuat in celesti-
bus. Et quo ad hoc dicitur durare. Iob XXIX.: Sicut palma multipliciter di(citur).
Fructus mortis notatur, cum dicitur: Apprehendam fructus eius, id est optineam
redempcionem hominis. Nam fructus crucis est salvacio hominis, de quo fruc-
40 tu dicit Psalmus: Superextolletur super Libanum fructus eius, quia cedri Libani
non ferunt sic utiles fructus, sicut crux Christi. Apprehendit autem Christus tri-

10 debemus: M add. Christi debemus 10 tria: M add. et del. propter 12 Impnum: lege
Hymnum 15 patens: M pates 16-17 capiendum: M add. et del. ascend- 21 Secundum:
M Secundo

1 Act. 2,23 3 recte Act. 3,18 5 Apoc. 13,8 6 Eccli. 24,14 7 Ps. 39,7 9 Mt. 27,63
11 cf. Is. 43,26 13 Ps. 39,11 16 Gen. 49,9 18 3 Reg. 1,40 20 Mt. 3,16 22 Mt. 5,1
26 Mt. 9,1 36 Ps. 91,13 37 Iob 29,18 40 Ps. 71,16

pliciter humanam naturam, scilicet <in> incarnatione. Hebre. II.: Semen Abrae apprehendit. In passione. Unde: Ascendam in palmam etc., et apprehendam. In retributione. Gen. VIII.: Apprehendit columbam, id est sanctam animam, et intulit in arcam, vite eterne. Ad cuius imitationem debemus et nos apprehendere
 5 tria, scilicet disciplinam ad recte vivendum. Ps.: Apprehendite. Sapienciam ad recte intelligendum. Eccli. XV.: Qui continens est iusticie, apprehendet illam, scilicet sapienciam. Vitam ad perpetuo durandum. I Tim. VI.: Apprehende vitam etc. ||

136c

181. DE PASSIONE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI

Quintus sermo

10

<P>auper sum ego et in laboribus etc. <Ps. LXXXVII>. Iob XVI.: Terra, ne operias sagwinem meum. Terra. Productus est peccator de terra originaliter, et inclinatus ad terram affectualiter, et reducendus in terram finaliter. Huic dicitur voce Domini patientis: Ne operias san<gwinem> me<um>, id est ne celes
 15 taciturnitate viciosa. Vult enim narrari passionis sue facta exempli causa, ideo orandus est, ut quod iubet, facere concedat. Pauper sum ego. Ad consolacionem cum Christo non pervenitur in eternitate, nisi passio Christo exibeatur in tempore passionis sue. II Tim. II.: Si commortui sumus et convivemus cum illo. Est autem verissima compassio passionis participacio. Egroto enim ille scit compati, qui portavit egrotacionis mala, quoniam miseria fratris non nisi misero corde
 20 sentitur, ut dicit Bernardus De humilitate. Ut autem sciamus, de quibus scilicet compati debeamus, exponit in verbo proposito multiplicem miseriam suam, cui verissima compassio debetur, scilicet inopiam extreme paupertatis, quando dicit: Pauper sum ego. Duriciam continue fatigacionis, quando dicit: et in laboribus.
 25 Angustiam ignominiosam occisionis, quando dicit: exaltatus autem humiliatus sum et conturbatus. Fuit autem pauper respectu cuiuslibet temporis et respectu cuiuslibet boni temporalis. Respectu cuiuslibet temporis fuit pauper, quia in ingressu in mundum. Lu. II.: Invenietis infantem. Augustinus Io. XIII.: Noluit Dominus habere, quod perderet. Pauper venit, ne haberet diabolus, quod
 30 auferret. Et in progressu per mundum. Lu. IX.: Ffilius hominis non habet. Et in egressu de mundo. Ps.: Diviserunt sibi. Ex quo patet, quod nudus pependit in cruce. Respectu cuiuslibet boni temporalis fuit pauper, quia caruit | diviciis secularibus. Ps.: Ego autem mendicus sum et pauper, Glosa: secundum quod homo. Augustinus: Mendicus est, qui ab alio petit, pauper, qui sibi non sufficit.
 35 Sed ubi se pauperavit, membra sua ditavit. II Cor<inthio>rum VIII.: Scitis gratiam Domini nostri, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia divites essetis. Caruit eciam altis parentibus. Mt. XIII.: Hic est filius fabri. Ieronimus ad Eustochium: Dei Filius pro nobis hominis filius factus est, decem mensibus, ut nascatur, expectat, cruentus egreditur, involvitur pan-

136d

1 Hebr. 2,16 3 Gen. 8,9 5 Ps. 2,12 6 Eccli. 15,1 7 1 Tim. 6,11 11 Ps. 87,16
 11 Iob 16,19 18 2 Tim. 2,11 21 Bern. grad. humil. 3,6; PL 182,945A 28 Lc. 2,12
 28 Aug. – ubi? 30 Lc. 9,58 31 Ps. 21,19 33 Ps. 39,18 34 Aug. – ubi? 35 2 Cor.
 8,9 37 Mt. 13,55 38 Hier. epist. 22,39; PL 22,423

nis; pugillo mundum concludens presepis continetur angustia, usque ad XXX annos ignobilium parentum paupertate contentus est. Caruit eciam amicis fidelibus. Ps.: Elongasti a me amicum, Glosa: humana officia ei subtracta sunt timore. Et hoc a miseria, id est ab inspeccione miserie sue. Inde est, quod Christus in passione sua exutus est vestibus suis. Et altare discooperitur in Parasceve, quia tempore passionis recesserunt Iudei a Christo et eciam apostoli. Laborem fatigationis sue exprimit dupliciter, scilicet quantum ad multitudinem, quia pluraliter dicit: in laboribus. Psalmus secundum aliam litteram: Manus eius in laboribus servierunt. Et quantum ad longitudinem, quia dicit: a iuventute mea. Ps.: Sepe expugnaverunt me. Minus autem dicit, quam fecit, propter humilitatem quia adhuc infans laboravit fugiens in Egyptum, Mt. 2^o. Laboravit autem in sustinencia temptationum diaboli. Hebre. II.: In eo, id est in inferiori substantia, scilicet carne, in qua passus est, temptatus est, scilicet a diabolo, Mt. III. Bernardus super Cant.: Quantum laboravit sustinens! Carnis necessitates, hostis temptationes. In passione persecucionum Iudei. Ps.: Persecutus est inimicus animam meam, id est vitam temporalem, ut auferat eam. In seminatione verbi Dei. Ps.: Propter verba labiorum tuorum, || scilicet predicandi in populo. Ego custodivi 137a
vias duras, id est laboriosas. Mt. III.: Circuibat Iesus totam Galileam docens in synagoga eorum. Item occisionem suam exprimit dupliciter, scilicet quantum ad modum et quantum ad effectum. Modus fuit crucifixio. Unde dicitur: Exaltatus autem, scilicet in cruce. Usitato namque vocabulo apud Iudeos crucifixio appellatur exaltacio. Io. XII.: Ego si exaltatus fuero, Glosa: in cruce. Effectus fuit humiliacio. Unde dicit: humiliatus sum, scilicet per illam exaltacionem, id est illa exaltacio fuit michi probrosa humiliacio. Augustinus super Iohannem: Crux est grande ludibrium.

182. DE PASSIONE (DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI)
ET ECIAM DE BEATA VIRGINE
Sextus sermo

(N)olite me considerare quod fusca sim, quia decoloravit me sol, Cant. I^o.
30 Vox est humane nature suscepta a Christo et passe in ipso. Nolite me etc., id est nolite attendere deformitatem meam in passione, sed attendite causam deformationis mee, quia decoloravit me sol, id est Filius Dei subiciens me deformanti. Sciendum, quod humanam naturam Christus in se primo, coloravit. Et hoc in conceptione, quia Iacob, id est Deus Pater, filio suo Ioseph, id est Christo temporaliter nato, fecit tunicam pollinitam, id est dedit humanam naturam virtutibus plenam et ornatam et scientiis illuminatam, Gen. XXXVIII. Secundo, decoloravit. Et hoc in passione. Unde dicitur voce humane nature passe in Christo Cant. I.: Nigra sum, scilicet exterius penis decolorata, sed formosa, interius ca-

1 mundum: M mundi 12 eo: M add. et del. In 15 passione: M pessione 21 Usitato: M Visitato 35 id est: M iter. et del. 35 virtutibus: M iter. et del.

3 Ps. 87,19 8 Ps. – ubi? 9 Ps. 128,2 12 Hebr. 2,18 13 Mt. 4,1 13 Bern. serm. in cant. 11,7; PL 183,827C 15 Ps. 142,3 16 Ps. 16,4 18 Mt. 4,23 22 Io. 12,32 24 Aug. in evang. Ioh. 117,3; PL 35,1945 29 Cant. 1,5 36 recte Gen. 37,3 38 Cant. 1,4

- ritate, que est decor anime, que movet ipsum ad sustinenciam pene. Is. LIII.: Non est ei species neque decor, et quasi absconditus vultus eius et despectus, et nos reputavimus eum quasi | leprosum, percutsum a Deo, et humiliatum. Ber(nardus) super Cant.: Splendor et figura substance Dei obnubilatur in forma
 5 servi, pro servi vita, candor vite eterne nigrescit in carne, pro carne purganda: speciosus forma pre filiis hominum. Pro filiis hominum illuminandis obscuratur in passione, turpatur in cruce, pallet in morte. Tercio, recoloravit. Et hoc in resurreccione. Unde dicit in Psalmo: Refloruit caro mea. Psalmus: Con(s)cidisti
 10 saccum meum. Hinc est, quod Ioseph, id est Christum, eductum de carcere, limbi et tumuli, totonderunt, scilicet ablatiis penalitatibus, ac veste, carnis, mutata, non substancialiter, sed qualitatem, obtulerunt, in ascensione regi, id est Deo Trinitati, Gen. XLI. Conpetunt etiam ista verba Beate Virgini ratione huius diei, ut dicat de se: Nolite me considerare etc., quam Dominus Iesus coloravit gracie infusione, decoloravit pene participacione, recoloravit glorie collacione. Coloracio
 15 gracie facta est in ipsa in Filii Dei incarnatione, quando induit eam Dominus discoloribus, id est diversis perfeccionibus etiam ultra id, quod fuit ante, Ezech. XVI. Nam oves diversorum colorum, id est anime habentes gratuita naturalia, sunt pars Iacob, id est Christi greges. Unicolores, id est habentes sola naturalia, sunt pars Labani, id est dia(bol)i. Hec est virga Iacob, in qua color effectus est
 20 varius. Gen. XXX. Decoloracio pene facta est in ipsa in filii sui passione, sicut nunc dicitur: Nolite me considerare etc., quando fuit vere decolorata, id est in facie mutata, in pallorem et deformitatem. Et hoc per solem, id est per penam filii pendentis in cruce, quando || passa est cum filio martirium cordis et gladium compassionis, Lu. II^o: Tuam ipsius animam. Passionem autem necessario
 25 comitatur inmutacio carnis. Prover. XVI.: Animus gaudens etatem flori(dam) facit, spiritus tristis exsiccat ossa. Eccli. XIII.: Cor hominis inmutat faciem illius sive in bono, sive in malo. Tunc inpletum est in Virgine, quod dicitur Hester: Regina corrui, in pallorem colore mutato, pene exanimata est, ipse rex, scilicet Christus turbatus est, scilicet compassione cordis pro miseria martiris, et omnes
 30 ministri eius, id est angeli, consolabantur eam, scilicet interius. Sed et ipse filius consolacionem, quam potuit humanitus, tunc temporis fecit assignando sibi pro se alterum filium, Io. IX. Recoloracio glorie facta est in ipsa in sui assumptione, pro quo tempore conpetit Virgini illud, quod dicitur Eccli. XLIII.: Vide arcum etc. Arcus est virgo Maria habens diversos colores docium anime et corporis. Ideo sequitur: valde speciosus est in splendore suo. Sciendum est autem, quot arcus habet figuram plenam rotundam sive circularem, licet aliter videatur. In figura autem rotunda finis reddit in principium et unitur ei incognoscibiliter et inseparabiliter. Et per talem arcum figura designatur unio divine et humane
 35 nature facta in Virgine, quoniam in ipsa homo, qui est finis omnium creaturarum inferiorum, reductus est ad Deum, qui est principium omnium, et completus est circulus arcus. Non videtur ab existente in terra, sed pars circuli videtur | autem ab existente super nubes, si quis esset ibi, quia gloriam corporis in virgine
 40

5 nigrescit: M ingressit 6 speciosus: M sponsus 10 tumuli: M cumuli 36 rotundam: M rotundum

1 Is. 53,2-4 4 Bern. serm. in cant. 28,2; PL 183,921D 8 Ps. 27,7 8 Ps. 29,12 12 Gen. 41,14 16 Ez. 16,10 20 Gen. 30,37 24 Lc. 2,35 25 recte Prov. 17,22 26 Eccli. 13,31 27 Esther 15,10 32 recte Io. 19,26 33 Eccli. 43,12

Scriptura aperte nobis non exprimit, sicut constat de gloria anime, et ita quasi medietas circuli videtur et non totus. Unde Augustinus De assumptione: De sanctissimo corpore perpetue virginis in Scripturis nichil reperitur preter illud: Erant perseverantes in oratione cum Maria matre Iesu, Act. I. Preterea quanto
5 sol magis descendit, tanto magis imago Solis, scilicet arcus ascendit et maior fit, quia virgo quanto humilior fuit in terra, tanto elevacior est in celo. Si enim simpliciter humanitas meretur exaltacionem, tunc maxima humilitas, que fuit in ipsa, meretur maximam exaltacionem.

183. (DE PASSIONE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI)

Septimus sermo

Exaltabitur Dominus solus in die illa, et idola penitus conterentur, Is. II. Is. L.: Dominus dedit michi ligum eruditam. Verba sunt Christi gracias agentis Patri pro efficacia verbi Dei in ore suo, et dicit: Dominus, id est Pater, dedit michi etc., Glosa: sapienciam, ut sciam sustentare eum, qui lapsus est, scilicet in
15 peccatum verbo, scilicet predicacionis. Orate, cum tali sufficiencia et effectu vobis loquatur: Exaltabitur etc. Passio Domini nostri Iesu Christi secundum omnes ewangelistas describitur in verbis istis quantum ad modum paciendi, quantum ad effectum subveniendi, quantum ad excellenciam patientis, quantum ad sufficienciam redempcionis. Modus passionis Christi fuit crucifixio, qui notatur cum
20 dicitur: Exaltabitur, scilicet in cruce. Is. XXXIII.: Nunc exaltabor. Glosa: Excellencia patientis notatur, cum dicitur: Exaltabitur Dominus, non miles, sed servus. I Cor. II.: Dominum glorie crucifi(xistis). Sufficiencia redempcionis notatur, cum dicitur: Exaltabitur Dominus solus, || et non eciam cum eo alius. 138a
Et huius una causa est quare, scilicet solus exaltatus est, quia ipse solus potuit pro nobis satisfacere et nullus alius. Ambrosius III. Sentenciarum di(stinccio) XVIII.: Decreverat Deus non admitti hominem ad Dei visionem, nisi in uno
25 homine tanta esset humilitas, quanta fuit in primo homine superbia. Sed talis nullus potuit inveniri, nisi Christus, qui multo amplius est humiliatus moriendo, quam ille superbierat comedendo. Si ergo illius superbia omnium exstitit ruina, multo magis humilitas Christi omnium fuit reparacio. Alii autem homines debi-
30 tores erant pro seipsis et vix unicuique sua virtus sufficebat, ideo nullus potuit esse hostia reconciliacionis nostre. Secunda causa est, quia solius ipsius redempcio suffecit sine alicuius adiutorio. Bernardus in sermone: Ea hostia sicut sola prodesse potuit, sic sola suffecit, nec decuit Christum simul et Petrum pati.
35 Passi sunt tamen cum eo alii duo, sed duo nequam, de quibus nulla suspicio potuit haberi, tamquam ex eius minus efficax sacrificium supleretur. Ieronimus Is. LXIII.: Solus Samson precis crinibus Philisteis exponitur, nec homo nec angelus auxiliator, solus pugnat, solus superat. Tercia causa est, quia solus in penis

15 tali: M *add. et del. consciencia* 21 cum: M *iter.* 27 quanta: M *quanto* 37 Samson: M Sanson

2 Aug. – ubi? 4 Act. 1,14 11 Is. 2,17–18 11 Is. 50,4 20 Is. 33,10 22 1 Cor. 2,8
25 Petr. Lomb. sent. 3,18 33 Bern. serm. in dom. palm. 3,3; PL 183,261B 36 Hier. – ubi?

relictus fuit a suis. Ps.: Singulariter sumus. Ps.: Sustinui, id est expectavi, qui simul contristaretur, et non fuit, qui conso(laretur) et non inve(ni). Gregorius: Consolantem Dominus in passione sua non invenit, quia etiam illos hostes per-
 5 et idola pe(nitus) conterentur. In istis verbis manifestatur duplex effectus mortis Christi, scilicet quot mors Christi attulit fidem gentibus. Et hoc notatur in qualitate temporis mortis, quia exaltatus est in die, ut ostenderet, quod illuminavit mundum. II Tim. I^o: Destruxit mortem, | Glosa: anime et corporis, illuminavit
 10 autem et corruptionem, Glosa: vitam corruptibilem, per ewangelium, id est per doctrinam ewangelii. Quot autem clarior pars diei, scilicet meridies, obscurata fuit, significat Iudeos sine fide remansuros. Is. LX.: Tenebre, scilicet infidelitatis, operient terram, id est Iudeos terrena amantes. Et inposuit finem viciis. Et hoc insinuat, cum dicitur: idola, id est vicia, penitus convertentur, scilicet a predestinatis. Ambrosius Col. II.: Dum innocens occiditur, peccatum crucifigitur, id est mortificatur. Unde et oravit, ut peccata in hominibus destruerentur.
 15 Lu. XXIII.: Pater, dimitte illis. Dicit autem Ieronimus Is. LIII., quod ad hanc vocem, secundum ewangelium Nazareorum multa milia Iudeorum circa crucem astancium crediderunt.

138b

184. DE CHRISTO ET EIUS LAUDIBUS (Sermo primus)

20

(E)go flos campi et lilium convallium, Cant. II. Campus dicitur in Scripturis uno modo mundus, ut Amos I.: Disperdam habitatores de campo idoli, peccatores de mundo, ubi sunt idola peccata. Is. II.: Repleta est terra eius idolis. Alio modo paradisu, ut in Psalmo: Campi tui, id est loca paradisi, replebuntur
 25 ubertate. Ps.: Gaudebunt campi et omnia que in eis sunt. Tercio modo ecclesia, ut Eccli. XXIII.: Quasi oliva speciosa in campis. Campus est ecclesia, oliva in campo sunt viri misericordie in ecclesia. 4^o, Maria, ut Is. XLI.: In campis fontes dirumpam, id est affectibus Marie graciosas copiosas. Quinto modo crucis pena, ut Is. LXIII.: Quasi animal in campo descendens, quia in certamine crucis
 30 Christus descendit per mortem. Cuiuslibet || campi flos est Christus, sicut nunc dicitur: Ego flos campi, id est gloria et decor totius mundi, Glosa: sicut campus floribus ornatur, ita mundus in ea noticia et fide decoratur. Quoniam ipse est omnium suavitate plenus aspectu, decorus gustu, dulcis tactu, lenis olfatu, delectabilis ad instar florum. Ego flos campi, id est ex me est omnis pulchritudo et
 35 decor ecclesie militantis. Dicitur autem flos indeterminate non addendo cuiusmodi flos, quia ecclesia floret multis modis. Rubet namque in martiribus, candet in virginibus, viret in confessoribus, pallet in penitentibus. Campus enim ecclesie habet flores electorum, sicut celum stellas beatorum. Et sicut stella differt a stella in claritate, ita et flos differt a flore in pulchritudine. Et ista pulchritudo
 40 tota est a Christo, sicut ex sole est tota stellarum luminositas. Unde sicut di-

138c

1 Ps. 140,10 1 Ps. 68,21 2 Greg. M. – ubi? 8 2 Tim. 1,11 11 Is. 60,2
 14 Ambrosiast. in. Col. 2,15; PL 17,455A 16 Lc. 23,34 16 Hier. – ubi? 21 Cant.
 2,1 22 Amos 1,5 23 Is. 2,8 24 Ps. 64,12 25 Ps. 95,12 26 Eccli. 24,10 27 Is.
 41,18 29 Is. 63,14

cit: Ego sum lux mundi, Io. VIII., ita hic dicit: Ego sum flos campi. Exponitur autem flos iste in campo ecclesie ad delectabiliter vivendum, ad suaviter odorandum, ad salubriter colligendum. Ego flos campi, id est virgo de virgine natus. Et dicitur virgo campus propter latitudinem caritatis, propter plenitudinem virtutis, propter expositionem et patenciam pietatis. Et campus iste florem produxit, quando virgo filium genuit. Is. XI.: Flos de radice eius et lilium convallium, id est lilium convallibus natum, id est de humilibus parentibus. Lilium quicquid habet candoris et decoris et odoris, totum transmittit ad summitatem sive ad campum, pari modo Christus quicquid habet, Patri attribuit. Io. XVIII.: Omnia mea tua sunt. Io. XIII.: Pater in me manens. Sed cum flos inveniat non in campo, sed etiam in orto et in thalamo, quare potius flos campi dicitur? Ad hoc respondet Ber(nardus) super Cant.: Non se debuit florem thalami protestari, quia flos est perpetuo virens, flos autem in thalamo est iacens et marcescens, sed nec orti, ne videatur opere humano generatus, sed campi, quia hic absque humana providencia prodiit, et prodeunti nulla dominata est corruptio. Ego flos campi, id est honor et gloria paradisi. Ezech. III.: Egressus sum in campum, id est in celum, quod erat ibi gloria Domini, id est Christus Dominus gloriosus. Et ille est campus germinans, id est filios procreans de profundo nimio, id est de terra, Sap. XIX. Quia homines non sunt creati in loco glorie, ut angeli, sed de terra replent paradisum. Ego flos campi, id est expugnator in certamine diaboli. Campus enim est locus certaminis. I Mach. III.: Apparuit Iudas in campo cum tribus milibus. Lucanus: Bella per Ematios plus quam civilia campos. Sic et Christo Domino lignum crucis fuit campus certaminis, ubi impugnatus est a Iudeis et demonibus. Ps.: Principes convenerunt in unum adversus Dominum. Et ipse similiter debellavit eos. Is. LXIII.: Conversus est eis in inimicum et ipse debellavit eos. Ier. XLVI.: Fortis impegit. In isto campo constitit Dominus, ut pugil fortis in die sue mortis. Ber(nardus) super Cant.: Flos in campo martir est in mundo, dum martires ludibrio exponuntur spectaculum facti Deo, angelis et hominibus. Flos etiam campi Dominus martir et martirum corona et forma martirii. Denique foras civitatem eductus, extra castra passus, spectandus omnibus, in ligno levatus, subsannandus ab hominibus etc. ||

138d

139a

185. DE CHRISTO ET EIUS LAUDIBUS (Sermo secundus)

(D)ilectus meus candidus et rubicundus, electus ex milibus, Cant. V. Amor omnia scrutatur, etiam profunda Dei, quia secundum Dionisium, amor sive sit humanus, sive divinus unitiva quedam virtus est, que non modo pares, sed et unum facit amantes, Bernardus. I Cor. VI.: Qui adheret Deo. Ideo sponsa amans

15 et: M *suprascr.* 20 expugnator: M expungnator 22 Ematios: M Emacias 25 eis: M eius 36 unitiva: M iunitiva

1 Io. 8,12 6 Is. 11,2 9 *recte* Io. 17,10 10 Io. 14,10 12 Bern. serm. in cant. 47,3; PL 183,1009C 16 Ez. 3,23 19 Sap. 19,7 21 1 Mach. 4,6 22 Lucan. 1,1 24 Ps. 2,2 25 Is. 63,10 26 Ier. 46,12 27 Bern. serm. in cant. 47,4; PL 183,1009D 34 Cant. 5,10 35 *cf.* Ps. Dion. Areop. div. nom. 4,15; Dionysiaca 225 37 Bern. serm. in cant. 59,2; PL 183,1062C 37 1 Cor. 6,17

et amata et qualitatem sponsi cognoscens per omnia profert in laudem sponsi, quod nunc commemoratum est: Dilectus meus etc. Et laudat in eo dulcorem bonitatis immense, decorem innocentis nature, dolorem passionis illate, honorem precellentis gracie. De hiis dicit: Dilectus meus id est Christus, qui dicitur dilectus active et passive, quia diligit et diligitur. Prover. VIII.: Ego diligentes me diligo. Bernardus in sermone: Ipse se amare fatetur eam, quam fecit amabilem, et amari se gloriatur ab ea, cui dedit dileccionem. Prior ad eam venit diligens et dileccionem querens, ut ipsa veniret ad ipsum diligens et dileccionem reddens. Candidus per virginitatem in ingressu, quia virgo de virgine natus. Is.: Ecce virgo. Et rubicundus per passionem in egressu, quia sagwine suo effusus. Gen. XLVII.: Tunica Ioseph fuit intincta in sagwine edi, quia Christus putatus fuit ut peccator mori. Ps.: Estimatus sum cum de(scentibus). Electus ex milibus, id est inter omnes perfectus, quasi preelectus et gracia repletus. In millenario enim plenissima perfectio intelligitur, quia est perfectus et summus limes numerorum. Hic est electus ex milibus, de quo dicitur Eccles. VII.: Virum de mille unum reperi, scilicet qui solus evasit corrupcionem concupiscencie originalis, qui solus fuit inter mortuos liber. Resumendo ergo a principio dico de dileccione Christi, quod secundum Philosophum vinum diligitur in eo, quod dulce. Et quoniam Christus dulcis est, ideo et diligendus. Augustinus in libro Soliloquiorum: Deus est, quem amat | omne, quod amare potest sive sciens sive nesciens. Est autem diligendus dulciter contra concupiscenciam, sapienter contra ignoranciam, fortiter contra ignominiam, quemadmodum et ipse dilexit nos, dulciter, quia pro nobis carnem induit, sapienter, quia culpam cavit, fortiter, quia carnem vicit. Ipsius etiam dileccio precellit nostram dileccionem, quia et prevenit diligendo et excedit et succurrit. Hoc est dictum: Prius diligit. I Io. IIII.: Diligamus Deum, quoniam ipse prius dilexit nos. Et plus diligit et fructuosius diligit. Ber(nardus) super Cant.: Quis dubitet a Verbo animam et prius amari et plus? Profecto et pervenitur amando et vincitur. Augustinus De ci(vitate) Dei: Deus bonis nostris non indiget nec terrena substantia, nec hominis iusticia. Cultus enim Dei homini prodest, non Deo. Non enim fonti consulibus bibendo, nec luci videndo. Et diligit fructuose, quia dileccio Dei mundat. Lu. VII.: Dimissa sunt ei peccata multa. Illuminat. Eccli. II.: Diligite Dominum, et illuminabuntur corda vestra. Conservat. Ps.: Custodit Dominus omnes diligentes se. Dilectus iste habet triplicem candorem, scilicet castitatis. Mt. II.: Nazarenus vocabitur, id est floridus. Veritatis. Gen. XLIX.: Dentes eius, id est ore prolata veritates, lacte candidiores. Honestatis. Mt. IX.: Vestimenta eius facta sunt candida nimis. Habet etiam triplicem ruborem, scilicet virginitatis, austeritatis et caritatis. Secundum quod tribus de causis generatur rubor in facie, scilicet ex verecundia. Aris(toteles) in Predicamentis: Erubescens rubeus factus est. Stacius: Rubor perfuderat ora virginis. Hec facies notat hanc puduisse. Et est signum castitatis, quoniam omnes

139b

29 Dei: M *add. et del.* non 29–30 homini: M *in marg.* 36 Honestatis. Mt.: M *corr. ex* Mt. Honestatis

5 Prov. 8,17 6 Bern. – *ubi?* 9 Is. 6,14 10 *recte* Gen. 37,31 12 Ps. 87,5 15 Eccle. 7,29 18 Aristot. – *ubi?* 19 Aug. soliloq. 1,1,2; PL 32,869 25 I Io. 4,19 26 Bern. serm. in cant. 83,6; PL 183,1184B 28 *cf.* Aug. civ. 10,5; PL 41,282 31 Lc. 7,47 32 Eccli. 2,10 33 Ps. 144,20 34 Mt. 2,23 35 Gen. 49,12 36 *recte* Mc. 9,2 38 Aristot. cat. 8 39 Stat. – *ubi?*

|| casti verecundi sunt. Unde castissima virgo esse dicitur domus pudici pectoris. Ex solis ardore, ut patet in pomo, quod rubet ab illa parte, ubi inspicitur a sole. Cant. I.: Nolite considerare, quod fusca sim, id est rubicunda, quia decoloravit me sol). Et significat tribulacionem. Unde Domino in passione tribulato
 5 dicitur Is. LXIII.: Quare rubrum est vestimentum tuum? Ex habundancia sagwinis. Unde et formosus dicitur a formo. Formum enim veteres calidum et fervens dixerunt. Ffervor enim movet sagwinem et sagwis facit pulchritudinem. I Reg. XVII.: Erat adolescens rufus, id est rubeus, et pulcher aspectu. Et significat caritatem, que est ex habundancia caloris cordis. Ps.: Concaluit cor meum etc.
 10 Iste dilectus fuit electus ex milibus in precium nostre redempcionis. Is. LII.: Ecce servus meus, Glosa: filius secundum humanitatem, electus meus, Glosa: ad redempcionem. In ducem nostre peregrinacionis. Psalmus secundum aliam litteram: Propter nomen tuum dux michi eris. I Mach. IX.: Te eligimus hodie nobis esse in ducem ad bellandum bellum nostrum. In formam nostre imitacionis. Seneca in epistola: Aliquis vir bonus eligendus est nobis ac semper ante oculos
 15 habendus, ut sic tamquam illo vidente viam faciamus.

186. DE LAUDIBUS CHRISTI
 (Sermo tercius)

(E)gredimini, filie Sion, et videte regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua in die desponsacionis sue et in die leticie cordis sui, Cant. III. Tres coronas legimus Christum habuisse, et in qualibet illarum debemus ipsum videre. Prima est carnea, secunda spinea, tertia aurea. Prima est miserie, secunda contumelie, tertia glorie. Prima coronavit eum Maria, secunda synagoga, tertia Pater in patria. | In prima debemus eum videre ad credendum, in 2^a
 20 ad compaciendum, in tertia ad fruendum. Et secundum numerum trium coronarum tripliciter exponimus verbum inductum. Primo, de Maria, et dirigitur sermo ad Iudeos. O filie Sion, id est Iudei, qui estis in Iudea, ubi mons Sion situatur, egredimini, ab ignorancia, et videte, lumine fidei, regem Salomonem, id est Christum omnia regentem et hominem Deo reconciliantem, in diademate, id est
 30 carne pura, quo, id est qua carne, coronavit eum, id est circumdedit, mater sua, scilicet Maria. Ier. 31.: Ffemina circumdabit virum, Glosa: gremio uteri sui, in die desponsacionis eius, id est (in) incarnatione, quando Christus humanam naturam sibi sociavit ut sponsus, et in die leticie cordis eius, id est in nativitate, quando angelis exultantibus gaudium intulit mundo. Lu. 2^o: Ewangelizo vobis
 35 gaudium magnum. Secundo, de synagoga, et dirigitur sermo ad gentes: O filie Sion, future nonnichilo existentes, vel ut sitis filie, egredimini, de idolatria, et videte, oculo carnis et mentis, regem Salomonem in diademate, id est in spinea corona, qua coronavit eum mater sua, synagoga, de qua natus est secundum carnem, Mt. XXVII.: Plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius, in
 40 die desponsacionis eius, id est passionis eius, quando ipse factus est ecclesie sponsus sagwinum, Exo. IIII. Et in die leticie cordis eius, id est resurreccionis,

3 Cant. 1,5 5 Is. 63,2 7 1 Reg. 17,42 9 Ps. 38,4 10 Is. 52,13 12 Ps. – ubi? 13 1 Mach. 9,30 15 Sen. epist. 11,6 20 Cant. 3,11 31 Ier. 31,22 34 Lc. 2,10 39 Mt. 27,29 41 Ex. 4,25

quando ipse letatus est de hoste triumphato, de homine liberato, et de mandato Patris adimpleto. Ps.: Ad vesperum. Tercio, de Patre, et dirigitur sermo ad animas fideles: O filie Sion, id est fideles anime, que estis filie Sion fidei cognitione, egredimini, de peccato, de corpore, et videte, in patria, regem Salomonem
 5 in diademate, quo coronavit eum pater suus, cui dicitur in Psalmo: Gloria et honore, et hoc in die desponsacionis eius, id est in eternitate, ubi erit desponsacio eterna et indivisibilis copula, Osee II.: Sponsabo te michi in eternum, et in die leticie, id est in gloria, ubi Christo et || suis est leticia sempiterna. Ps.: Letificabo
 10 eum in gaudio. Secundum primam expositionem valet sermo in annunciatione, secundum secundam in festo corone, secundum terciam in ascensione. 140a

187. DE CHRISTO ET PASSIONE EIUS

¶ Quid lucidius sole? et hic deficiet, Eccli. XXVII. Sol est Christus, quo nihil est lucidius, quia est splendor glorie et figura substance Dei, Hebre. I^o. Sap. VII.: Candor est lucis eterne et speculum sine macula Dei maiestatis et emanatio claritatis omnipotentis Dei sincera. Hic defecit morte. Ps.: Salvum me fac, Domine. Et debes salvare, quoniam pro me defecit sanctus morte, ut ego vivam sine fine. Sol iste fuit nube tectus in conceptione. Ezech. XXXII.: Solem nube tegam, quia divinitas latuit in carne. Tamen, quia seipso homine maior fuit in quantum Deus, ideo dicitur Is. XIX.: Ascendet super nubem levem. Fuit ortus
 15 in nativitate. Mt. V.: Solem suum oriri facit super bonos et malos, quia pro liberandis venit omnibus. Ortus iste fuit in abiectione. Is. XIII.: Obtenebrescet sol in ortu suo. Apok. VI.: Sol factus est sicut saccus cilicinus. Fuit progressus in conversacione. II^o Esdre III.: Velox cursus solis, id est profectus Christi. Lu. II^o: Iesus proficiebat sapientia et etate et gracia. Fuit percussus in flagellatione. Apo. VI.: Percussa est tertia pars solis. Tria enim fuerunt in Christo, scilicet
 25 divinitas, anima et caro, que percussa est. Is. LIII.: Propter scelus populi mei percussi eum. Occubuit in morte. Ps.: Sol cognovit occasum suum. Circa occasum huius solis determinatur in Scripturis magnitudo occumbentis, ut in hoc verbo: Quid lucidius sole, et hic deficiet. Acerbitas pene, per quam occubuit.
 30 Apo. IX.: Obscuratus est sol de fumo putei, id est de pena illata a Iudeis. Perseverancia in pena. Iosue X.: Stetit sol. Quia ad insultacionem | Iudeorum non descendit de cruce. Zach. VIII.: Salvabo populum meum de terra occasus solis, id est de Iudea, ubi Christus mortuus est. Io. IIII.: Salus ex Iudeis est. Tempus. Amos VIII.: Occidet sol in meridie, in signum quod moriebatur ex fervore dileccionis humane. Nam tunc sol maxime fervet. Eph. II.: Propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos Deus, cum essemus mortui peccatis, convivicavit nos <in> Christo. Augustinus super Psalmum: Benedicam Dominum. Hunc ver- 140b

9 in: M corr. ex cum

2 Ps. 29,6 5 Ps. 8,6 7 Os. 2,19 8 Ps. 20,7 12 recte Eccli. 17,30 13 Hebr. 1,3
 13 Sap. 7,26 et 25 15 Ps. 11,2 17 Ez. 32,7 19 Is. 19,1 20 Mt. 5,45 21 Is. 13,10
 22 Apoc. 6,12 23 recte 3 Esdr. 4,34 23 Lc. 2,52 25 recte Apoc. 8,12 26 Is. 53,8
 27 Ps. 103,19 30 Apoc. 9,2-3 31 Ios. 10,13 32 Zach. 8,7 33 Io. 4,22 34 Amos
 8,9 35 Eph. 2,4-5 37 Aug. - ubi?

siculum cantat ecclesia in sexta, qua hora passus est Christus et Sol fervet, quia Christi passio ex fervore caritatis prodiens nobis causa est et materia laudandi Deum dilectione intentissima. Modus, qui exprimitur in apocryphis Esdre: Luce-
 5 scet sol in nocte, et sagvis de ligno stillabit. Sol, Christus, luxit, scilicet per multa miracula, in nocte, id est in morte sua, ut habetur Mt. XXVII., et sagvis stillabit de ligno, id est de corpore posito in ligno. Effectus, qui est spoliatio inferni. Iosue X.: Sol contra Gabaon, suple: stans, id est infernum, interpretatur enim vallis tristicie, ne movearis, scilicet donec inde tuos abstuleris. Refulsit in resurrectione. II Mach. I.: Tempus affuit, in quo sol refulsit, qui prius erat in nu-
 10 bilo. Stetit in ascensione consistendo ad dexteram Patris. Iosue X.: Stetit sol in medio celi. Abac. III.: Sol et luna steterunt in habitaculo suo. Ardebit in iudicio die. Deuter. XXIX.: Afflixit eam Dominus sulfure et solis ardore comburens, ut fetor sulfureus referatur ad immundiciam peccati, ardor solis ad iram Dei. Lu-
 15 cebit in patrie claritate. Apok. XXI.: Civitas non eget sole, scilicet materiale, || nam claritas Dei, id est Christus clarus, illuminabit eam. 140c

188. ITERUM DE PASSIONE DOMINI ET (DE) SANCTA CRUCE

(C)um aqua deleteret terram, iterum sanavit sapiencia per contemptibile lignum iustum gubernans, Sap. X. Quatuor notificantur de Christi passione in hac sacra auctoritate, scilicet causa, persona, modus et effectus. Causa passionis Christi
 20 duplex potuisset fuisse, scilicet meritoria et motiva. Causa meritoria excluditur, cum dicitur: per contemptibile lignum iuste gubernas. In ipso enim causa paciendi pro seipso non fuit, quia iustus erat. I Pe. III.: Christus pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis. Sed motiva ponitur, scilicet nostra perditione, quando dicitur: Cum aqua deleteret terram. Aqua est culpa transgressi-
 25 onis faciens homines defluere per defectum mortalitatis. II Reg. XIII.: Quasi aque dilabimur in terram. Terra est genus humanum, quod debebat culpa, sicut terram tempore diluvii aqua. Iob XIII.: Ab alluvione, id est peccatorum multitudinem, terra consumitur. Ps.: In diluvio aquarum. Dicitur autem homo terra ratione prime plasmacionis, quia productus est de terra. Eccli. 33.: Omnes ho-
 30 mines de terra et de solo, unde creatus est Adam. Ratione intense inclinacionis, quia amat terrena. Tren. II.: Effusum est in terra iecur meum, id est vis amativa cordis. In iecore enim est sedes amoris. Unde est illud: Cogit amare iecur. Ratione ultime resoluciois, quia revertitur in terram. Eccles. XII.: Revertatur pulvis in terram suam. Consideracio originis debet in nobis generare humilita-
 35 tem. Eccli. X.: Quid superbis? Inclinacio amoris debet incutere nobis ruborem, quia amamus | indigniora nobis. Ber(nardus) super Cant.: Erubescere, anima mea, similitudinem divinam mutasse in pecorinam. Attencio finis, sive resoluciois 140d

12 XXIX.: M XIX. 26 culpa: M cupla 26 sicut: M add. in 27 aqua: M corr. ex aquam

3 4 Esdr. 5,4-5 7 Ios. 10,12 9 2 Mach. 1,22 10 Ios. 10,13 11 Hab. 3,11 12 Deut. 29,22-23 14 Apoc. 21,23 18 Sap. 10,4 22 1 Pt. 3,18 25 2 Reg. 14,14 27 Iob 14,19 28 Ps. 31,6 29 Eccli. 33,10 31 Lam. 2,11 32 Cogit amare - quis et ubi? 33 Eccle. 12,7 35 Eccli. 10,9 36 Bern. serm. in cant. 24,6; PL 183,897B

debet incutere nobis timorem. Iob XXI.: Quando recordatus fuero, pertimesco et concuciet carnem meam tremor. Persona patientis fuit sapiencia, id est Filius Dei. Non enim Pater vel Spiritus Sanctus dicitur pro nobis passus, sed sapiencia, id est divinitas in Filii persona. Sap. X.: Sapiencia hos, qui in se crediderunt, liberavit a doloribus. Quod autem Filio congruat pati, ratio potest patere primo, ex fine incarnationis. Effacta est enim incarnatio ad hominum reformationem, (illuminationem) et adopcionem. Reformatio convenit imagini, illuminatio verbo, adopcio Filio. Licet enim adopcio competat Patri ut principali actori, tamen debuit fieri per Filium tamquam de consensu veri heredis, cuius est tota hereditas, et cuius conformitate alii debent habere accessum ad gratiam adopcionis. Quia ergo hec tria est Filius, scilicet imago, Verbum et Filius, ideo competit sibi incarnari propter triplicem finem incarnationis, qui est reformatio, illuminatio, adopcio, secundo, ex modo unionis. Debuit enim carni uniri, in carne nasci, in carne videri. Nulla autem persona tam idonea est ad unionem, quam Verbum, quod unitum est carni ad modum verbi intelligibilis, quod unitur voci et auri. Io. I.: Verbum caro. Nec tam conveniens ad nascendum, quam Filius. Alias esset proprietatum quedam confusio, si illud esset Pater et Filius, et sic plures filii essent in Trinitate. Nec tam conveniens ad videndum, quam imago, ut visa imagine videtur prothotipus, quia est de imagine ad imaginatum, non e converso. Io. XIII.: Qui videt me videt et Patrem. Tercio, ex officio, sive actu eius, qui incarnatur. Nam ipse debuit caritatem divinam insinuare, pietatem divinam interpellare et pro peccato Ade satisfacere. || Et hec omnia, secundum Anselmum, conveniunt Filio. Insinuatio caritatis propter teneritudinem dilectionis, que apud homines solet esse maior in patre respectu filii, quam e converso. Et ideo maior insinuatur caritas ex parte Patris in dilectione Filii, quam in dilectione Patris ex parte Filii. Io. III.: Sic Deus dilexit mundum. Interpellatio pietatis propter principalitatem auctoritatis, que est in Patre respectu Filii. Et ideo conveniencius fuit, ut Filius supplicaret Patri, quam Pater Filio. Satisfactio pro peccatis propter iniurie singularitatem, que per quamdam appropriacionem facta est filio in peccato priorum parentum. Ipsi enim appetiverunt equalitatem in sapiencia. Equalitas autem et sapiencia appropriantur Filio. Et quia Filio specialitate quadam facta est iniuria, ideo ei, secundum Augustinum, competit indulgentia. Dicitur autem Filius Dei sapiencia primo, ratione comprehensionis, quia novit essenciam divinitatis. Io. I.: Filius, qui est in sinu Patris, Glosa: secreto eum novit. Mt. XI.: Nemo novit Patrem, nisi Filius. Secundum humanitatem vero novit divinitatem atque comprehendit non absolute, sed comparative, sive respective, id est plus quam alii, quia propter unionem ad verbum capacior est anima Christi maioris luminis et amplioris cognicionis, quam alii. Et sic dicit Isidorus: Trinitas sibi soli nota est, et homini assumpto. Fulgencius in libro De incarnatione: Sicut Christus homo singulariter habet, ut Deus verus fit, sic totam divinitatem novit. Absolute autem a se solo comprehenditur Deus. Soli enim sibi divina infinitas infinita est. Et secundum hoc loquitur homo assumptus in Psalmo: Mirabilis facta

141a

4 se: M *add. et del.* credunt 41 sibi divina: M *corr. ex* divina sibi

1 Iob 21,6 4 Sap. 10,9 16 Io. 14,9 22 Anselm. Cant. cur deus 2,9; PL 158,407B
26 Io. 3,16 32 Aug. – ubi? 34 Io. 1,18 34 Mt. 11,27 38 Isid. sent. 1,3,1; PL 83,543A
39 Fulg. Rusp. epist. 14,30; PL 65,420C 42 Ps. 138,6

est sciencia tua etc. Cassiodorus: Homo assumptus divine substantie non pot-
est equari in sciencia. Secundo, ratione attributionis. Patri namque attribuitur
potencia. Spiritui clemencia, | Filio sapientia, ne ex eo, quod Filius est, cre-
datur esse imperfectus in sensu, ut in humanis est. III Reg. III.: Ego sum puer 141b
5 parvus ignorans egressum et introitum meum. Tercio, ratione collacionis, quia
ipse dat sapientiam. Mt. XXI.: Dabo vobis os et sapientiam. Quarto, ratione
manifestacionis, quia ipse manifestavit nobis sapientiam, id est Trinitatis cogni-
cionem. Io. I.: Ipse enarravit, Glosa: fidelibus Deum invisibilem demonstravit.
Eccli. XXIII.: Ego sapientia effudi flumina, id est revelavi fluxus eterne pro-
10 cessionis, scilicet generacionem Filii a Patre, processione Spiritus Sancti ab
utroque. Effectus passionis fuit sanatio, quia iterum sanavit sapientia. Dicendo
autem iterum declarat, quod pluries sanavit. Primo enim, sanavit legem natura-
lem menti humane imprimendo, ut sic se haberet erga alterum, qualem vellet
15 esse sibi alterum. Secundo, legem scriptam veteri populo promulgando. Tercio,
in lege Novi Testamenti sagwinem fundendo. Propter istas curacionum plures
adibiciones pluraliter dicitur Lu. XIII.: Sanitates perficio hodie, id est tempore
legis naturalis, et cras, id est tempore legis scripture, et tertia die, id est tempore
legis gracie, consumor, scilicet extincione mortis. In hac vero tertia curaci-
20 onum adibicione sapiens medicus sic processit: primo, causam morbi removit
peccatum remittendo. Secundo, medicamentum curantem appossuit sacramenta
instituendo. Tercio, sanitatis conservativum adibuit dona et virtutes infundendo.
Peccata || remittuntur in crucis passione, sacramenta instituuntur in apostolorum 141c
predicatione, dona infunduntur in Spiritus Sancti missione. Modus passionis fuit
suspensio in contemptibili ligno, id est in crucē. Dicitur autem crux lignum con-
25 temptibile. Primo, in loco, quia in quo stabat, quia in loco horroris et fetoris, ubi
rei dampnabantur. Io. XIX.: Exivit in eum, qui dicitur Calvarie locum, scili-
cet a capitibus decalvatis eorum, qui ibi interficiebantur. Secundo, ab honore,
quod gestabat, quia pro criminibus dampnatum. Deuter. XXIII.: Quando pecca-
verit homo, quod morte plectendum est, appendatur in patibulo. Tercio, a figura,
30 quam habebat, quia in quatuor partes membra distendebant, ut in omnibus mem-
bris pateretur suspensus quantum ad dolorem, et omnibus pateret quantum ad
confusionem. A quibus duobus ipsum patibulum nomen accepit. Dicitur enim a
pacio vel a pateo, secundum Priscianum in quarto Maioris. Quarto, a lege, cu-
ius maledicto subiacebat. Deuter. XXI.: Maledictus omnis. Quinto, a malorum
35 reputatione, qui nomen crucis contempnebant, ut nunc dicitur: per contempti-
bile lignum etc. I Cor. I.: Verbum crucis pereuntibus stulticia est. Sed facta est
mutacio dextere Excelsi, id est quam fecit Excelsus, secundum dictum Sancti
Aratoris: Ligno suspenditur insons et ligni vacuatur honus. Quia nunc crux pro
loco fetoris stat in loco veneracionis. Is. XXII.: Figam paxillum, | scilicet crucis 141d
40 pro honore scelerati latronis portat personam Redemptoris. Is. XXII.: Suspen-
dam super eum gloriam domus patris eius, id est Christum habentem omnem
gloriam militantis et triumphantis. Pro figura afflictionis habet gratiam protecci-

6 ragione: M add. et del. maiestatis 27 honore: M honore

1 Cassiod. in psalm. 138,5; PL 70,985D 4 3 Reg. 3,7 6 recte Lc. 21,15 8 Io. 1,18
9 Eccli. 24,40 16 Lc. 13,32 26 Io. 19,17 28 recte Deut. 21,22 33 Prisc. – ubi?
34 Deut. 21,23 36 1 Cor. 1,18 38 Arator act. 1,176–177; PL 68,111 39 Is. 22,23
40 Is. 22,24

onis, quia in anima fideli est character passionis, id est signum crucis impressum in sacramento baptismatis, quo arcetur diabolica potestas, secundum quod dicitur demonibus Apok. VII.: Nolite nocere quoadusque signemus, Glosa: cruce. Ps.: Dedisti proteccionem. Pro malediccione legis et contemptu perditae multitudinis habet nunc benediccione[m] universe plebis secundum illud: Crux benedicta nitet Dominus qua carne pependit atque cruore suo vulnera nostra lavit.

189. DE PASSIONE DOMINI FERIA SEXTA

(E)cce ascendimus Ierosolimam et consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de Filio hominis. Mt. XX. Iacula previsa minus feriunt, secundum dictum Sancti Gregorii. Ideo Dominus predixit discipulis suis passionis sue penam et resurrectionis sue gloriam, ut cum morientem viderent, resurrectionem non dubitarent. Predixit autem passionem suam quantum ad locum, in quo fieri debebat, et quantum ad tormentum, quo mori debebat, et quantum ad effectum, quem in nobis efficere debebat. Locum passionis manifestat, cum dicit: Ecce ascendimus. Voluit autem Ierosolimis pati, non alibi. Primo, propter predicationem suam et suorum implendam, quoniam predixerat ipse Lu. XIII.: Non capit prophetam perire, id est ad perdendum, extra Ierusalem, et suus propheta Dan. IX.: Occidetur Christus, et sanctuarium et civitatem, scilicet ubi occidetur, dissipabit populus, scilicet Ro- || manus. Secundo, propter redemptionem a se factam omnibus communicandam. Dicitur enim Ierusalem esse medium terre ut centrum, sicut pu(n)ctus in circumferencia. Ps.: Operatus est salutem. Ezech. V.: Hic est Ierusalem, in medio gencium posui eam et in circuitu eius terras. Ezech. 37.: Cepit esse habitator umbilici terre. Que autem in medio est, equaliter respicit omnes circumferencie partes, ut lumen in medio domus. Sic passio Christi pro omnibus facta est. Leo De natali: Sicut nullum a reatu liberum reperit, ita pro liberandis omnibus venit. Hebre. II.: Pro omnibus gustavit mortem. Augustinus: Pro omnibus hominibus generaliter mortuus est, quia omnibus parcium suffecit, et si omnes non credunt, ipse tamen, quod suum est, implevit. Unde in cruce sinum ad omnes habet apertum, quasi omnes invitat ad se. Is. LXV.: Expandi manus meas. Glosa: ut largus et nichil denegans penitentibus, tota die, Glosa: passionis. Tercio, propter precedentem ibi satisfaccione[m], que alibi non fiebat, ut precipitur Deuter. XII. In quibus ipsius passio significabatur, ut ubi precessit umbra, ibi exhibetur veritas. Augustinus. Hebre. X.: In illis sacrificiis figure veritatis fuerunt, qui Christus est, cuius sagwine mundamur, sicut Moyses populum sagwine aspersit, qui vitulus dictus est propter virtutem crucis, cuius cornibus impios ventilavit, et ircus pro similitudine carnis peccati, quia hostia pro peccato est. Quarto, propter futurum ibi iudicium, quia vallis Iosaphat locus iudicii,

142a

8 Ierosolimam: M Ierosolinam 15 Ierosolimis: M Ierosolinis 32 ubi: M ibi

3 Apoc. 7,3 4 Ps. 17,36 5 Crux benedicta: Ven. Fort. carm. 2,1,1-2; cf. AH 50,75 9 recte Lc. 18,31 10 Greg. M. in evang. 35,1; PL 76,1259C 16 Lc. 13,33 18 Dan. 9,26 21 Ps. 73,12 21 Ez. 5,5 22 recte Ez. 38,12 25 Leo M. serm. 21,1; PL 54,191A 26 Hebr. 2,9 26 Aug. - ubi? 29 Is. 65,2 32 Deut. 12. - ubi? 33 Aug. - ubi? 33 recte Hebr. 9,19 et 21

- secundum Ioelem III., iuxta Ierusalem est, ut ubi iudicatus est iniuste, ibi honorificetur iudiciaria potestate, et videant, in quem transfixerunt, Io. XIX. Quinto, propter servos ibi occisos, Mt. XX.: Ierusalem, que occidis prophetas, ut eciam in loco conformis sit pro se occisis, qui debuit per omnia fratribus similari, | 142b
- 5 Heb. II. Tormentum passionis sue declarat, cum dicit: et Filius hominis tradetur etc. Fuerunt autem V in sua passione, scilicet prodicio dolosa, derisio maligna, percussio dura, conspicio immunda et occisio omnium precedencium completa. De quibus dicit: tradetur, scilicet a Iuda proditore. Tradetur, inquam, quasi nescius. Ier. XI.: Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, Glosa: crucis, et non cognovi, eorum reputacionem, quia cogitaverunt super me consilia dicentes: Mit(t)amus lignum, crucis, in panem eius, id est in corpus, quod vivit de pane, vel quod est panis de celo descendens, et eradicemus eum de terra vivencium, id est societate hominum. Et illudetur, quasi fatuus. Lu. XXIII.: Sprevit illum Herodes et illusit indutum veste alba. Iob XII.: Deridetur iusti simplicitas. Et conspuetur, quasi vilis. Iob XXXI.: Abhominantur me et faciem meam conspuere non verentur. Et flagellabitur, quasi reus. Io. XIX.: Apprehendit eum Pilatus et flagellavit. Is. L.: Corpus meum dedi percipientibus, Glosa: militibus Romanis. Et, postquam flagel(laverint), occi(dent) eum. Ia. V.: Occidistis iustum et non restitit vobis. Effectum passionis monstrat, cum dicit: et tercia die resurget. Effectus autem mortis eius quidam attenduntur ex parte ipsius Domini, quidam respectu suorum, quidam respectu Iudeorum. Respectu sui ipsius effectus mortis sue fuit accelerata resurreccionis. Unde dicit: tercia die re(surgam). Hebre. II.: Gracia Dei gustavit mortem. Augustinus: Gustare, quia cito transiit. Breve namque intervallum in illa faciens confestim surrexit, sicut quod gustatur, breviter experitur. || Sed quare tercia die, non secunda vel quarta voluit surgere? 142c
- 25 Hoc ideo fecit primo, ne credetur non vere mortuus fuisse. Possent enim dicere viri mendaces Iudei, quod non mortuus, sed ad tempus, id est tantum sopitus anima in carne existente, sicut de puero vexato multi dicebant, quia mortuus est, qui tantum a flatu vitali ad tempus destitutus erat, Mt. VII. Sed nec ulterius voluit differre, ne affligeretur animus devotus, qui eam expectabat, quoniam spes, que differtur, affligit animam, Prover. XIII. Seneca in epistola: Nichil eque amarum, quam diu spe pendere. Secundo, quia hoc promisit, ut verax inveniat in verbo suo, sicut nunc dicitur: tercia die resurget. Mt. XXVIII.: Seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam. Tercio, quia significacioni sic conveniebat, quia fideles de tribus statibus, ante legem, sub lege, sub gracia per tria veniunt ad gloriosam resurreccionem, scilicet fidem, spem et caritatem. Osee VI.: In die tercia, id est in consumacione trium virtutum, suscitabit nos, et vivemus. Quarto, ut suos cicius recolligeret, qui erant in infidelitate. Gregorius in omelia: Cicius a morte voluit resurgere, ne nostra diu anima in infidelitatis morte remaneret. Quinto, ut veritas umbre veraciter responderet. Ut sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus, eciam sic ipse in corde terre, Mt. XII. Respectu nostri effectus mortis Christi fuit primus, gracia mundacionis a peccato, Is. LIII.: Peccata multorum tulit. Glosa: sanguine lavit, sordes amovit. Gaufridus in Poe-

1 Ioel 3,2 2 Io. 19,37 3 recte Mt. 23,37 5 Hebr. 2,17 5 et Filius: Mt. 26,2 9 Ier. 11,19 13 Lc. 23,11 14 Iob 12,4 15 recte Iob 30,10 16 Io. 19,1 17 Is. 50,6
18 Iac. 5,6 23 Hebr. 2,9 23 Aug. – ubi? 31 Prov. 13,12 31 Sen. benef. 2,5,1
33 recte Mt. 27,63 36 Os. 6,3 38 Greg. M. in evang. 25,7; PL 76,1194B 41 Mt. 12,40
42 Is. 53,12 43 Gaufr. Vinos. poetr. nova 1173–1174

- tria: Hec sua mors anime sanavit vulnera, lavit sordes, amovit culpas. Secundus, gracia liberacionis a diabolo. Ps.: Liberavit pauperem. Hebre. II.: Per mortem destruxit eum, qui habebat | mortis imperium, et liberavit eos, qui per totam vitam obnoxii erant servituti. Augustinus: Intuere, quantum bonum operatur mors Christi, per quam nos redemit a servitute diaboli, qui seduxit Adam et servum fecit. Tercius, gracia educionis de inferno. Zach. IX.: Tu in sanguine testamenti tui edux(isti) vinc(tos) tuos de la(cu), in quo non erat aqua, id est liberans misericordia. II. Reg. XXIII.: Banaías, Christus, descendit inter duo, et percussit leonem, id est Luciferum, spoliando sanctis, quos tenebat in media cisterna, inferni. Quartus, gracia reconciliacionis cum Deo. Ro. V.: Reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius. Ber(nardus) super Cant.: Ad cumulum pietatis tradidit in mortem animam suam, et de proprio latere protulit precium satisfaccionis, quo placeret Patrem. Ps.: Aput Dominum misericordia et copiosa, quia non secundum guttam, sed unda sagwinis largiter per quinque partes corporis emanavit. Quintus, gracia constitucionis in celo. Is. LXIII.: In dileccione sua ipse redemit eos, in Parasceve, et portavit eos, in ascensione, et levavit eos, in collocacione cunctis diebus seculi, quia illa levacio durat per secula. Is. LIII.: Si posuerit, scilicet Filius, animam suam, id est vitam, pro peccato, scilicet nostro, videbit semen longevum, Glosa: fideles in perpetuum regnantes. Amb(rosi)us III. Sentenciarum distincione XVIII.: Magna in morte unigeniti prestita sunt nobis, ut liceat nobis reddere ad patriam, sicut olim in morte summi pontificis. His, qui ad civitatem refugii confugerant, licebat ad propria remeare, Numeri XXXV. Effectus mortis Christi respectu Iudeorum fuit excecacio animi. Is. VI.: Exceca cor populi huius et oculos eius, scilicet interiores, claude. II Cor(inthiorum) III.: Velamen est positum super cor eorum, Glosa: cecitas deprimens rationem eorum. Secundus, amissio || loci. Io. XI.: Venient Romani. Et hoc accidit eis, quod animo divinam te verebantur. 3^{us}, destructio templi. Is. I.: Relinquitur filia Sion, Glosa: civitas vel templum, sicut vinea, scilicet vindemiata. Quartus, captivacio populi. Is. V.: Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scienciam, id est cognicionem Christi. Is. LIII.: Dabit, Glosa: Romanis, impios, id est Iudeos, pro morte sua, id est quia eum morti tradiderunt, et divites, id est scribas legis doctrina habundantes, pro sepultura, quia signaverunt sepulcrum, ne resurgeret. Quintus, dampnacio inferni. Prover. XI.: Iustus, Christus, de angustia, passionis, liberatus est, et tradetur, impius, Iudeus, pro eo, ad infernum. Dan. XIII.: Illos, qui perdicionis eius causa fuerunt, intromisit in lacum, inferni, et devorati sunt, a penis et demonibus.

9 media: M medio 20 unigeniti: M unigenito

2 Ps. 71,12 2 Hebr. 2,14 4 Aug. – ubi? 6 Zach. 9,11 8 2 Reg. 23,20 10 Rom. 5,10 11 Bern. serm. in cant. 22,7; PL 183,881A 13 Ps. 129,7 15 Is. 63,9 17 Is. 53,10
19 Petr. Lomb. sent. 3,18 22 Num. 35. – ubi? 23 Is. 6,10 24 2 Cor. 3,15 26 Io. 11,48
27 Is. 1,8 28 Is. 5,13 30 Is. 53,9 33 Prov. 11,8 34 recte Dan. 14,41

190. SERMONES DE TRONO GRACIE,
QUE EST BEATA VIRGO, DEI PARENS
(Sermo primus)

Adeamus cum fiducia ad tronum gracie eius, ut misericordiam consequamur
5 et gratiam inveniamus in auxilio oportuno, Hebre. III. Dicit Philosophus in Ethicis, quod sermones universales in moribus vani sunt. Non enim sufficit dicere Deus est diligendus, parens est honorandus, sed oportet addere condiciones et circumstantias negotii, sive facti, ut qualiter diligatur Deus, et in quibus honoretur parens. Ideo apostolus in verbis istis hortans nos agere negotium adeundi,
10 id est intrandi ad virginem, determinat et designat condiciones et circumstantias adiconis. Et primo, ostendit modum adeundi, secundo, terminum adiconis, tercio, finem sive fructum consequentem ex adicione. Dicitur ergo, qualiter sit adeundum, quia cum fiducia. Et primo quo ad tronum gracie, id est ad virginem
15 ad mundi dominam dico, quod debemus accedere primo, cum fiducia optinendi, quia dicitur: Adeamus cum fiducia, id est sine timore et diffidencia, quia recipit et exaudit. Dicit enim Ber(nardus) super Cant., quod quatenus posueris fiducie pedem in bonis, eatinus optinebis. Idem in sermone: Securus habes accessum, o homo, ad Deum, quia habes filium ante patrem, matrem ante filium. Mater
20 ostendit Filio pectus et ubera. Filius Patri latus et vulnera. Nulla poterit esse repulsa, ubi tot concurrunt caritatis insignia. Idem de assumptione: Fiducialiter sequamur Dominam servuli dicentes: Trahe me, post (te). Is. XII.: Fiducialiter agam, et non timebo. Secundo, cum reverencia animi, quoniam ut dicit Ieronimus ad Eustochium: Tam preclaram virginem venerari multum convenit, et ultra
25 angelicam dignitatem laudibus dignissime efferri, quoniam et ipse angelus venerabiliter atque officiosissime ipsam salutavit. Maximus in sermone: Scientes nos actori nostro multum nos conditos plus redemptos teneri, veneremur illum sacratissimum uterum, ex quo homini Deus apparuit. Tercio, cum instantia frequentandi ad modum Helisei, qui frequentabat domum mulieris Sunamitis. IIII
30 Reg. IIII. Sunamitis interpretatur mortificans aut mortifica. Significat virginem, que omnia in nobis viciorum mala mortificat, et ipsa mortificata est in penitencia et passione filii. Quam debemus frequentare ipsam assidue orando, secundum dictum illius sancti, qui ait: Omnis homo omni hora || ipsam ora et implora
35 eius patrocinia. Maximus in sermone: Quia ad lucem matris ecclesie constituta est Maria, ideo ecclesia inter procellas seculi eam aspiciat, et continua oracione ad ipsam confugiat, neque enim dubium est, quin possit impertiri suffragium. Restat dicere, quo est adeundum sive pergendum, quia ad tronum gracie. Tronus est sancta Dei genitrix Virgo semper. Est autem tronus candidus, lucidus et fervidus. Candidus puritate. Unde Apok. XX.: Vidi tronum magnum, candidum et sedentem super eum, a cuius conspectu fugit celum et terra. Tronus est

143b

143c

17 quatenus: M in marg. iter.

26 Maximus: M Maximianus

28 uterum: M numeri ?

34 Maximus: M Maximianus

5 recte Hebr. 4,16 5 Aristot. – ubi? 17 Bern. serm. in cant. 32,8; PL 183,950A 18 Bern. – ubi? 21 Bern. serm. ass. 1,1; PL 183,415A 22 Is. 12,2 24 cf. Ps. Hier. epist. 9,7; PL 30,133B 26 Max. Taur. serm. app. 9; PL 57,865B 30 4 Reg. 4,8 33 Omnis homo: AH 54,346 34 Max. Taur. serm. app. 9; PL 57,865B 39 Apoc. 20,11

- virgo Maria. Tronus, inquam, magnus potestate. Bernardus de assumptione: Potentissima et piissima caritas Marie habundat affectum compaciendi et effectum subveniendi, et ideo amplectamur, inquit, Marie, fratres, vestigia, et devotissima supplicatione beatis illius pedibus provolvamur, et teneamur, donec benedixerit nobis: potens est enim. Candidus puritate, scilicet floribus castitatis decentissime
 5 adornatus. Bernardus de adventu: Floruit virginis alvus et casta Marie viscera florem protulere, cuius pulchritudo non vidit corruptionem. Ieronimus ad Eustochium: Non immerito de Libano venire dicitur, iubetur. Erat enim dealbata nive candidior, quoniam quicquid in ea gestum est, totum puritas fuit. Sedens in hoc
 10 trono Christus est, a cuius conspectu, id est presencia in virgine, fugit celum, elacionis, et terra, carnalitatis, que contrivit caput draconis superbi et immundi per humilitatem et puritatem, Gen. III. Bernardus super Missus | est: Marie servata est hec victoria, ut contereret caput venenatum, que omnimodam maligni suggestionem tam de carnis illecebra, quam de mentis superbia deduxit ad
 15 nichilum. Fuit eciam tronus iste fulgidus veritate. Ps.: Tronus eius sicut sol, id est lucidus et fulgidus clara cognitione veritatis, quoniam conservabat omnia verba ewangelii in corde suo. Lu. II. Quamvis enim esset mater Domini, discere tamen precepta Domini desiderabat, et que Dominum genuerat, Deum eum scire cupiebat, cum semper multi libri aderant, ut dicit Amb(rosi)us in secundo De virginitate. Aug(ustin)us in sermone: Virgo erat pulchra, virgo pudica,
 20 corpore decora, animo fulgida, fide perspicua, mente preclara. Et ideo presencia ipsius totus orbis illustrabatur adeo, ut et ipsa celestis patria clarius rutilet virginee lampadis irradiata fulgoribus, ut dicit Bernardus de assumptione. Et quoniam sic erat illuminata doctrinis, congruit nobis adiscere ab ipsa tamquam
 25 a magistra veritatis. Dicit autem Ambrosius in secundo De virginitate, quod primus discendi ardor est nobilitas magistri. Quid autem, inquam, nobilius matre Dei, in qua tamquam exemplari expressa sunt magisteria probitatis, quia virtutes magistrales habuit, et sic omnia virtutis officia implevit, ut non tam disceret, quam doceret. Apostolos et ewangelistas in multis docuisse dicitur a Ieronimo
 30 in epistola: Conversabatur, inquam, cum senatoribus celi, sub magisterio tocius divine maiestatis inter quos intrans et exiens familiarius contulit de Christi incarnatione, tanto verius, quanto cognoverat omnia plenius. Fuit eciam tronus iste fervidus caritate. Unde Dan. VII.: Tronus eius flamma ignis. Et hoc propter
 35 pii amoris, quantis inflamabatur desideriorum affectibus, quam totam incanduerat divinus amor et propter nimium amorem creditur habitasse in loco sepulture filii sui, ut piis pascetur eius aspectus obtutibus, ut refert Ieronimus in epistola. Hinc eciam est, quod ascendisse dicitur quasi virgula fumi, quia concremata erat intus incendio pii amoris. Bernardus de assumptione: Nichil fuit in Maria

7-8 Eustochium: M Euchstochium 9 candidior: M candidius 18 tamen precepta Domini: M in marg.

1 Bern. serm. in dom. oct. ass. 5; PL 183,432A 6 Bern. serm. adv. dom. 2,4; PL 183,42 7 Ps. Hier. epist. 9,9; PL 30,136A 12 Bern. hom. super Missus est 2,4; PL 183,63B 19 Ambr. virg. 2,2,13; PL 16,222A et 2,2,10; PL 16,221C 20 Aug. - ubi? 23 Bern. serm. ass. 1,2; PL 183,415B 25 Ambr. virg. 2,2,7; PL 16,220B et 2,2,6; PL 16,220A et 2,2,9; PL 16,221B 29 Hier. - ubi? 33 Dan. 7,9 37 Ps. Hier. epist. 9,13; PL 30,140D 39 Bern. serm. in dom. oct. ass. 3; PL 183,431C

tepidum aut non ferventissimum. In affectum enim caritatis transsiverunt Marie viscera, in quibus ipsa, que ex Deo est, caritas IX mensibus requievit. Exemplum de pomo, quod qui tenet, odorem retinet. Talem autem virginem puritate candidam, veritate fulgidam, ardore fervidam convenit nobis imitari, ut eius exempla
5 sequentes ad Deum pervenire mereamur. Ambrosius in II. De virginitate: Sit nobis vita Marie tamquam in imagine descripta, ex qua velud speculo refulget species virtutis. Hinc sumatis exempla vivendi, quid fugere, quid tenere debeatis. Talis enim fuit Maria, et eius unius vita omnium esset disciplina. Que fuit virgo intra domum comes ad ministerium, mater ad templum. Ieronimus in episto-
10 stola: Quecumque anima optat sibi ad ea premium et implorat auxilium, debet imitari exemplum. Ideo amate quam colitis, et colite quam amatis. Tunc autem eam vere colitis et amatis, si imitari velitis quam laudatis. Fulbertus Carnocensis in sermone: Oportet universos Christicolas inter fluctus seculi remigantes attendere maris stellam hanc, que supremo rerum cardini Deo proxima est, et
15 respectu exempli eius cursum vite dirigere. Tronus iste appellatur tronus gracie, id est continens gratiam. Ffuit enim | tronus gracie increate, id est Christi 144b ex gracia incarnati, et tronus gracie create, id est doni gratuiti a Deo dati. Gracia enim dupliciter dicitur, uno modo donum gratuitum, alio modo Deus gratis dans dona, ut habetur II. Sententiarum di(stinctio) XXVIII. De primo modo continendi gratiam dicitur Eccli. XXIII.: Excitavit ex ipso, scilicet semine Da-
20 vid, regem fortissimum, id est Christum, in trono honoris sedentem, id est in virgine. Et hunc continuit mentem amando et carne concipiendo. Bernardus in sermone: In ipsa ante mentem replevit, quam ventrem, et cum processit ex utero, non discessit ab animo. Augustinus De virginitate: Beacior Maria percipiendo fidem Christi, quam concipiendo carnem Christi. Materna propinquitas nichil Marie profuisset, nisi felicius corde Christum, quam carne gestasset. De secun-
25 do modo continendi gratiam dicitur Lu. I.: Invenisti gratiam apud Dominum. Et hanc continuit et possessive: In me omnis gracia vite et veritatis, et distributive, quia dicit: Transite ad me etc., et a generationibus meis adimplemini, Eccli. XXIII. Restat dicere de causa adeundi sive intrandi ad tronum Dei. Et illa est duplex, scilicet consecutio misericordie et invencio gracie. Consequemur autem ex beneficio virginis triplicem misericordiam. Est enim misericordia remissi-
30 onis peccatorum, de qua dicit Psalmus: Miserere mei Deus etc., et secundum multitudinem etc. Et hanc misericordiam acquirimus per Mariam. Augustinus in sermone: Hec est flos campi, de qua || ortum est lilium convallium, per cuius
35 partum mutatur natura prothoplastrorum, que deletur culpa. Et eciam misericordia distributionis donorum, de qua dicitur Lu. XVI.: Filium revertentem de regione longinqua vidit, et misericordia motus est, et dedit ei stolam innocencie, annulum fidei, calceum exempli, vitulum communionis, osculum dileccionis. Si-
40 mili modo fit in nobis per Mariam. Unde Bernardus de assumptione: Ascendens in altum Virgo Beata dabit ipsa quoque dona hominibus, cui nec facultas dandi, nec voluntas deest. Est eciam misericordia retributionis premiorum, de qua dicit Psalmus: Qui coronat te in misericordia. Hoc quoque fit nobis per Mariam. Un-

144b

144c

1 In affectum: Bern. serm. ass. 1,2; PL 183,415D 5 Ambr. virg. 2,2,15; PL 16,222B 9 Ps. Hier. epist. 9,16; PL 30,145B et 144A 13 Fulbert. Carn. serm. nat. BMV 4; PL 141,322A 19 Petr. Lomb. sent. 2,28 20 Eccli. 24,34 22 Bern. serm. in dom. I. oct. epiph. 1,2; PL 183,155C 24 Aug. virg. 3,3; PL 40,398 27 Lc. 1,30 29 Eccli. 24,25-26 33 Ps. 50,3 34 Ps. Aug. serm. 194,1; PL 39,2105 37 recte Lc. 15,13 40 Bern. serm. ass. 1,2; PL 183,415D 43 Ps. 102,4

de Maximus in sermone: Vita, quam Eva amiserat, reparatur per Mariam. Eva posterius suos transivit ad inferos, Maria ex sua prole renatos dirigat ad celos. Anselmus in oracionibus: Per Marie fecunditatem sumus redempti et de exilio miserie in pacem beatitudinis reducti. Consequamur eciam ex beneficio Virginis triplicem gratiam. Est enim gracia cordis ad amandum bonum, de qua dicitur
 5 III Reg. III.: Illi offerebant, scilicet vasa vacua, id est corda humilia, et illa, scilicet Maria, infundebat, scilicet oleum gracie. Ieronimus in epistola: Vere gracia plena, per quam largo Spiritus Sancti imbre superfusa est omnis creatura, que celis dedit gloriam, terris Deum pacemque refudit, fidem gentibus, finem viciis,
 10 vite ordinem, moribus disciplinam. Est eciam gracia oris ad loquendum verum, de qua dicit Psalmus: Diffusa est gracia. Nam ut ait quidam sanctus doctor: Ex ipsius secretis natus est iuvenis forma speciosus pre natis | hominum, de cuius
 144d labii diffusa est omnis gracia perlata et quadripartita mundi climata. Est eciam gracia operis ad faciendum rem, de qua dicitur Act. X.: In naciones gracia Spiritus Sancti effusa est. Anselmus in oracionibus: O femina plena et superplena
 15 gracia, de cuius plenitudinis exundancia respersa revirescit omnis creatura. Sed nunc iam de trono gracie facta est tronus glorie, quemadmodum dicit Gerrius abbas Ignacensis: Fuisti talamus sponsi incarnati, eris tronus regis coronati, fuisti tabernaculum pugnaturi in mundo, eris solium triumphantis in celo. Quo nos
 20 perducatur meritis ipsius sedens super tronum et dominans Deus, Iesus Christus.

191. DE BEATA VIRGINE

Sermo secundus

(Q)uicumque confugerint in templum, quod est Ierosolimis, obnoxii regi in omni negotio dimittantur, I Mach. X. Ezech. XLIII.: Ffili hominis, ostende filiis Israel templum. Beata Dei genitrix Maria, virgo perpetua est templum et
 25 sacrarium Spiritus Sancti, de quo precipitur predicatori, ut ostendat ipsum populo Dei. Ostenditur autem, cum gloria ipsius predicatur. Quod ut possit per nos fieri, orate Iesum, habitatorem templi. Quicumque confugerint. Mundi princeps et regina mater Christi, virgo Maria tripliciter ex verbis istis redditur laudabilis, scilicet ex nuncupacione, quia dicitur templum. Ex situacione, quia dicitur
 30 esse Ierosolimis. Ex tuicionis virtute, quia defendit ad se confugientes. Primo ergo, laudatur ex nomine appellacionis, cum dicitur templum. Conpetit autem virgini, ut dicatur templum, quasi tectum amplum, ratione capacitatis sue, quia quem totus non capit orbis, in ipsius se clausit viscera factus homo. Sicut solem,
 35 cum sit maximus, ut sit maior terra, aliquando parva nubes celat, secundum Damascenum. Conpetit eciam, ut dicatur templum denominatum a contemplando,

1 Maximus: M Maxius 8 Spiritus: M *add. et del.* sanctus 9 gloriam: M graciā 13 climata: M clinata 23 Ierosolimis: M Ierosolinis 31 Ierosolimis: M Ierosolinis 33 ut: M *suprascr.*

1 Max. Taur. – *ubi?* 3 Anselm. Cant. orat. 52; PL 158,954A 6 4 Reg. 4,5 7 Ps. Hier. epist. 9,5; PL 30,130 11 Ps. 44,3 12 Ex ipsius – *quis et ubi?* 14 Act. 10,45 15 Anselm. Cant. orat. 52; PL 158,955C 18 Guerr. Ign. serm. ass. 1,5; PL 185,189D 24 1 Mach. 10,43 24 Ez. 43,10 34 quem totus: Grad. missae nativ. BMV 36 Ioh. Damasc. fid. orth. 2,7; cf. PG 94,895C

5 racione affectionis, || quia orans et meditans semper orientem contemplabatur, id
 est dilectum Filium suum, secundum illud Psalmi: Oculi mei semper ad Domi-
 num. Et quamvis denominationem accipiat a templo, excedit tamen dignitatem
 templi, quia in templo numen colitur et imago reperitur numinis, sed in Maria
 ipsum numen fuit, scilicet principale exemplar numinum. Col. II.: In ipso habitat
 10 omnis plenitudo divinitatis. Ibi Augustinus: In templo manufacto non corpora-
 liter, sed umbratilitate inhabitat, id est figurantibus signis, sed in Christi corpore,
 quod sumpsit de Virgine, tamquam in templo habitat Deus corporaliter, id est
 veraciter et solide. Eccli. XXIII.: Qui creavit me. Ad laudem primo, pertinet
 15 sublimitas elevationis, ut sit altum ab ipso fundata. Et quid sublimius Maria,
 cuius detentio est in plenitudine sanctorum, id est in Deo? Certe nichil, quia
 nichil humilior. Dicit enim Glosa super illo verbo Osee ultimo: Erumpet radix
 eius ut Libani, quod arbores Libani quantum ad ima demergunt radices, tantum
 ad alta extolluntur vertices. Bernardus de adventu: O Virgo, virga sublimis, in
 20 quam sublime verticem sanctum erigis usque ad sedentem in trono, usque ad
 Dominum maiestatis. Anselmus in oracionibus: Beata sanctitas tua post sum-
 mum omnium filium tuum, a benedicto filio tuo est exaltata. Mira res, in quam
 sublime contempler Mariam locatam. Nichil equale Marie, nisi Deus maius Ma-
 ria. Augustinus in sermone: Tu in celestibus regnis prelata es cunctis virginum
 25 choris, tu in illis felicissimis regnis primi ordinis dignitatem adeptas es, iuncta
 angelicis choris in cubiculo regis gemmis ac margaritis ornata et monilibus de-
 corata persistis. Secundo, sanctitas dedicationis, ut sit mundum. III Reg. VIII.:
 Dedicavit templum Domini | rex et sanctificavit. Et quid sancius Maria, que
 30 dedicata est in utero matris et plene purgata? Certe nichil. Unde Psalmus: Sanc-
 tum est templum tuum, id est Maria, et ipsum est mirabile in equitate, id est
 in iusticie operibus, non in cultilibus muliebribus, quoniam ut legitur in episto-
 la Epifanii: Pannum proprii coloris non intinctum et amabat et ferebat. Et quia
 sanctum, ideo divinitus inhabitatum. Ps.: Dominus in templo sancto suo. Ter-
 cio, integritas consumacionis, ut sit perfectum. III Reg. VI.: Edificavit domum
 35 et consum(m)avit eam, perfecta que est in omni opere suo. Et quid integrius Ma-
 ria, que sine tactu pudoris inventa est mater Salvatoris? Certe nichil. Unde Cant.
 IIII. dicitur esse ortus conclusus, fons signatus. Sedulius: Maximus infans inte-
 merata sui servavit viscera templi, pro virgine testis partus adest, id est proles,
 clausa ingrediens et clausa relinquens. Quarto, preciositas materie, ut sit carum.
 40 III Reg. V.: Precepit rex, ut tollerent lapides preciosos in fundamentum tem-
 pli. Et quid preciosius Maria, cuius corpus et animam vestit preciositas gracie
 et glorie? Certe nichil. Unde III Reg. VI.: Nichil erat in templo, id est in Ma-
 ria, quod non auro, scilicet gracie et glorie, tegetetur. Ps.: Astitit regina. Quinto,
 luminositas fenestre, ut sit clarum. Ambrosius I^o Exameron: Qui edificium di-
 gnum construere desiderat, unde ei lucem infundat, explorat. Que si desit, tota

18 Mariam: M materiam

2 Ps. 24,15 5 Col. 2,9 6 Aug. – ubi? 9 Eccli. 24,12 12 Os. 14,6 14 Bern. serm.
 adv. Dom. 2,4; PL 183,42 16 Anselm. Cant. orat. 52; PL 158,956A et 953B 19 Aug. –
 ubi? 22 3 Reg. 8,63 27 Epiph. Hieros. serm. de vita BMV 6; cf. PG 120,194A 31 sine
 tactu: Grad. missae nativ. BMV 31 Cant. 4,12 32 Sedul. carm. pasch. 2,44–47; PL 19,597A
 35 3 Reg. 5,17 37 3 Reg. 6,22 38 Ps. 44,10 39 Ambr. hex. 1,9,33; PL 14,153B

domus horret. Lux est enim, que ceteros domus ornatus commendat. Et quid luminosius Maria, in qua lux incorporea divinitatis carnem sumpsit humanitatis? Certe nichil. Unde III Reg. V.: Fecit in templo, id est in Maria, fenestras obli-
 5 quas, id est sensus et vires luminis capaces. || Fenestra enim obliqua intus laciore
 145c est, extra stricciore, et talis fenestra est capax multi luminis et nocivorum. Pari modo in ipsa claruerunt lumine valve, id est potencie anime. Apok. XII.: Mulier amicta sole, id est luce sapientie, gracie et glorie. Epifanius in epistola: Didicit Dei genitrix litteras Ebraicas, et bene docilis fuit et amans doctrinam et perseverans circa scripturas, et erat mirabilis in sapientia et doctrina super omnem
 10 generacionem mulierum. Sexto, profunditas sapientie in opifice, ut sit opus apte mensuratum et proporcionatum, ut dicatur veraciter de ipso: Materiam superabat opus. Et quid sapiencius Filio Dei, in quo sunt omnes thesauri sapientie etc.? Col. II. Certe nichil. Unde III Reg. III.: Precedebat sapientia Salomonis, id est Christi, sapientiam omnium orientalium, et erat sapiencior cunctis hominibus.
 15 Hic fuit edificator templi Marie. Ps.: Ipse fundavit eam. Prover. VI.: Sapientia edificavit. Secundo, laudibus extollitur ex loco situacionis, quia dicitur esse Ierosolimis, id est in celesti patria, in qua posita est in assumptione sua per filium suum. Cuius vox est ad Patrem. Sap. IX.: Dedisti edificare templum in monte sancto tuo, id est in celo. Tercio, ex privilegio tuicionis, quia quicumque confu-
 20 gerint ad templum, id est Mariam, quod est Ierosolimis, id est in celis, obnoxii, id est debitores vel culpabiles, regi scilicet Christo, in omni negotio, id est in quocunque peccato, dimittantur, scilicet auctoritate loci refugii. Quoniam ut dicitur I Mach. III.: Decipi eos, qui crediderunt templo, id est commiserunt se Virgini, quod per universum mundum honoratur, pro sui sanctitate impossibile
 25 est omnino. Ideo dicit nobis Eccli. 24.: Transite ad me, omnes quasi ad locum refugii | et liberacionis. Quod ut facere possumus, faciat matris precibus Iesus
 145d Christus.

192. DE EADEM VIRGINE GLORIOSA

Sermo tercius

30 Beatus venter, qui te portavit, Lu. XI. Beata Virgo invenitur beatificari in scripturis a tribus personis et propter tria, scilicet a matre Baptiste propter credulitatem. Lu. I.: Beata, que credidisti, quoniam perfici(untur) in te ea, que dicta sunt tibi a Domino. A devota plebe propter humilitatem. Lu. I.: Respexit humilitatem, ecce enim ex hoc. A quadam muliere, que dicitur fuisse ancilla Marthe,
 35 de qua nunc agitur, et ab hac propter fecunditatem: Beatus venter etc. Sciendum est autem, quot Dominus noster portatus est a triplici ventre. Primo, Virginis, ut nunc dicitur: Beatus venter. Sap. VII.: In ventre matris figuratus sum caro. Secundo, piscis. Ione II.: Erat Ionas in ventre piscis tribus diebus. Per piscem, qui fuit cetus, intelligitur diabolus, cuius venter est infernus, qui portavit Christum
 40 in triduo mortis. Sed sicut quidam piscis, secundum Aristotelem De animali-

3 recte 3 Reg. 6,4 6 Apoc. 12,1 7 Epiph. Hieros. serm. de vita BMV 5; cf. PG 120,191B
 11 Materiam superabat: Ov. met. 2,5 13 Col. 2,3 13 recte 3 Reg. 4,30 15 Ps. 86,5
 15 recte Prov. 9,1 18 Sap. 9,8 23 recte 2 Mach. 3,12 25 Eccli. 24,26 30 Lc. 11,27
 32 Lc. 1,45 33 Lc. 1,48 37 Sap. 7,1 38 Ion. 2,1 40 Aristot. – ubi?

bus, intrat ventrem cocodrilli et perforat, sic Christus infernum et diabolum. Is. XXVII.: Occidet cetum qui est in mari. Osee XIII.: O mors, ero mors tua, morsus tuus. Tercio nubis. Act. I.: Nubes suscepit eum ab oculis eorum. Nubes enim dicitur habere ventrem ab Aristotele III.: Tonitruum est ignis extinctus in ventre nubis. Quoniam ut dicit Ieronimus Is. XLVI.: Methaforice membra eciam earum rerum dicuntur, que sensu et membris carent, ut mors et vita in manu ligue, et anima eorum, scilicet idolorum, in captivitatem ibit, et tamen simulacra animam non habent, que dicuntur ire in captivitatem pro precio metalli. Prima portacio fuit misericordie, in qua visitavit nos oriens ex alto, Lu. I. Secunda potencie, qua spoliavit infernum et captivam duxit captivitatem. Tercia glorie, qua assumptus est in celum et sedit a dexteris Dei. Mt. XVI. Primus || portator, scilicet venter Virginis fuit ditatus ex hac portacione. Eccli. XVI.: In terram respexit et inplevit illam. Sedulius: Que ventre beato gaudia matris habet cum virginitatis honore. Secundus fuit depauperatus, secundum illud: Fieri pauperrima sentis ex hac iactura, id est dampno extraccionis sanctorum. Is. I.: Relinquitur sicut civitas que vastatur. Tercius privilegiatus, quia nubem elegit in veiculum ascensionis in celum. Ps.: Ponis nubem ascensum tuum. In veiculum descensionis ad iudicium. Act. I.: Sic veniet, scilicet in nube. Luc. XXI.: Videbunt Filium hominis venientem. Ad designandum incarnationis beneficium. Is. XIX.: Ascendet Dominus super nubem levem, Glosa: corpus Sancte Virginis nullo pondere peccati grave. III. Reg. VIII.: Dixit Dominus ut habitaret in nebula. Moraliter Christus portavit nos, et nos debemus portare ipsum. Christus portat totum mundum. Hebre. I.: Portat omnia verbo veritatis sue. Virum iustum. Osee XI.: Ego, quasi nutricius, portavi eos in brachiis meis, que sunt gracie collocio et temporalium exhibicio, quasi brachium dexterum et sinistrum. Hominem perversum. Is. XLVI.: Qui portamini, Glosa: eciam peccantes, a meo utero, Glosa: misericordia, qui gestamini a mea vulva, Glosa: clemencia quasi matrice. Ieronimus: Ineffabilis maiestas membra non habet, sed membra eius dicimus affectus eius. Diu enim peccantes pacienter expectat. Portat autem malos, sicut mater fetum mortuum, sicut infirmus membrum corruptum, sicut viator pondus magnum. Sed quia fatigatur sub istis, quoniam ut dicitur Eccli. XXII.: Arenam et salem facilius est portare, quam hominem fatuum, ideo quandoque proiciet eos in Armon, quod interpretatur anathema meroris, id est in infernum, Amos III. Et tunc portabunt(ur) ab alio, | scilicet diabolo. Eze. XII.: Dux, qui est in medio eius, in humeris, scilicet demonum, portabitur, scilicet ad infernum, in caligine, scilicet peccati, egredietur, scilicet de corpore, parietem, scilicet corporis, perfodient, scilicet per infirmitatem, ut educant eum, scilicet de mundo, facies eius, scilicet intellectus, operietur, scilicet velamine culpe, ut non videat oculo, scilicet mentis et corporis, terram, scilicet vivencium. Nos debemus portare Christum in corde, in ore, in opere. De modo portandi in corde Cant. I.:

146a

146b

21 habitaret: M habitarem 33 Armon: M Arnon

1 Is. 27,1 2 Os. 13,14 3 Act. 1,9 4 Aristot. - ubi? 5 Hier. in Is. 46,1-3; PL 24,467B
9 Lc. 1,78 10 captivam duxit: Eph. 4,8 11 recte Mc. 16,19 12 Eccli. 16,30 13 Sedul. carn. pasch. 2,66-67; PL 19,599A 14-15 Fieri pauperrima: Gaufr. Vinos. poetr. nova 409-410
15 Is. 1,8 17 Ps. 103,3 18 Act. 1,11 18 Lc. 21,27 20 Is. 19,1 21 3 Reg. 8,12
23 Hebr. 1,3 24 Os. 11,3 26 Is. 46,3 28 Hier. - ubi? 31 Eccli. 22,18 33 Amos 4,3
34 Ez. 12,12 40 Cant. 1,12

- Dilectus meus inter ubera mea morabitur. Ber⟨nardus⟩ super Cant.: Hunc medullis inserite cordis, ut et vobis inter ubera commoretur. Accepit Simeon in ulnas suas, Maria gestavit in utero, sponsa inter ubera collocavit, Ioseph, vir Marie super genua, ille frequenter arrisit. Exemplo sint vobis, ut et vos similiter faciat.
- 5 De secundo modo portandi Mt. XVII.: In ore piscis inventus est stater, qui appendit tres aureos. Stater Christus est, tres aurei in eo divinitas, corpus et anima, qui debet esse in ore piscis, id est fidelis nutrice in aquis baptismi, adorandum, laudandum et predicandum. Act. IX.: Portet nomen meum coram gentibus. De
- 10 tercio modo I Cor. VI: Portate Deum in corpore vestro, Glosa: ut propter Deum adversa sustinete et bona opera aliis ostendite.

193. IN SYNODO

Sermo primus

- Fecit Deus duo magna luminaria: luminare maius, ut preesset diei, et luminare minus, ut preesset nocti. Et posuit in firmamento celi, Gen. I. Opus istud
- 15 luminarium laudatur in verbis istis ab altitudine originis, quia fecit ea Deus. A dignitate || operis, quia fecit luminaria magna. Ab utilitate finis, quia fecit, ut preessent diei ac nocti. A sublimitate situationis, quia posuit ea in celo. Est ergo sensus dicti: Fecit Deus etc., scilicet solem sciencie ut lunam continencie, et posuit in celo, id est in clerico, ut sol sciencie presit diei, id est fidelium illuminationi, et luna continencie nocti, id est carnalitatum repressioni. Dicatur ergo:
- 20 Fecit Deus. Cuius faccio laudatur in scripturis a triplici bono modo faciendi, scilicet quod operatur faciliter, utiliter et integraliter. Et hoc habes prosecutum in illo Sancti Pauli „Deus, qui dixit de tenebris”. Fecit autem luminaria solem sciencie et lunam continencie, que dicuntur luminaria ab effectu, quia illuminant proprium subiectum et populum commissum, sicut dicit apostolus Phil. II.: Inter quos lucetis, Glosa: lucere debetis doctrina et vita, quasi ad hoc estis constituti, ut luceatis, sicut luminaria fixa in celo lucent in mundo. Sic et vos sol mundi estis, quia estis vasa ewangelii, sicut illa dicuntur continere rationem vite animalis. Dicuntur etiam duo a sufficiencia, quia cum due sint potencie
- 30 perfectibiles in anima, scilicet intellectus et affectus, sive ratio et voluntas. Et potencia intellectiva perficiatur sciencia, motiva vero virtute, quoniam perfectiones multiplicantur secundum numerum perfectibilium. Sufficenter perfectus est, qui habet scienciam et mundiciam. Dicuntur etiam magna a dignitate, quoniam veritas et castitas sunt dignissima dona Dei. De dignitate sapiencie dicit
- 35 Augustinus De ci(vitate) Dei inducens verbum Ciceronis, quot sapiencia nullum maius donum | datum est hominibus a diis immortalibus. De dignitate mundicie dicit Ambrosius in libro De virginitate: Quis posset maiorem estimare decorem castitatis decore, que amatur a rege? Quasi diceret: nullus potest. Donum

6 Stater: M in marg. corr. ex Sater 23 luminaria: M add. aut

1 Bern. serm. in cant. 43,5; PL 183,995C 5 Mt. 17,26 8 Act. 9,15 9 1 Cor. 6,20
14 Gen. 1,16–17 23 Deus, qui: vide serm. 37. 25 Phil. 2,15 35 Aug. – ubi?; cf. Cic. leg. 1,86 37 Ambr. virg. 1,7,37; PL 16,210B

sciencie dicitur esse maius luminare et mundicie minus. Et hoc ideo, quia continencia solum sibi prodest, et secundum Aristotelem in Topicis: Inter dona illud est divinius, quod est communius. Ieronimus ad Paulinum: Sancta rusticitas solummodo sibi prodest, et quantum edificat ex vite merito ecclesiam Christi, tantum nocet, si destruentibus non resistat. Daniel iustos ait fulgere quasi stellas, et intelligentes, id est doctos quasi firmamentum. Vides, quantum inter se distent iusta rusticitas et docta iusticia? Alii stellis, alii celo comparantur. Bernardus super Cant. XXXVI.: Non ignoto quantum ecclesie profuerunt et prosunt litterati sui sive ad refellendos eos, qui ex adverso sunt, sive ad simplices instruendos. Has perfecciones fecit Deus in celo, id est constituit in clerico, cui sol sciencie necessarius est et utilis. Primo, ad discernendum in confessione. Levit. XI.: Differencias noveritis mundi et immundi, et sciatis quid comedere, id est reconciliare a peccatis absolvendo illos, scilicet qui vere penitent et plene confitentur, et quid respuere debeatis, scilicet fictos et notorios. Secundo, ad pronuniciandum in lectione, quia dicitur IIII. Sententiarum distincione XXIII., quod qui ad gradum clericatus provehitur, litterarum sciencia debet esse instructus, ut sensum verborum intelligat, vim accentuum sciat, distincte legat, ne confusione prolacionis intellectum auditoribus auferat. Attendat, quid indicative, quid interrogative legendum sit, ubi sit in oracione facienda distincio. Hec enim male || servata intellectum turbant et alios ad risum provocant. Tercio, ad docendum in predicacione. Eccli. XXXVII.: Vir sapiens plebem suam erudit. Gregorius in Pastoralis: Qui ad officium predicacionis excubant, a sacre leccionis studio non recedant, ut doctores in suis cordis eloquia sacra meditantes quicquid necesse est, protinus doceant. Dionisius ad Demophilum: Si sacerdotum ordo est illuminativus, profecto cecidit a sacerdotali ordine et virtute, qui non est illuminativus, magis autem, qui non est illuminatus. Et audax mihi videtur talis sacerdotalibus manum apponens, et non timet neque fereundatur divina preter dignitatem exequi. Quarto, ad saporandum in oracione. Verba enim intellecta delectabilius proferuntur, et magis sine tedio et ore dicuntur, in mente dulcius et diligencius retinentur. Ps.: Quam dulcia faucibus meis. Alias autem legere et non intelligere est negligere. Luna continencie necessaria est et utilis ordinatis primo, ad exemplum. I Tim. III.: Exemplum esto fidelium in castitate. Ibi Augustinus: Pastor occidit oves quantum in se est male vivendo, malum exemplum prebendo. Attendens enim ovis prepositum suum in carnalia desideria incendente incipit dicere: Si prepositus meus sic vivit, ego quis sum, qui non faciam, quod ille facit? Secundo, ad meritum. Sola enim continencia est, que potest animas Deo presentare, ut dicit Canon. Sap. III.: Ffelix sterilis et (in)coinquinata, dabitur ei fidei donum electum, id est aurea, et sors in templo Dei acceptissima, id est aureola. Is. LIII.: Dabo eunuchis, id est hominibus mundis, qui se castraverunt propter regnum celorum, in domo mea locum, id est in celo, et nomen

147a

9 sunt: M add. et del. litterati 9 sive: M false del. 11 sol: M soli 16 provehitur: M probeitur 25 profecto: M perfecte 35 Si: M sic

2 Aristot. – ubi? 3 Hier. epist. 53,3; PL 22,542 8 Bern. serm. in cant. 36,2; PL 183,967D 12 Lev. 11,47 15 Petr. Lomb. sent. 4,24 21 Eccli. 37,26 22 Greg. M. past. 2,11; PL 77,50A 24 Ps. Dion. Areop. epist. 8,2; Dionysiaca 1533–1534 30 Ps. 118,103 32 1 Tim. 4,12 33 Aug. – ubi? 37 Canon: – ubi? 37 Sap. 3,13–14 39 recte Is. 56,5

melius, id est excellencius, a filiis et filiabus, id est quantum si filios et filias generassent. Tercio, ad consistenciam corporis. Isidorus De summo | bono: Castitas est securitas mentis, sanitas corporis. Unde et aliquos gentiliū gymnīcos perpetuam Veneris abstinentiam credimus exercuisse, ne virtutem libidine frangerent. Luxuriosa namque vita carnem cito debilitat, fractamque celeriter ducit ad senectutem. Ps.: Viri sagwinum non dimidiabunt. Quarto, ad acquisitionem honoris. Ieronimus ad Nepocianum: Iudex seculi plus defert clerico continenti, quam diviti, et magis sanctitatem tuam veneratur quam opes.

147b

194. (IN SYNODO)
Sermo secundus de eodem

10

Mundamini, qui fertis vasa Domini, Is. LII. In istis verbis dirigitur ad vos necessaria admonicio, quando dicitur: Mundamini. Et ponitur admonicionis ratio, quando dicitur: qui, id est qui vos, supple: estis, qui fertis vasa Domini materialia, calices et ampullas, et spiritualia, fideles animas. Mundicia distinguitur duobus modis: uno modo ratione subiectorum mundandorum, alio modo ratione mundancium, sive eorum, qui mundant. Ideo primo dicemus de mundandis, secundo de mundativis. Mundanda in vobis sunt quinque, scilicet vasa cordis, hostia oris, manus (operacionis), vestis conversacionis, domus habitacionis. Nam homo reputatur immundus propter fedam affectionem, in pudicam locucionem, indecentem operacionem, inhonestam conversacionem, inornatam habitacionem. Cor ergo sacerdotis debet mundari ab immundis cogitacionibus. Ier. IIII.: Lava a malicia cor tuum. Is. (I.): Lavamini, mundi estote, auferte malum cogi(tacionum) vestrarum. Os ab in pudicis locucionibus. Eph. IIII.: Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. Idem V.: Ffornicacio aut || inmundicia aut stultiloquium nec nominetur in vobis. Sed sicut dicitur Iob XXXIII.: Sentenciam labia vestra pura(m) loquantur. Bernardus in epistola: Caput gerebas velatum, sed elatum. Sub signo verecundie sermo resonabat inverecundus. Manus ab iniquis operacionibus. Iac. V.: Emundate manus, peccatores. Gen. XXXVIII.: Manus vestras servate innoxias. Iob XXXIII.: Mundus sum a peccato, et non est iniquitas in manibus meis. Conversacio ab inordinatis moribus. Gen. XXXV.: Mundamini ac mutate vestimenta vestra, id est exteriores mores et conversaciones, ut sint speciales et imitabiles, sicut vestimenta sancta sunt alba, id est nitida honestatis gracia, Mt. XVII.: Gregorius in Registro: Lux gregis est pastor. Ideo decet dominicum sacerdotem moribus et vita clarescere, quatenus in eo tamquam vite sue speculo plebs commissa, et eligere, quod sequatur et videre possit, quod corrigat. Habitaculum exterius ab inmundiciis materialibus, ne sint res fetide in ecclesia seu in domo propria. I Mach. IIII.: Sacerdotes sine macula mundaverunt sancta.

147c

6 adquisicionem: M adquisionem 13 id est: M iter. 18 hostia: lege ostia 34 sue: M suo

2 Isid. sent. 2,40,5; PL 83,644A 6 Ps. 54,24 7 Hier. epist. 52,11; PL 22,536 11 Is. 52,11
21 Ier. 4,14 22 Is. 1,16 23 Eph. 4,29 24 Eph. 5,3 25 Iob 33,3 26 Bern. epist.
114,3; PL 182,260C 28 recte Iac. 4,8 28 recte Gen. 37,22 29 Iob 33,9 30 Gen. 35,2
33 Mt. 17,2 33 Greg. M. epist. 8,33; PL 77,855B 37 I Mach. 4,42

Nam sicut ait Oracius in sermonibus: In vilibus scopis parvus consistit sumptus. Si autem negligatur, est in eo vicium ingens. Et quanto curam sumptumque minore[m] hec requirunt, tanto iustius reprehenduntur sive fiant. Iuvenalis: Hospite venturo cesset nemo tuorum. Verre pavimentum, nitidas ostende columnas, arida cum tota descendat aranea tela. Hic lavet argentum, vasa aspersa tergeat alter. Ne stercore feda canino atria displaceant oculis venientis amici. Mundancia vos iterum sunt quinque scilicet passio Christi. Hebre. II.: Sanguis Christi emundavit conscienciam nostram ab operibus mortuis. Gracia baptismi. Eph. V.: Christus dilexit ecclesiam mundans illam lavacro aque. Virtus verbi. Io. XV.: Iam vos mundi estis propter sermonem. Humilitas penitencie. Ps.: Asperges me. Isopus humilis herba pectoris purgativa significat penitenciam, que mundat. Act. II.: Penitenciam agite in remissionem peccatorum vestrorum. Pietas misericordie. Lu. XI.: Date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. Racio autem mundacionis est digna delacio vasorum Domini. Distiguit autem apostolus duo genera vasorum, Ro. IX. II Tim. II., scilicet quedam in honorem, quedam in contumeliam. Et vasa honoris sunt bona, contumelie mala. Vasa honoris portantur a sanctis sacerdotibus. Ecc. XLV.: Coronavit illum, scilicet sanctum sacerdotem, vasis virtutis, id est hominibus electis. Vasa contumelie portantur a malignis spiritibus. Is. XXXII.: Fraudulenti, id est diaboli, vasa, id est corda vel auditores, pessima sunt. Glosa: qualis magister, talis discipulus. Bona vasa distiguuntur tripliciter, scilicet secundum nomen, materiam et contentum. Et hoc habes persecutum in illo sermone Sancte Marie Magdalene "Dissipatum est vas". Vasa mala distiguuntur eciam tripliciter, scilicet secundum appellacionem, materiam et contentum. Secundum appellacionem dicuntur vasa mortis per prescienciam ad dampnacionem. Ps.: Paravit, id est creavit, vasa mortis, id est animas dampnandas. Vasa ire per presentem culpam. Ro. IX.: Sustinuit in multa paciencia vasa ire, vasa contumelie per penam futuram. Ro. IX.: Habet figulus potestatem facere vasa in contumeliam, in turpem usum. Secundum materiam dicuntur vasa lutea per fragilitatem carnis. Tre. IIII.: Reputati sunt in vasa testea. Ligneae per fragilitatem spiritus. Levi. XI.: Vas ligneum pollutum erit. Papirea per errorem rationis. Is. XVIII.: Mittit, scilicet diabolus, in mare, id est in mundo, legatos suos, scilicet hereticos, in vasis papiriis, id est in doctrinis falsis. Ieronimus: Vasa papirea sunt hereticorum dogmata, que dicuntur portari super aquas, quia cito delentur. Libri enim vicino humore obscurantur et delentur. Ita doctrina eorum, que in principio videtur fortis, transit et labitur. Act. V^o. Consilium, quod est ex hominibus, dissipabitur. Augustinus VIII. De ci(vitate) Dei: Ea, que a veritate non descendunt, interdum eciam nullo impellente seipsa subvertunt. Secundum contentum, sive continenciam dicuntur esse vasa impleta,

2 ingens: M ugens 4 Verre: M Vere 6 vos: M nos 16 mala: M mali 31 mare: M mari

1 cf. Hor. sat. 2,4,81-86 3 Iuv. 14,59-62 et 64-65 7 recte Hebr. 9,14 8 Eph. 5,26
9 Io. 15,3 10 Ps. 50,9 11 Act. 2,38 12 Lc. 11,41 15 Rom. 9,21 15 2 Tim. 2,21
17 Eccli. 45,9 19 Is. 32,7 22 Dissipatum est: vide serm. 86. 25 Ps. 7,14 27 Rom. 9,22
29 Lam. 4,2 30 Lev. 11,33 31 Is. 18,2 33 Hier. - ubi? 35 Act. 5,38
36 recte Aug. civ. 7,19; PL 41,210

scilicet cupiditate. Iob XXX.: Replent domus suas argento. Carnalitate. Sap. II.: Vino precioso nos impleamus. Elacione. Iob XV.: Implebit ardore stomachum suum, etc.

195. (IN SYNODO)
Sermo tercius de eodem

5

Sancti eritis mihi, quia ego sanctus sum, qui separavi vos a cunctis populis, ut essetis mei, Levi. XX^o. Dicit Boecius in Topicis, quod omnis diversitas discors est, similitudo vero appetenda est. Ideo Dominus, qui sanctus est, sibi similes sanctos diligit, et in suam societatem eligit, quatenus volatilia ad sibi similia
10 conveniunt, Eccli. XI. Propter quod dicit suis: Sancti eritis mihi. In quibus verbis primo, indicitur nobis sanctitas, quando dicitur: Sancti eritis mihi. Secundo, ostenditur causa exemplaris illius sanctitatis, quando dicitur: quoniam ego sanctus sum. Quasi ita sitis sancti, sicut ego sum sanctus, ita tamen, quod hoc, quod dico, sicut notet similitudinem in genere, non in quantitate. Tercio, docetur modus tenendi hanc sanctitatem, quando dicitur: qui separavi vos a cunctis populis.
15 Quasi diceret: Ita eritis sancti, si fueritis a ceteris populis separati. Quarto, ponitur finis sive fructus indute sanctitatis, quando dicitur: ut essetis mei. Sanctitas enim facit nos esse Dei. Numeri XVI.: Sanctos applicabit sibi. Vult ergo Dominus suos esse sanctos atque ideo dicit: Sancti eritis mihi. Vult enim, quod
20 ministretur sibi mundo | vase, munda manu, mundo habitu, hoc est puro corde, sancta operatione, honesta conversacione, ut quicquid est in servo Dei, totum sit sanctum, scilicet quantum ad affectionem, quantum ad operationem, quantum ad conversacionem, ut impleatur in eo dictum apostoli I Tesa. V.: Deus pacis sanctificet vos per omnia. Debemus ergo in servicio Dei habere munda vasa, id
25 est corda. II Tim. II.: Qui emundaverit se, erit vas in honorem sanctificatum. Eccli. II.: Qui timent Dominum, preparabunt corda sua et in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Debemus etiam habere mundas manus ad litteram carnales et etiam operationes, que manibus fiunt, quia dicitur Exo. XXIX.: Ut sit placabile sacrificium, sanctificentur offerencium manus. Exo. 28.: Cunctorum
30 consecrabis manus, ut sacerdocio fungantur mihi, ne iniquitatis rei moriantur. Debemus etiam habere mundas vestes, id est honestas conversaciones et mores, quia dicitur I^o Pe. I^o: Secundum eum, qui vocavit vos, sanctum et ipsi in omni conversacione sancti sitis. Exo. XX.: Sanctifica illos, et subditur modus sanctificationis: lavent vestimenta sua, id est mutant conversaciones mundanas. Ut
35 sicut primo exhibuerunt membra sua servire iniquitati, ita nunc exhibeant servire iusticie ducenti in sanctificationem. Talis autem sanctitas servatur per separationem a cunctis populis, quia dicit Plato, quod sacerdotiis predicti extra populum vivebant, ne aliqua contagione prophana castitas polluat. Seneca in epistola:

148b

10 quod: M iter. 21 operatione: M add. et del. quantum ad conversacionem

1 recte Iob. 3,15 1 Sap. 2,7 2 Iob. 15,2 7 Lev.20,26 7 Boeth. theol. tract. 3,49;
PL 64,1311C 10 recte Eccli. 27,10 18 Num. 16,5 23 1 Thess. 5,23 25 2 Tim.
2,24 26 Eccli. 2,20 28 Ex. 29,33 29 Ex. 28,41 32 1 Pt. 1,15 33 recte Ex. 19,10
37 Plato Tim. 24 38 Sen. epist. 7,5

Subducendus est a populo animus tener et parum tenax recti, facile transitur ad plures. || Socrati et Platoni con Lelio excutere morem suum dissimilis multitudo potuisset. Vvult ergo Dominus suos familiares separari a consorciis malorum. Unde dicitur I Esdre VIII.: Facite, quod est placitum Deo, et separamini ab uxori-
 5 ribus alienigenis. Ps.: Ambulans in via, Glosa: hoc ad litteram maxime convenit sacerdotibus, ut cum pravis non cohabitent, Ieronimus in epistola: Bonus honor in ecclesia, si a consorcio clericorum sunt femine longe. Monachum et clericum solitudo facit, non publicum. Secundo, ab immundiciis peccatorum. Ier. XV.: Si separaveris preciosum a vili, id est animam a culpa, quasi os meum eris, id est
 10 dignus relator verbi. Unde, quia culpa infectis et ab immundicia non separatis predicare non convenit. Ps.: Peccatori dixit Deus, quare tu enarras. Cassiodorus: Sancta verba os pollutum non audeat predicare. Tercio, (ab) affectibus mundanorum, ut sit quasi adepes separatus a carne, id est ab omni rerum materialium amore, Eccli. XLVII. Gregorius in Registro: Durum est et procul a sacerdotis
 15 officio personam positam sub necessitate negligere et studio congregandi indecenter pecuniis inhiare. Sed potius debent esse largi de acceptis, quia manus habent unctas, ideo minime convenit eis tenacitas, quoniam manus uncta non bene capit, nec firmiter tenet, quod apprehendit.

196. (IN SYNODO)

20 Sermo quartus

(S)acerdotes et levite accedant ad Dominum, ut ministrent mihi, Eze. XLIII. Ber(nardus) super Cant.: Origo fontium et fluminum omnium mare est, virtutum et scienciarum Dominus Christus. Quis enim Dominus virtutum, nisi ipse
 | est rex glorie. Et iuxta canticum Anne idem ipse Deus scienciarum Dominus
 25 | est. Quicquid sapientie, quicquid virtutis te habere confidis. Dei virtuti, Dei sapientie reputa Christo! Ideo ipse rogandus est. Sacerdotes etc. In his verbis intimatur diversitas clericorum et laudatur dignitas eorum. Differentia clericorum manifestatur in eo, quod nominat sacerdotes et levitas, quasi maiores et
 30 minores, quoniam levite erant ministri Dei, id est sacerdotum. Causatur autem diversitas in clericis ex differentia ordinum, quoniam ordines distiguntur per sacram et non sacram, qui tamen omnes serviunt Deo in sacramento altaris, in quo
 duo sunt, scilicet consecratio corporis Domini et manducacio, sive usus consecrati. Ob hoc enim consecratur, ut veniat in usum fidelium per manducacionem. In actu consecrationis deserviunt tres primi ordines, quia subdiaconus materiam
 35 sacramenti accipit a populo et offert diacono. Diaconus accipit a subdiacono et offert presbitero. Presbiter accipit a diacono et offert Deo consecrando. In actu manducacionis deserviunt quatuor inferiores ordines disponendo populum ad dignam eius manducacionem. Et hoc fit dupliciter, scilicet per remocionem proi-

2 Socrati: M Socratis

4 recte 1 Esdr. 10,11 5 Ps. 100,16 6 Ps. Hier. epist. 42,9; PL 30,300B 8 Ier. 15,19
 11 Ps. 49,16 11 Cassiod. in psalm. 49,16; PL 70,354D 14 Eccli. 47,2 14 Greg. M. – ubi?
 21 Ez. 44,15 22 Bern. serm. in cant. 13,1; PL 183,833D 23 Quis enim: Ps. 23,10
 24 ipse Deus: 1 Reg. 2,3

- bendorum et per collationem conferencium dispositionum. Prohibendi sunt duo, scilicet homo malus, quod fit per hostiarium, et diabolus, quod fit per exorcistam. Conferentes dispositiones sunt etiam due, scilicet illuminatio intellectus, quod fit per lectorem recitantem lectiones, et inflammatio affectus, quod fit per
5 acolitum portantem cereos ad excitationem devocionis, non causa illuminationis, cum sit dies. Dignitas vero eorum monstratur in eo, quot ipsi accedunt ad Dominum tanquam || primi et familiares, ut ministrent ei aliis longe stantibus
10 Dominum tanquam inperfectis comparacione clericorum. Exo. XIX.: Vulgus non accedat ad montem. Ista autem ministratio non est servitus, sed dominacio, quia secundum Boecium De consolacione: Deo servire regnare est et cuius agi frenis atque obtemperare iusticie summa libertas. Tenentur autem exhibere Domino quadruplex ministerium. Primo, ministerium dispensatoris in temporalibus. Gen. XLII.: Dixit Ioseph ministris suis, ut implerent saccos fratrum suorum tritico. Ioseph
15 Christus est, ministri eius prelati, quibus precipit, ut largiantur fratribus suis, id est pauperibus, de quibus dicit: Narrabo nomen tuum fratribus meis, electa, quod innuitur in tritico, quia est conveniencior materia ad panem, et multa, quod innuitur in implecione. Mt. XXIII.: Fidelem servum constituit Dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore. Quoniam ut dicit Ber(nardus) De contemptu mundi: Facultates ecclesiarum sunt patrimonia pauperum et sacrilega
20 eis crudelitate subripitur, quicumque sibi ministri et dispensatores ultra victum et vestitum accipiunt. Res enim pauperum non pauperibus dare par sacrilegio crimen esse demonstratur. Ber(nardus) super Cant.: Timeant clerici, qui stipendiis, que sufficere debeant, minime contenti superflua, quibus egenis sustendi forent, impie sibi retinent, et in usus sue superbie atque luxurie consumere non verentur. Secundo, intercessoris in oracionibus. Ioel II.: Plorabant sacerdotes ministri
25 Domini, ut scilicet eorum oracio sit devota, et dicent: Parce Domine, parce | populo tuo, ut sit assidua. Et etiam debet esse pura, ut sit exaudiri digna, quia dicit Gregorius in Registro: Cause ruine populi sunt sacerdotes mali, quia enim populi se peccator intercessor obiciat, si sacerdos, qui exaudiri debuerat, graviora committat. Idem in Pastoralis: Si homo aput hominem, de quo minime presumit fieri intercessor, erubescit, qua mente aput Deum populo intercedit, qui familiarem
30 se esse Deo per vite meritum nescit? qui utrum sibi sit placatus, ignorat? Debet etiam esse honesta et matura, non festina neque confusa. Ber(nardus) super Cant.: Moneo vos, ut reverenter Domino assistatis, non precedentes verba dimidia, non integra transilientes, non fractis vocibus muliebre quiddam balba de nare sonantes. Tercio, propugnatoris in iudiciis. Ro. XIII.: Dei minister est vindex in iram ei, qui malum agit. Ideo et gladium portat, scilicet ut puniat malos et deffendat bonos. Ambrosius: Minister Dei in bonum tuum datus est tibi, ut tueatur te et tua. Ideo enim dati sunt a Deo rectores, ne malum fiat bonis. Gregorius
35 in Registro: Officii sacerdotalis est, ut desolatis solacia inpertiri debeatis, qua-

18 cibum: M cibus 36-37 vindex: M iudex 38 in: M iter. 39 rectores: M rectoris

8 Ex. 19,12 10 Boeth. cons. 1, prosa 5; PL 63,643A 12 Gen. 42,25 17 recte Mt. 24,45
18 Ps. Bern. cont. mund. – Gaufr. abb. decl. 17,20; PL 184,449B 22 Bern. serm. in cant. 23,12;
PL 77,1209B 25 Ioel 2,17 30 Greg. M. past. 1,10; PL 77,23B 33 Bern. serm. in cant.
47,8; PL 183,1011C 36 Rom. 13,4 38 Ambrosiast. in Rom. 13,4; PL 17,171C 39 Greg.
M. epist. 1,13; PL 77,459A

tenuis sacerdotali tuicione possint remedia reperire. Sed de negligentibus dicitur
 Eze. XIII.: Non ascendistis ex adverso neque opposuistis vos murum pro domo
 Israel, ut staretis in prelio in die Domini. Ambrosius super Lucam: Nichil in sa-
 cerdote tam perviciosum apud Deum, tam turpe apud homines, || quot senecat non
 5 libere denunciare. Isidorus De summo bono: Multi sacerdotes metu potestatis
 veritatem occultant. Quarto, prolocutoris in documentis. I Tim. II.: Fidelem me
 existimavit ponens in ministerio, Glosa: ewangelii predicandi. Gregorius in Mo-
 ralibus: Cum a viciis caro restringitur, cum mens virtutibus exercetur, restat, ut
 loquendo quisque doceat vitam, quam moribus ornat. Ambrosius De officiis: Vir
 10 iustus et dictis et rebus probatur, nam si exercitatus sit sermonibus, desidiosus
 in operibus prudentiam suam factis repellit.

197. SERMO IN CONSECRACIONE ALICUIUS EPISCOPI

(I)nveni David servum meum, oleo sancto etc. (Ps. LXXXVIII). Constitutio-
 nem capitis in populis debet precedere diligens inquisicio de persone idoneitate,
 15 et canonica examinatio de eleccionis veritate, quia dicit apostolus I Tim. III.:
 Manus cito nemini inposueris, id est inconsiderate neminem ordinaveris, sed se-
 pius proba, ut dicit Glosa, que post ordinationem facit. Sed hoc tam manifestum
 testimonium pauci custodiunt. Dicit Ieronimus: Nam heri cathecumenus, hodie
 pontifex est, heri in teatro, hodie in ecclesia, vespere in circo, hodie in altari,
 20 dudum fautor istrionum, nunc consecrator virginum. Tales itaque ad ministerium
 spirituale eligendi sunt clerici, qui digne possint dominica tractare sacramenta.
 Melius est enim | paucos habere ministros bonos, quam multos inutiles, qui
 ordinatoris grave honus inducant, ut dicitur IIII. Sentenciarum dis(tinccione)
 XXIIII. Isidorus in sermone: Dilatata videtur ecclesia et ipse cleri sacratissimus
 25 ordo super numerum multiplicatus est. Verum etsi multiplicasti gentem, Domi-
 ne, non magnificasti leticiam, dum nichil minus appareat defecisse menti, quam
 accessisse numero. Unde David constituendus in caput gencium, non casu vel
 fortuna est oblatu, sed querendo est inventus, sicut monstratur in verbis pre-
 missis: Inveni David etc. Inventionem enim quesicio precedit secundum dictum
 30 Domini Lu. XI.: Querite et invenietis. Augustinus X. De Trin(itate): Si verbi
 originem retractemus, quid sonat invencio, nisi quod invenire est in id quod
 queritur venire. Similiter inquiri debet de persona pontificis preficiendi, utrum
 sit David et servus, id est opere precipuus et humilitate submissus, ut possit
 35 dici de eo: Inveni David servum meum. Et tunc deinde debet sibi conferri gra-
 tia consecracionis, secundum, quod sequitur: oleo sancto meo unxi eum. Dicit
 enim Decretalis, quod nichil est, quod ecclesie Dei magis officiat, quam quod

3 staretis: M straretis 15 apostolus: M Augustinus 18 cathecumenus: M cathecuminus
 23 Sentenciarum: M in marg.

2 Ez. 13,5 3 Ambr. – ubi? 5 Isid. sent. 3,45,2; PL 83,714A 6 recte 1 Tim. 1,12
 7 Greg. M. moral. 6,35,54; PL 75,759C 9 Ambr. off. 2,2,7; PL 16,112A 13 Ps. 88,21
 15 recte 1 Tim. 5,22 18 Hier. epist. 69,9; PL 22,663 23 Petr. Lomb. sent. 4,24 24 Isid. –
 ubi? 30 Lc. 11,9 30 Aug. trin. 10,7,10; PL 42,979 36 Decret. – ubi?

- indigni assumuntur ad regimen animarum. Volentes igitur huic morbo adhibere medelam inrefragabili constitutione sancimus, quatenus ad quem pertinet confirmacio electi diligenter examinet eleccionis processum et personam electi, et cum omnia rite concurrerint, munus ei confirmacionis impendat. Dico ergo, quod
- 5 in persona prelati debet esse diligens executio boni operis et subtilis consideracio proprie condicionis. Operacio notatur in hoc nomine: David. Interpretatur enim || manu fortis, ne sit sicut D(r)agon truncus, solus sine manibus, id est bonis operibus, I Reg. V., sed potius sit potens in opere et sermone, sicut dicitur de Domino Lu. XXIII. Quia tunc creditur dicentibus, quando sermones concordant cum operacionibus. Quando autem aliquis diversatur in operacione sua a dicto suo, vilipenditur dictum suum nec curat aliquis, ut credat, quemadmodum dicit Aristoteles X. Ethicorum. Chrisostomus De conpunctione: Docere et non facere non solum nichil lucratur, sed et dampni plurimum confert. Grandis enim
- 10 condempnacio est componenti quidem sermonem suum, vitam vero suam atque operam negligenti. Sui recognicio innuitur in hoc nomine: servus, quia servus est nomen inferioris condicionis, et pro humilitate ponitur sanctorum et humilitatem designat, ut ibi: O Domine, quia ego servus tuus, ne scilicet elatus in superbiam incidat in laqueum diaboli, id est ruat per arroganciam, sicut diabolus pre ceteris se digniorem putans novitate potestatis inflatus. Nescit enim momentaneus sacerdos humilitatem et modos personarum vel seipsum continere, non ieiunavit, non flevit, non se correxuit, non pauperibus erogavit. In arroganciam, que est ruina diaboli, incidunt, qui puncto hore nondum discipuli fiunt magistri, ut dicit Ieronimus. Debet autem iste servus habere omnes condiciones boni servi, de quibus dictum est in sermone Sancti Thome martiris. Et debet Deo servire in cultu adoracionis. Mt. III.: Dominum Deum tuum adora(bis). In mortificatione carnis. Ro. VI.: Exhibete membra vestra servire iusticie. In devocione oracionis. Sap. XVIII.: Properans homo sine querela, deprecari | pro populis proferens servitutis sue scutum, oracionem. In predicatione veritatis. Ro. I.: Servio Deo in ewangelio Filii eius. Tali ergo, scilicet in opere exercitato et in corde submis-
- 15 so, debet exhiberi consecracionis unccio, quia sequitur: oleo sancto unxi eum. De qua unccione quatuor sunt prosequenda, scilicet materia unccionis, causa ungenti, numerus unccionum et subiectum. Materia unccionis est oleum sanctum, quod est quadruplex, scilicet gracie. Is. X.; Computrescet iugum peccati. Misericordie. Eccles. IX.: Oleum de capite tuo. Sciencie. Iob XXIX.: Petra, Christus, fundebat michi rivos olei, id est inspiraciones sciencie. Rivus est aqua tenuiter currens, per quod ostenditur, quot parvum possumus percipere de sciencia veritatis. Aristoteles I. Meth(aphysicorum): Nullu(s) hominum potuit pervenire in cognicionem nec secundum quot oportet, sed unusquisque hominum, qui locutus fuit de natura, aut nichil comprehendit de veritate, aut modicum. Dis-
- 20 posicio enim intellectus in anima aput illud, quot est in natura valde manifestum, similis est disposicioni oculorum vespertilionis aput lucem solis. Et doctrine.

1 huic: M *add. et del. verbo* 35 rivos: M *iter.*

8 1 Reg. 5,5 9 Lc. 24,19 12 Aristot. – *ubi?* 12 Ioh. Chrys. conpunct. 1,10; cf. PG 47,410
17 O Domine: Ps. 115,16 17 ne elatus: 1 Tim. 3,6 23 Hier. epist. 69,9; PL 22,664 24 in
sermone Sancti Thome martiris: *vide* serm. 21. 25 Mt. 4,10 26 Rom. 6,19 27 Sap. 18,21
28 Rom. 1,9 33 Is. 10,27 34 Eccle. 9,8 34 Iob 29,6 37 *recte* Aristot. metaph. 2,1

- III Reg. III.: Vende oleum, scilicet doctrine pro lucro boni operis, et redde creatori tuo, Christo, qui tibi credidit plebem suam et pecuniam sciencie. Oleo gracie et misericordie debet ungi in affectu, sed differenter, quia oleo gracie, ut sit Deo acceptus, oleo misericordie, ut sit proximo munificus. Oleo sciencie et doctrine (in) intellectu, sed differenter, quia oleo sciencie, ut sit in seipso illuminatus, oleo doctrine, ut sit aliorum illuminatio. De causa ungendi dico, quod quidam unguntur ad mundiorem cultum, ut sacer- || dotes. Quidam ad alciorem gradum, ut reges. Quidam ad forcio- rem conflictum, ut pugiles. Quidam ad liberio- rem transitum, ut egrotantes. Pari modo prelatus ungitur primo, ut sit mundior in servicio Dei, quoniam ut dicit Chrisostomus in Decretis: Si sancti non sunt, sancta attractare non possunt, id est non debent. Ideo dicitur eis Is. LII.: Mundamini, qui fertis vasa Domini. Secundo, ut sit dignior populi in veneratione. Honus enim prelacionis debet habere honorem venerationis, ut lateat sub honore provisionis. Augustinus De vita clericorum: Honore coram vobis pre(latus) sit. Hebre. XIII.: Obedite prepositis vestris et subiace- te eis, Glosa: ut reverenciam exhibeatis. Tercio, ut forcior in (con)fliktu diaboli, ne subcumbat in prelio temptationis primus, et confundatur totus subditorum exercitus duce cadente in conflictu, sicut legitur de Philisteis I Reg. XVII.: Cum vidissent, quod mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt. Gregorius super Ezechielem: Turpis est nimis nos ibi negligendo cadere, unde predicando conati sumus alios levare. Idem in eodem: Non facile predicatio accipitur, si levis in moribus predicator esse videatur. Et nulla erit maturita(t)i)s ostensio, si contra adversa non affuerit operis fortitudo. Quarto, ut sit remocior ab infirmitate peccati, quia medicus egrotans alium non sanat. Dicent enim ei: Medice cura teipsum, Lu. III. Eccli. XXIII.: Ab immundo quid mundabitur? Gregorius in Pastoralibus: Tergere sordes non valet manus, que lutum tenet. Sed | de multis potest dici illud poeti- cum: Castigas turpia, cum sis inter Socraticos notissima fossa cinedos? Seneca in epistola: Hoc turpissimum est, quod nobis obici solet verba philosophie, non opera tractare. De numero unccionum dico secundum Innocencium, quod sunt due species unccionis, scilicet interior et exterior, sive materialis et spiritualis. Exteriori visibiliter ungitur corpus, interiori invisibiliter debet ungi cor, ut et interius nitorem consciencie habeat ad Deum et exterius odorem bone fame ad proximum. Consciencia enim nobis necessaria est propter nos, fama propter alios. Ideo fama nostra non pollui, sed pollere debet, secundum Ambrosium super I Cor(inthio)rum. De subiecto unccionis dico similiter secundum Innocencium, quot est duplex, scilicet caput et manus. Per caput mens intelligitur, Mt. VI.: Unge caput tuum. Per manus operatio. Cant. V.: Manus eius tornatiles. Caput itaque ungitur balsamo caritatis, ut diligat Deum, manus oleo pietatis, ut opere- tur bonum ad omnes. Caput propter auctoritatem et dignitatem, manus propter ministerium et officium.

9 ungitur: M ungitus 15 sit: M add. vobis 19 esset: M corr. ex fuisset

1 4 Reg. 4,7 10 Decr. p. 1. d. 81. c. 6. 12 Is. 52,11 14 Aug. – ubi? 15 Hebr. 13,17
18 1 Reg. 17,51 19 Greg. M. in Ezech. 2,6,6; PL 76,1001A 21 Greg. M. in Ezech. 1,3,4; PL
76,807B 24 Lc. 4,23 25 recte Eccli. 34,4 25 recte Greg. M. moral. 7,36,56; PL 75,799B
27 Castigas turpia: Iuv. 2,9–10 27 Sen. epist. 24,14 29 Innocent. – ubi? 34 recte Aug.
serm. 355,1; PL 39,1569 35 Innocent. – ubi? 36 Mt. 6,17 37 Cant. 5,14

198. SERMO IN VISITACIONE

- Visitasti terram et inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam (Ps. LXIII.). Dicit Aristoteles in Ethicis, quod magnanimus amat excellenciam et delectat ipsum audire suum beneficium. Ideo propheta dirigit ad Christum hec verba in
 5 graciaram accione pro multiplicis beneficii exhibicione, et commendat in eo beneficium visitacionis dicens: Visitasti terram, scilicet o tu, Christe. Et exprimit modum visitandi dicens: inebriasti eam. Et ostendit fructum consequentem ex visitacione dicens: multi(plicasti) lo(cupletare) eam. Est autem triplex terra, quam Christus visitavit, scilicet sancta ecclesia. Ps.: Benedixisti, Domine,
 10 terram tuam. Angelica patria. Ps.: Credo videre. Canonica regula, de qua Gen. XII.: Veni in terram, quam monstravero tibi. Primam || visitavit in incarnatione, sicut nunc dicitur: Visitasti terram, Glosa: tuo adventu. Lu. I^o: Visitavit nos, Glosa: in carne assumpta. Secundam in ascensione, quando reversus est ad angelos cum victoria. Isaie LXIII.: Quis est iste, qui venit de Edom? Terciam
 15 visitat cotidiana inspeccione. Deutero. XI.: Terra, scilicet religionis, ad quam ingredieris possidendam, inhabitus suscepcone, montuosa est, paupertatis altitudine, et campestris, caritatis latitudine, de celo expectat pluviam, gracie, quam Dominus Deus tuus semper invisit, continua inspeccione, et oculi eius, id est amor et affeccio, in ea sunt, scilicet perfecta dileccione. Hec dicitur terra primo,
 20 propter voluntatis subieccionem, ut teratur cor religiosi pedibus presidencium, quemadmodum terra dicitur a terendo secundum Isidorum eo, quod pedibus teratur omnium animantium. Ber(nardus) super Cant.: Parum est subiectum esse Deo, nisi sis et omni creature subiectus propter Deum: sive abbati tamquam precellenti, sive prioribus sub eo constitutis. Secundo, propter habitus vilitatem,
 25 quia debet esse abiectus quod nullius splendoris, quemadmodum terra magna est in colore et minus habet de luce. Is. L.: Induam celos, id est celestes viros, tenebris, id est obscuris indumentis, ut utantur vilibus indumentis fratres, et potius vilitas in capis observetur. Sed nonnunquam accidit, ut dicit Ber(nardus) in Apologia ad Guillelmum abbatem, quod miles et monachus ex eodem panno
 30 parciuntur sibi cucullam et clamidem, queriturque ad induendum non quod utilius, sed quod subtilius inveniatur, non quot repellat frigus, sed quot superbire conpellat, non quod vilius potest emi, sed quod vanius ostentari. Tercio, propter propositi stabilitatem. Eccles. I.: Terra in eternum stat. Totaliter enim nunquam movetur, sed per partes, et hoc per ventum, per tonitruum, per aque |
 35 concursum. Ita et nos, si tangit ventus superbie, tonitruum ire, motus aque concupiscencie carnalis, non debemus totaliter moveri, ut dimittamus propositum, quia dicitur Eccli. II.: Ve his, qui perdiderunt sustinenciam. Hanc visitat Dominus primo, ut doctor discipulos inquirens, si leccionem traditam huius terre habitatores affirmaverunt et memoriter tenuerunt et opere impleverunt. Illam, inquam, leccionem, de qua dicitur Sap. VIII.: Sobrietatem et prudenciam docet et
 40

151a

151b

21 terendo: M corr. ex terendo
 tronitruum

31 inveniatur: M conpellat

34 tonitruum: M corr. ex

2 Ps. 64,10 3 Aristot. eth. Nic. 4,8 9 Ps. 84,2 10 Ps. 26,13 10 Gen. 12,1 12 Lc. 1,78 14 Is. 63,1 15 Deut. 11,10-12 21 Isid. - ubi? 22 Bern. serm. in cant. 42,9; PL 183,991D 26 Is. 50,3 28 Bern. apol. 10,25 et 24; PL 182,912B 33 Eccl. 1,4 37 Eccl. 2,16 40 Sap. 8,7

iusticiam et virtutem, quibus utilius nichil est in vita hominibus. Ad leccionem
 prudencie pertinet, ut quisque suum officium discrete peragat et alienum non in-
 vadat. Numeri III.: Sciant singuli, cui debeant honeri mancipari. Ber(nardus)
 super Cant.: Si suo officio nemo contentus erit, sed omnes omnia indiscreta am-
 5 ministracione pariter attemptabunt, non erit ordo, sed confusio. Ad leccionem
 iusticie pertinet, ut unicuique reddatur, quod suum est, scilicet Deo timor, amor
 et honor, quoniam exigit Deus timeri ut dominus, honorari ut pater, amari ut
 sponsus, secundum Ber(nardum) super Cant. Prelatis obediencia et reverencia,
 sibi ipsi mundicia et custodia, inferiori consilium et auxilium. Ro. XIII.: Red-
 10 dite omnibus debita. Ad leccionem temperancie pertinet, ut licitis et concessis
 moderate utamur, secundum quod dicitur Eccli. XXXI.: Utere quasi homo frugi,
 id est parce his, que tibi apponuntur. Sufficiens est homini erudito vinum exigu-
 um. Ieronimus ad Eustochium: Moderatus sit cibus et venter nunquam impletus.
 Ad leccionem virtutis, seu fortitudinis pertinet habere pacienciam in verbis proxi-
 15 morum, in monicionibus prelatorum, in temptacionibus demonum, in flagellis
 infirmitatum, in amissionibus rerum temporalium, || ut verum sit in nobis, quod
 dicitur Prover. XIII.: Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit. Secundo,
 ut prelatus religiosos, cuius visitacio describitur Soph. I.: Scrutabor Ierusalem,
 id est claustrum, in lucernis, scilicet discrete inquisicionis, si in pace continui,
 20 in studio assidui, si in oracione ferventes, que de eis fama, quis fructus etc., et
 visitabo super principes, id est priores, et super filios regis, id est novicios et iu-
 venes, et super omnes qui induti sunt veste peregrina, id est conversos et super
 omnem qui arroganter ingreditur, id est superbum et inobedientem. Ber(nardus)
 super Cant.: Babiloniorum manifesta sunt peccata, precendencia ad iudicium, et
 25 non egent scrutinio, sed supplicio. Mea autem, qui videor monachus et in cor
 Ierusalem, peccata occulta sunt, nomine et habitu monachali adumbrata, et id-
 circo necesse erit subtili ea investigari discussione. Tercio, ut dominus servos,
 scilicet si opera sibi imposita sunt executi. Lu. XIX.: Cum reverteretur iussit
 vocari servos suos, quibus dedit peccuniam, ut sciret quantum quisque nego-
 30 ciatus esset. Dat autem Christus suis peccuniam sciencie et naturalis industrie.
 Peccuniam sciencie dedit lectoribus, studentibus, predicatoribus. Et a lectoribus
 exigit lucrum leccionis scripturarum, si frequenter legerunt, diligenter et utiliter,
 ut frequentia referatur ad continuacionem, diligencia ad elucidacionem, utilitas
 ad fratrum erudicionem. A studentibus requirit lucrum illuminationis cordium,
 35 si profecerunt attente audiendo, assidue legendo et aliquid corde retinendo et
 memoriter, ne dicatur de eis: Semper discentes et nunquam | ad scienciam veri-
 tatis pervenientes, I^a Tim. III^o. A predicatoribus requirit lucrum conversionis
 40 animarum, si catholice predicaverunt in exposicione scripturarum, in declaraci-
 one sacramentorum, in commendacione virtutum, in reprehensione viciorum, ut
 semper possint dicere, quod est Sapien. VI.: Non pretereo veritatem. Si pacifice
 non potenter imperando, non convicia imponendo, non immunde carnalia expri-

151c

151d

25 qui videor: M quia iudeorum ? 33 referatur: M corr. ex differatur 40 pretereo: M in
 marg. corr. ex preterito

3 Num. 4,27 3 Bern. serm. in cant. 49,5; PL 183,1019A 8 Bern. serm. in cant. 83,4; PL
 183,1183A 9 Rom. 13,7 11 Eccli. 31,19 13 Hier. epist. 53,10; PL 22,549 17 recte
 Prov. 12,21 18 Soph. 1,12 et 8 23 Bern. serm. in cant. 55,2; PL 183,1045C 28 Lc. 19,15
 37 recte 2 Tim. 3,7

- mendo. Si oportune quo ad tempus, non interrompendo missas et solemnitates sacerdotum ipsis inquisitis. Act. XIII.: Post leccionem legis et prophetarum, quia debent precedere officia ecclesie, miserunt principes synagoge, id est sacerdotes, ad quorum arbitrium debent eligere horam et locum predicandi, dicentes:
- 5 Viri fratres, si quis est in vobis sermo ad plebem exortacionis, dicite. Pecuniam industrie dedit cantoribus in ecclesia, procuratoribus in curia, hospitem receptoribus in superveniencium cura. A cantoribus exigit Christus profectum devocionis, ut honeste cantetur, clericaliter legatur in faciendis versibus punctis et accentibus, mature verba sacra proferantur in pausis faciendis. Ps.: Psallite sapienter. Hore canonice suis temporibus dicantur, non media nocte propter aliorum preoccupacionem, nec orto sole propter torporem. A procuratoribus exigit studium provisionis, ut sit curia sana, porta clausa, in die et in nocte custodia multa, animalia pauca et solum necessaria, pueri pauci et domui fideles. A servitoribus requiritur lucrum caritatis, ut pedes hospitem sint loti, lecti assignati, cibaria pro tempore parata, vestimenta excusa, domus munda, vasa cibi et potus lota et extersa, ut verum sit in eis, quod dicitur Sapient. VI.: In omni providencia occurrit illis. Sequitur modus visitandi, qui exprimitur in hoc dicto: Inebriasti eum. Primam enim terram visitando inebriavit Christus || Spiritus Sancti munere. Unde super hoc verbo: inebriasti eam, dicit Glosa: Spiritu Sancto interius.
- 10 Secundam inebriavit sue faciei visione. Ps.: Inebriabuntur, id est implebuntur, ab ubertate, id est copiosa beatitudine, domus tue, id est celestis patrie, et torrente voluptatis tue, id est delectacionis faciei tue, que dicitur torrens, non ideo, ut transitoria sit beatitudo, sed copiosa, potabis eos. Gen. XLIII.: Biberunt cum eo in meridie et inebriati sunt. Terciam inebriavit peccati confessione, ut sicut ebrius non servat secretum amici, sic confitens in capitulo, vel in occulto nichil in se vel in fratre suo debeat occultare. Act. XXV.: Siquid est in viro crimen, id est peccatum proclamacione dignum, accusent eum. Bernardus in sermone: Nemo, fratres, vicia palpet, cum videt perire ordinem. Nemo dicat: Non sum custos fratris mei. Est enim consentire silere, et scimus quia consimilis pena manet facientes et consencientes. Preterea ebrietas est causa audacie. Unde Poeta: Tunc pauper cornua sumit, id est audaciam, quia in capitulo quilibet debet esse audax pro veritate. Tullius in secunda Rethorica: Nullum est periculum, quod sapiens pro salute patrie vitandum arbitretur, cum agetur perpetua incolumitas civitatis. Preterea inebriati bone spei fiunt, ut dicit Aristoteles in Ethicis, quia quilibet sperare debet, quod visitator possit corrigere, quoniam virtus aliquando invenitur, ubi esse non creditur. Sap. XII.: Virtutem ostendis tu, qui non crederis in virtute esse consumatus. Sequitur fructus consequens ex visitacione, quando dicitur: Multipli- | casti locupletare eam. Nam fidelium ecclesiam locupletavit
- 152a
- 152b
- 19 eam: M iter. 26 fratre: M add. de 40 habitacio: M habitancium 41 frequencia: M frequenciam
- 40 letancium. Ps.: Letancium omnium habitacio est in te. Claustalium regulam multiplicavit primo, frequencia profitencium. Gal. IIII.: Multi filii deserte, id

2 recte Act. 13,15 9 Ps. 46,8 16 Sap. 6,17 20 Ps. 35,9 23 Gen. 43,34 26 Act. 25,5 27 Bern. serm. nat. Ioh. Bapt. 9; PL 183,402C 29 consimilis pena: cf. Walther 3124a 31 Tunc pauper: Ov. ars 1,239 32 Rhet. Her. 4,42,54 34 Aristot. eth. Nic. 3,11 36 Sap. 12,17 39 Ps. 138,18 40 Ps. 86,7 41 Gal. 4,27

est claustralium regule, magis quam eius, id est secularium ecclesie, que habet virum, id est fortem prelatum. Sed in hac multiplicacione gencium non magnificatur leticia, quando inutiles recipiuntur. Mt. XXII.: Congregaverunt omnes, quos invenerunt, bonos et malos. Secundo, sufficiencia temporalium, quia exhibet
 5 nobis victum et vestitum, que sunt divicie Christianorum, secundum Ieronimum. Lu. XXII.: Quando misi vos sine sacculo et pera, numquid defuit vobis? Et dixerunt: Nichil. Ber(nardus) super Cant.: Non putent divites huius seculi, fratres, Christi sola possidere celestia, quia audiunt dicentem Beati pauperes spiritu etc., possident et terrena. Mt. VI.: Primum querite. Tercio, reverencia fidelium. Ieronimus ad Nepocianum: Iudex seculi plus defert clerico continenti, quam diviti,
 10 et magis sanctitatem tuam veneratur, quam opes.

199. SERMO DE PASSIONE DOMINI IN PARASCEVES

(Q)uis dabit capiti meo aquam et oculis meis imbrem lacrimarum, ut possim flere per diem et noctem (Ier. IX.), donec servo suo Dominus in visu vel
 15 in sompno appareat consolans animam meam. || O vos filie Ierusalem, sponse dilecte Dei, una mecum preces effundite et lacrimas, donec vobis sponsus noster appareat et suavis occurrat. Recolite, recolite sedula mente, pensate, quam sit amarum ab illo separari, cui nupsistis, cui vero in omni sanctitate vovistis. Vovistis vota, reddite ea, vos ipsas vovistis, Christo reddite. Currite filie, currite
 20 virgines sacre, et currite matres Christo castitatem voventes omnes, ad Virginem currite, que genuit Christum. Ipsa enim portat regem glorie, iuvet omni corde petenti datura. Ipsa genuit eum, lactavit eum, et die circumcidit octavo, et die XL^o presentavit in templo duos turtures aut columbas pro eo offerens in holocaustum, fugiens ab Herode eum portavit in Egiptum, curam illius habens
 25 sequebatur illum quocumque pergebat. Nullus debet inde ammirari, si sequebatur illum cum ipse esset totus eius dulcor et desiderium. Credo firmiter, quot erat inter illas feminas, que Christum sequebantur ministrantes ei. Hanc arbitror ruisse inter illas dolentes et gementes, que lamentabantur flentes Dominum. Poterat eciam hec esse inter illas filias Ierusalem ad quas Iesus non clarus inperio,
 30 sed plenus obprobrio, sputus, illusus, flagellis cesus et afflictus, sibi in angariam mortis baiulans crucem conversus ait: Ffilie Ierusalem, nolite flere super me, sed super vosmetipsas flete et super filios vestros. Putasne, domina mundi, domina | mea, dilecta mea, mater eius Christi, estne verum, quot dico, tamen
 35 huius rei. Obliviscere tamen, queso, doloris, quem tunc passa fuisse te non dubito. O, utinam, dolor ille sit cottidie inherens visceribus meis, sicut inhesit tunc tuis! Utinam die, qua assumpta fuisti in celum, ut in eternum cum tuo dilec-

8 sola: M *iter.* 9 reverencia: M *corr. ex reverenciam* 19 ipsas: M *ipsis* 23 duos: M *duas* 25 illum: M *add. et del. rara* 31-32 super me: M *in marg.* 32 vosmetipsas: M *vosmetipsos*

3 Mt. 22,10 5 Hier. epist. 53,10; PL 22,549 6 Lc. 22,35 7 Bern. serm. in cant. 21,7; PL 183,875D 9 Mt. 6,33 10 Hier. epist. 52,11; PL 22,536 14 Ier. 9,1 31 Ffilie Ierusalem: Lc. 23,28

- to gauderes, michi tuas lacrimas indicasses et per illas cognovissem, quantum tibi amaritudinis fuerit Iesum, dilectum tibi (heu, heu et parum olim dilectus michi), clavis in ligno confixum, capite inclinato suum sanctissimum spiritum exalare videre. Sed peto, ne te moveant verba, cum tamen saxa deberent scindi
- 5 ad illa. Quis, inquam, in celo sursum regnans vel peregrinans in terra deorsum audiens vel mente pertractans quomodo factus est obprobrium hominum ipse Dominus angelorum (quare non plango miser), et abieccio plebis Filius Dei Patris potuit lacrimas continere? Verumtamen tu gaude gaudio magno ab ipso nunc glorifica(ta) in celis, que in mente fuisti confixa clavis amarissime mortis. Mi-
- 10 chi tamen lacrimas, obsecro, illas infunde, quas ipsas habuisti in sua passione, ut affluam largius. De passione filii tui, Dei et Domini nostri, verba ad invicem conferamus. Enarra, te deprecor, seriem veritatis, que mater es et virgo summe Trinitatis. Ad quem illa respondens ait: Illud, quod tu queris compungi, tantum valde est magni doloris: Sed quia iam glorificata sum, flere non possum, tu ta-
- 15 men cum lacrimis scribe, quod cum magnis doloribus ipsa || persensi. Cum illa flere, inquam, peropto et nil michi aliud libet, sed miser ego cor lapideum habeo et idcirco plangere non possum. Regina celi, mater crucifixi, da, quod iubes, prebe, quod cupio, audit servus tuus, dicat domina mea. Dic michi, mater mea, si in Ierusalem eras, quando fuit captus filius tuus et vinctus et ad Annam trac-
- 20 tus et ductus. Cui illa respondit: In Ierusalem eram, quando hec audivi, gressu qualicumque potui, et vix potui ad Dominum meum flens perveni. Cumque illum fuissem intuita et virgis percuti, alapas cedi, facie conspui, spinis coronari, obprobrium hominum fieri, commota sunt omnia viscera mea, et defecit spiritus meus, et non erat michi vox neque sensus. Erant mecum mee sorores et alie
- 25 femine multe plangentes eum quasi unigenitum, inter quas erat Maria Magdalena, que super omnes, excepta me, flebat et dolebat. Cum Christus Deus preconne clamante, Pilato imperante sibi baiulans crucem ad supplicium traheretur, factus est concursus populorum post ipsum euncium et conculcancium. Alii enim super ipsum ibant ridentes et illudentes ei, alii proiciebant lutum et immundicias
- 30 in caput et in faciem suam. Heu, heu, percutitur facies decora, in quam desiderant angeli prospicere, quam cherubin et seraphin ardent cernere. Velatur et sputis linitur, alapis ceditur. Sequebatur eum mestissima mater cum mulieribus, que secute fuerant eum, a quibus velud mortua tenebar et sustentabar, quousque perventum est ad locum, ubi crucifixus est ante me. Et ipse videns me dole-
- 35 bat plus de me, quam de se. Ipse vero tamquam | agnus coram tondente se obmutescens vocem non dabat nec apperiebat os suum. Aspiciebam ego infelix et misera Dominum meum et filium meum in cruce pendentem et morte turpissima morientem. Tanto dolore et tristitia vexabar in mente, quantus non potest explicari sermone. Nec mirum. Excurrebat sagwis ex quatuor partibus rigantibus nudis ligno manibus pedibusque confixis. De vultu illius pulchritudo exfluerat omnis. Et qui erat pre filiis hominum speciosus videbatur omnium in-
- 40 decorus. Videbam, quod complebat illud propheticum in eo: Vidimus et non erat

4 videre: M videres 4 verba: M add. que 6 mente: M mentes 7-8 Patris: M add. non
9 mente: M morte 9 clavis: M add. et 10 passione: M add. et 15 illa: M ille

23 commota sunt: Gen. 43,30 23-24 defecit spiritus: Ps. 76,4 35 agnus coram: Is. 53,7
41 pre filiis: Ps. 44,3 42 Vidimus et: Is. 53,2

ei species neque decor, quia decorem vultum eius deturpaverat livor verberibus iniquorum. Iste erat dolor maximus, quia videbam me deseri ab ipso, quem genueram, nec supererat alius, qui michi erat unicus, et ideo non poterat in me capere quicquid dolor meus. Vox mea fere perierat omnis, sed dabat gemitus suspiriaque doloris. Volebam loqui, sed dolor verba rumpebat, quod verbum iam mente conceptum, dum ad formationem pretenderet oris, ad se imperfectum revocabat dolor non minimus cordis. Vox tristis sonabat foris vulnus annuncians mentis, verba dabat amor, sed vox rauca sonabat, nam lingua vocis magistra perdidit usum loquendi. Videbam morientem, quem diligit anima mea, et tota || 153c
 10 liquefiebam pre doloris angustia. Aspiciebat et ipse in me benignissimo vultu, in me matrem plorantem, et verbis me paucis voluit consolari. Sed ego nullo modo consolari potui, flebam dicendo et dicebam flendo: Fili mi, fili mi, ve michi! Quis dabit michi, ut ego moriar pro te? O misera, quid faciam? Moritur filius, cur non moritur secum hec mestissima mater? Fili mi, quid faciam?
 15 Amor unice, fili dulcissime, noli me delinquere post te, trahe me ad teipsum, ut ipsa moriar tecum. Male solus morieris! Tecum morte perimatur ista tua genitrix. O mors misera, noli me parcere, tu michi sola pre cunctis places, exerce vires, trucida matrem, cum filio perime simul. Fili, dulcor unice, singulare gaudium, vita mee anime et omne solacium, fac, ut ego ipsa nunc moriar, que te ad mortem genui. O fili, recognosce miseriam et exaudi precem meam, debet enim exaudire filius matrem desolatam. Exaudi, obsecro, et in tuo me suscipe patibulo, et qui una carne vivuntur et uno amore se diligunt, una morte pereant. O Iudei impii, o Iudei miseri, nolite michi parcere, ex qua unicum filium meum crucifixistis, et matrem crucifigite aut alia quacumque seua morte, dummodo simul cum filio meo moriar. Male solus moritur. Orbas orbem radio, me viduam, filio, gaudio, dulcore. Vita mea moritur et salus perimitur ac de terra tollitur omnis spes. Cur modo vivit post filium mater in dolore? Tollite, suspendite matrem cum suo pignore. Non parcis proli, nec parcas michi, tu michi soli mors esto seua (medela). Tunc summe | gauderem, si mori possem simul cum 153d
 30 Christo meo. Dulce est mori michi misere, sed mors optata recedit. Ve michi infelici! Tibi, Iesu, precipitata precipua venit. Mori michi melius est, quam ducere vitam mortis. Sed fugit a misera, et me infelicem reliquit, cui multum ipsa mors optata nunc esset. O fili care, o dulcissime nate, miserere mei et matris suscipe preces, desine matri nunc esse durus, qui cunctis semper fuisti benignus. Suscipe matrem tecum in crucem, ut vivat tecum semper post mortem. Et nil vere dulcius michi, quam te amplexato in cruce mori tecum, et nil certe amarius est michi, quam vivere post tuam mortem. Heu, tu michi pater, tu michi mater, tu michi sponsus, tu michi filius, tu michi omnia eras. Nunc orbor patre, viduor sponso, desolor prole, omnia perdo. O fili mi, ulterius quid faciam? Ve michi, fili, quo vadam? Ubi vertam me, dulcissime? Quod michi solacium, piissime?
 40 Quis de cetero consilium subsidiumque prebet, fili dulcissime? Omnia possibilia sunt tibi, sed si non vis, ut moriar tecum, michi relinque aliquot benignum consilium. Cui Dominus iam anxius in cruce oculis et vultu innuens de Iohanne

4-5 suspiriaque: M suspiria aqua 6 imperfectum: M imperfectus 8 sonabat: M sanabat
 8 magistra: M magnam 15 post te: M poscit possum 18 vires: M vates 23 qua: M quo
 26 viduam: M iudea 27 tollitur: M collitur corr. ex colligitur 29 (medela): cf. Sermones
 Dominicales Vol. II. p.144 30 sed: M si 35 vivat: M vitam

- ait: Mulier, ecce filius tuus. Erat et ipse Iohannes presens, wltu tristis, lacrimis
semper plorans. Ac si diceret: O mater dulcissima, mollis ad flendum, mollis ad
dolendum! Tu scis, quoniam ad hoc veni et de te carnem sumpsi, ut per crucis
patibulum salvarem genus humanum. Quomodo implebuntur scripture? Scitis
5 enim, quia oportet me pati pro salute generis humani. Die namque tertia re-
surgam tibi et discipulis meis patenter apparens, desine flere, dolorem depone,
quia ad Patrem vado gloriam paterne maiestatis percipiendam || ascendo. Immo
10 congratulate michi, quia nunc inveni ovem, que perierat, quam tam longo
tempore perdideram. Moritur unus, ut inde totus reviviscat mundus. Unius ob
meritum cuncti perire minores, salvantur cuncti unius ob meritum. Quot pla-
cet Deo Patri, quomodo displicet tibi, mater dilecta? Calicem, quem dedit michi
Pater, non vis, ut bibam illum? Noli flere, mulier, noli lugere, speciosa mater,
non te desero, non te derelinquo, tecum sum, tecum ero omni tempore secu-
15 li. Si secundum carnem subiaceo mortis imperio, secundum divinitatem sum et
ero semper immortalis et impassibilis. Bene scis mater, processi et veni, quare
ergo tristaris, si illuc ascendo unde descendi? Tempus est, ut revertar ad eum,
qui me misit, et quo ego vado non potes venire modo, venies autem postea.
Interim Iohannes, qui est nepos tuus de cetero reputabitur tibi filius, curam ha-
bebit tui, et erit tibi solacium fidelissimum. Inde Iesus intuens Iohannem dixit:
20 Ecce mater tua, cui servias et curam illius habe, eam tibi commendo, suscipe
matrem tuam, immo magis suscipe meam. Dum pauca diceret illi, duo dilecti
semper lacrimas fundere non cessabant. Tacebant isti ambo et pre dolore loqui
non poterant. Isti duo virgines audiebant Christum voce rauca dicentem, loquen-
tem et ipsum videbant morientem, nec poterant respondere verbum, quia illum
25 videbant quasi mortuum. Erant enim illi duo velud mortui, unde spiritus eorum
voces exprimere non valebant. Defecerant namque spiritus eorum et perdide-
rant virtutem loquendi. Audiebant enim et tacebant, quia pre angustia spiritus
loqui non poterant. Solus ille | dolor luctus remansit amicus. Amabant flere et
30 flebant amare. Amare flebant, quia amare dolebant. Nam gladius Christi ani-
mas utriusque transibat, sevis seve perimebat utrumque. Quod magis amabat,
seviore fiebat in matre, quia ante senciebat Christi dolores. Virgo, que peperit,
gladium est passa doloris Christi morientis. Vlnera matris erant Christi dolores,
sevi fuerunt tortores in anima. Mater autem erat laniata pignoris morte. Mente
erat percussa cuspide teli, quo membra Christi servi foderunt inique. Ipsa erat,
35 quam magnus dolor tenebat. In mente eius creverant immensi dolores, nec pot-
erant extra refundi. Intus atrociter sevientes dolores matris animam gladiabant.
In carne Christi solvebant debitum mortis, quod gravius erat, quam mori anime
matris. Iterum Christus commendata matre Iohanni dixit: Sicio. Et dederunt ei,
qui crucifixerant eum, acetum mixtum cum felle, et, cum gustasset, noluit bibe-
40 re, sed dixit: Consummatum est. Et exclamavit voce magna dicens: Heli, Heli
etc., quot est Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? Et dicens exspi-

10 periere: M perire 21 meam: M *corr. ex eam* 25 illi: M illa 30 utriusque: M
utrumque 31 ante: M autem 33 Mater: M Matri 33 erat: M erant

1 Mulier, ecce: Io. 19,26 9 Unius ob: Sedul. cl. 5; PL 19,753B 11 Calicem, quem: Io.
18,11 16 Tempus est: Io. 13,36 20 Ecce mater: Io. 19,27 38 Sicio: Io. 19,28 38 Et
dederunt: Mt. 27,34 40 dixit: Consummatum: Io. 19,30 40 exclamavit voce: Mt. 27,46

ravit. Tunc tremuit terra, sol sua lumina clausit, merebant celi, poli, dolebant sidera cuncta. Omne suum iubar amisit splendorem dolendo. Recessitque omnis ab alto hetero fulgor. Scinduntur duri lapides, scinduntur vestigia templi, surrexerunt multi apertis tumbis sepulti fatentes Christum cum voce publica esse
5 Deum. Cogitare libet, quantus dolor fuit eciam tunc matri, cum dolebant, que insensibilia erant. Non lingua loqui || nec mens cogitare valebat, quanto dolore 154c
tunc tenebatur anima Marie. Iuxta crucem stabat emortua, que illum concepit de Spiritu Sancto. Vox non erat illi, dolor ipsi abstulerat vires, immo strata iacens pallesbat anima vivens, vivebat moriens vivensque moriebatur. Nec poterat mori, que vivens mortua erat. In anima illius dolor sevis seviebat. Optabat mori, quam vivere post mortem Christi, que male vivens mortua tamen erat. Ibi stabat dolens confecta sevo dolore. Expectans corpus Christi deponi de cruce, hec plorabat dicens atque plorando dicebat: O me, o me, reddite nunc misere corpus vel exanime. Conplestis vota, extinctum reddite matri, vel si libet magis me
15 mori, iungite illi, ut cum suis pereant dolores finiti. Deponite queso illum, deponite michi, ut habeam mecum eius exanime corpus, michi solacium erit vel saltem defunctus. Qui(a) tangere nequibat illum, male collidebatur ad terram. Ibi prostrata iacebat immensitate doloris depressa, sed iam erigi conpellebat vis magni amoris. Surgebat intensus manibus attractare cupiens Christum. Iuxta crucem
20 stabat Maria, considerabat vultu benigno Christum pendentem in crucis stipite sevo pedibusque nitens, in altum manus levabat amplectens crucem ruens in oscula Christi, qua parte saguis undaque rigabat, ut Christum valeat amplecti, quo non poterat, sursum volebat tendere manum. Sperabat amor multa, que raro aut nunquam fieri possunt, sibi cuncta amor inpaciens credit. Volebat amplecti
25 Christum in alto pendentem, sed manus vero frustra tensa in se reddere conpellebatur. | Levans se a terra sursum erigebat ad Christum. O quam male illi tunc 154d
erat! Gravius illi erat vivere tali, quam mori gladio ab impiis sevis. Tamquam mortis pallor eius effuderat vultum, tamen genis et ore erat rubea Christi cruore. Cadentes guttas sagwinis tangebatur, terram ore deosculans, quam cruoris unda rigabat. Interim vir quidam, nomine Ioseph, qui erat discipulus eius occultus, confidenter ingreditur ad Pilatum postulans sibi dari corpus Iesu. Quo concessa vocavit ad eum quemdam sapientem et legis peritum discipulum secundum occultum, nomine Nichodemum, et venerunt ad locum, ubi erat Dominus Iesus crucifixus, secum instrumenta ferentes, quibus clavis evulsis deponere de cruce possent eum. Quos dum mater eius vidit deponere Christum, quasi de morte
35 consurgens paululum revixit spiritus eius et illis, quod poterat, auxilium ministrabat. Unus claves de manibus eius trahebat, alius, ne caderet, corpus exanime sustentabat. Stabat Beata Maria brachium levans in altum, et caput et manus dependentes Christi supra pectus suum stricte tenebat vel trahebat. Que dum attingere valuit per oscula, ruens amplexibus, preminentia doloris et inmansueti
40 amoris quasi mortua stetit et transire non posse visa est. Stabat ad caput extincti

3 hetero: *lege aethere* 3-4 surrexerunt: *M corr. ex suxerunt* 15 mori: *M morti* 15 finiti: *M finiri* 18-19 magni: *M add. et del. doloris* 25 vero: *M veri* 25-26 conpellebatur: *M conpellebat* 28 effuderat: *M effudat* 29 guttas: *M gutte* 36 paululum: *M patibulum* 37 claves: *M clavis* 39 dependentes: *M dependentem* 40 per: *M parum*

1 Tunc tremuit – *quis et ubi?* 19 Iuxta crucem: *Io. 19,25* 23 Sperabat amor – *ubi?*

- sui filii mater Maria, lacrimis faciem eius rigans per diversa torquebatur suspiria. Et amarissime plangens se manibus percuciebat dicens: O mater mesta, o dolens virgo, quid fecisti dulcissime fili, quare Iudei te crucifixerunt crudelissimi? In gremio enim meo te mortuum teneo, tristissima est mater tua, fili mi! Quid faciat ista mater tua, fili mi, misera? Ve michi, ve michi, fili mi! Ubi est tantum gaudium, || quod in nativitate habui? Ve michi, in quantam tristitiam et dolorem conversum est gaudium meum, fili mi! Nichil aliud restat, nisi ut me interficias, quia plus vivere non possum. Surge michi et michi tuum sanctum spiritum in me reinfunde, quia illum, quem michi per angelum dedisti, pre dolore tui amisi.
- Interim frontes et maxillas, oculos simul et nasum, omnia frequencius osculabatur. Ipsius lacrimae tanta ubertate fluebant ut carnem cum spiritu in lacrimis resolvi putares. Rigabat lacrimis extinctum filii corpus lapidemque madebat, in quo eius lacrimae adhuc apparere dicuntur. Illius facta et obprobria revocabat ad mentem, quis vel qualis fuit, quem ipsa concepit sine libidine, peperit sine dolore, qui erat ei omne, quod ipsa timebat, tamquam Deus et Dominus suus et unicus filius eius, et sic ei male erat, sic esse poterat et debebat. Unde Maria dicebat: Dic fili dulcissime, dic amor unice vite mee, cur tam longe factus es a me, Deus meus, consolans animam meam? Respice in me et miserere mei, da imperium filie tue et salvam fac virginem matrem tuam! Dicat, si potest quicumque dicere, capiat, quam Christi mater tenebat mensuram doloris. Virginis dolorem posse narrare non credo. Cum rectus amor erat continens modum non desperabat, sed pie iusteque dolebat, quem genuit virgo, iniuste mori dolebat sperans tamen eum die tertia resurgere. Quedam flebant cum ipsa femine sancte et parvus numerus virorum. Erant et angeli simul cum ipsa dolentes, tamen si possent esse dolentes. Dolebant quidam pro iusto amore Iesum, conpaciebantur morti Christi dolendo, quod redimebatur, gaudentes, genus humanum. Flebant, ut arbitror, amarissime mente turbati, quod mortem | Christi tanto videbant dolore. O quis angelorum vel archangelorum illic contra naturam (non flevisset, ubi) immortalis Deus mortuus iacebat? Videbant corpus Christi sic male tractatum ab impiis et sic locatum iacere et Mariam totam cruentam cruore, illam namque piam, illam sanctam, totam bonam, totam pulchram, totam dulcem, totam delectabilem Mariam suam benignissimam matrem tantis cruciari singultibus, tam amaris repleri doloribus, sic amarissime flere. Nullo modo suas lacrimas poterant refrenare. Fiebat luctus et meror ab angelis presentibus, in quales luctus docebat Spiritus almus. Immirarer, si angeli cuncti non flevisset etiam in illa beatitudine, ubi impossibile est flere. Credo, quod dico, quia dolebant, si dolere valebant. Sicut enim possibile fuit Deum per assumptum humanitatem mori, sic possibile fuit angelos bonos dolore in morte Domini sui. Ioseph ab Arimatia vir sanctus et iustus, qui cum Nicodemo deposuerat corpus Christi de cruce, sicut ewangelicum testimonium perhibet, posuit illud in sindone munda conditum preciosis aromatibus, et posuit illud in monumentum novum, quod fecerat sibi alacriter et devote. Tunc illius exequias angelorum milia milium decantabant, qui omnes convenerant ad sepulchrum Domini. Illi cantabant laudes, sed Maria dabat gemitus et suspiria cordis. Illi laudes extollebant ad celum, Maria plora-

2 mater mesta: M mesta mater 11 ut: M ne 20 capiat: M caput 23 et: M quarum
 28 (non flevisset, ubi): cf. Sermones Dominicales Vol. II. p.149 35 in: M et 37 humanita-
 tem: M in marg. corr. ex hominem 42 decantabant: M decantabat

bat amare iuxta sepulcrum, volebat mesta insimul sepeliri cum illo. Hec erat
innixa super dilectum suum amplectens eum. Et cum || omni amore dulcedinis
osculans illum dicebat: Miseremini mei, miseremini mei saltem vos, amici mei.
15 Illum adhuc paulum relinquit michi, ut faciem illius subiecto velamine vale-
am contemplari et aliquantulum videndo consolari. O karissimi mei, nolite eum
tam cito sepelire, date illum misere matri sue, ut habeam eum saltem defunctum
mecum, aut si deponitis in sepulcro, me miseram sepelite cum illo, quia mala
post eum superant michi. Illi ponebant Christum in sepulchrum, et illa trahebat
ad se. Illa volebat eum retinere et illi volebant tradere sepulture, et sic erat hic
10 pia lis et miseranda contencio inter eos. Omnes tamen sic amarissime flebant,
ut vix quisquam eorum ad plenum poterat verba formare. Videbant eam omni
solacio destitutam, et super illam dabant potius planctum, quam super extinctum
filium suum. Maior erat dolor de matris dolore, quam de morte Domini sui.
Flebant igitur cuncti miserando dolore gementes et sic Dominum vite sepultu-
15 re mortis dederunt. Sepulto Domino sepulcrum mater amplectitur omni corde,
et qua poterat voce benedicebat filium suum ad sepulcrum. Sedens in illo illa
extendebat manus et desuper osculans illud ac amaro Dominum nimis deplora-
bat singultu. Accessit Iohannes, cui eum commendaverat Christus, et lugens
ipse multum nec se poterat continere, levavit eam lugentem. Nam cruciata ge-
20 mitibus, fatigata doloribus, afflicta plorantibus pedibus stare non poterat. Tamen,
si poterat mulieribus sanctis adiuta, cunctis | plorantibus simul Ierusalem ingre-
ditur. Quam femine multe videntes, mota pietate super illius dolore, ad luctum
convertebantur amarum, et illarum quedam ambulantes post illam lamentaban-
tur plorantes. Plorabant multe, que condelebant Marie, nam dolor eius multas
25 faciebat dolentes. Vix poterat lacrimas continere quicumque videbat eam plo-
rantem. Tam pie plorabat et tam amare dolebat, quod ex suo pio ploratu multos
eciam invitos trahebat ad luctum. Fiebat luctus, ubicumque transibat. Maria plo-
rabat, ipsam plorabant ambulantes, cum ea plorabant multi venientes obviam ei.
Sic usque ducitur a plorantibus plorans, quousque pervenitur ad domum Iohan-
30 nis. Ibi resedit, ibi permansit in domo sua, et eam Iohannes retinuit et super
suam matrem cum omni corde amavit. Sepulto Domino a Iudeis signatum est
monumentum et traditum est custodibus, ut custodirent illud. Interim Maria in
domo Iohannis sedebat, an dicam iacebat. Utrumque secure afirmo. Sedebat et
iacebat, que pre nimio dolore confecta est, ambulare non valebat sine magna
35 difficultate. In domo Iohannis plorans plorabat per diem et noctem, nec erat,
qui eam consolari posset ex omnibus caris eius, nec sue sorores, nec eciam ipse
Iohannes. Solvebat dolori amaras lacrimas suo. Christi mortem recolens in cor-
de nimis amara, passionis loca tamen per omnia mente currebat, et que passa
fuerat in animo cuncta volvebat. Modo clavis crucifixum ipsa plorabat, pios ge-
40 mitus et pia suspiria dabat, nunc dulcem Dominum aceto felle potatum, lancea
iam mortuum seva perfodisse perfossum. Plorans || clamabat atque plorando di-
cebat: Iesu, Iesu, dulcis creator Deus, quam seva morte fuisti peremptus, quem

6 ut: M nec 10 lis: M in marg. 21 mulieribus: M vulneribus 29 usque: M add. quo
31 suam: M omnem 37 lacrimas: M lacrimis 39 pios: M impios 40 nunc: M nimis cf.
Sermones Dominicales Vol. II. p.151 41 mortuum: M add. est 41 perfodisse: M perfuisse

3 Miseremini mei: Iob 19,21

terre, pontus, aer, celi capere nequeunt, capiunt nunc, heu, arta septa sepulcri. O
 quam nequam vitam reddidit michi humana propago, iacet filius meus extinctus
 in misero mortis sepulcro. Ad terram venit Deus, vita nostra perhemnis, cor-
 5 pus sibi sumens humane fragilitatis. Ad terras venit Christus, non est receptus a
 suis, sed adversus eum semper machinati sunt malum. In illum sevit Herodes,
 rex Iudeorum, et cum illo omnis Ierosolima simul, parvulum adhuc pendentem
 ad ubera matris. Deinde vir factus, cum verba daret salutis superiorumque nota,
 cuiuslibet infirmitatis omnes egrotos sanans a languore, mortuos resuscitans a
 10 crudelissima morte, passus est iniurias a multis filiis Iuda, scribis, a principibus,
 presbiteris et phariseis sibi nunc ad ultimum machinantibus malum et mortem,
 sicut presens dies demonstrat cunctis aperte. O domina glorie, o regina leticie,
 fons pietatis et misericordie vena, sanctitatis ubertas, iocunditatis amenitas, o
 splendor celi, o dulcedo paradisi, o angelorum gloria, o sanctorum leticia, o vir-
 ginum gemma, o felix et beata! Tibi, domina mea, totum committo corpus et
 15 animam meam et totam vitam meam et mortem et resurrectionem. Tu benedic-
 ta in eternum et ultra cum Iesu filio tuo, qui cum Patre et Sancto Flamine vivit
 et regnat Deus benedictus per omnia secula seculorum. Amen. Amen.

Explicit sermo apocrifus de passione Domini.

Valeat, quantum valeat.

1 aer: M aere 1 arta: M arca 2 vitam: M vita 5 sevit: M sevum 6 cum: M *add.*
et del. suo 7 verba: M ubera 7 superiorumque: M ruperorumque 8 egrotos: M *corr. ex*
 egrotans 8 a languore: M omnium 9 filiis: M filii 11 glorie: M gloriose 16-17 vivit
 et regnat: M vivis et regnas

INDICES

INDEX INTIORUM SERMONUM

(Numeri ad paginam referuntur)

<i>A quattuor ventis venit spiritus</i> (Ez. 37,9) — Isidorus in libro Ethimologiarum: Orator debet esse vir bonus, dicendi peritus. Bonus, quidem vita et moribus	318
<i>Ab aquilone aurum venit</i> (Iob 37,22) — Auri nomine sancta virgo Margareta significatur, et propter pulchritudinem faciei et propter claritatem fidei	180
<i>Accepi librum de manu angeli et devoravi eum</i> (Apoc. 10,10) — Labor et occupacio sanctorum confessorum atque doctorum fuit in studio indagande sapiencie	334
<i>Accessit ad Iesum mater</i> (Matth. 20,20) — Quid oremus, sicut oportet, nescimus, Ro. 8. Quoniam multis sua utilitas est ignota	89
<i>Adeamus cum fiducia ad thronum gratiae eius</i> (Hebr. 4,16) — Dicit Philosophus in Ethicis, quod sermones universales in moribus vani sunt. Non enim sufficit dicere Deus est diligendus	389
<i>Afflixerunt spiritum sancti eius</i> (Is. 63,10) — Populus Iudeorum stultus et insipiens Domino nostro Iesu Christo pro bonis mala reddidit	368
<i>Amodo iam dicit Spiritus</i> (Apoc. 14,13) — Labor corporalis duo requirit, scilicet quietem et refeccionem, quoniam laborans fatigatur et evacuatur.	283
<i>Angeli eorum semper vident</i> (Matth. 18,10) — Insinuat nobis Dominus in hoc dicto excellenciam angelice felicitatis, quae consistit in visione Dei Patris .	257
<i>Annunciaverunt celi iusticiam eius</i> (Ps. 96,6) — Primo dicemus distinciones celorum et diversas accepciones eorum	311
<i>Apertis thesauris</i> (Matth. 2,11) — Conversio gentilitatis ad Deum incarnatum hodie est facta et incepta	67
<i>Apparuit in cherubin similitudo manus hominis</i> (Ez. 10,8) — Cherubin respiciebant se mutuo versu vultibus in propiciatorium. Propiciatorium est Christus propiciens Patrem post peccatis nostris testante Iohanne	307
<i>Arcum meum ponam in nubibus</i> (Gen. 9,13) — Nubes sunt predicatores .	137
<i>Argentum igne examinatum</i> (Ps. 11,7) — Deo auxiliante vestrisque oracionibus suffragantibus verbum assumptum dupliciter exponere intendimus .	92
<i>Ascendam in palmam</i> (Cant. 7,8) — Dominum nostrum mori pro nobis non violencia coegit, sed voluntas induxit, sicut patet ex verbis nunc propositis	372
<i>Ascende in montem</i> (Exod. 24,12; Num. 27,12) — Hoc dixit Dominus Moysi ex aquis assumpto, sed conveniunt pariter et Andree apostolo, quem similiter assumpsit ex aquis .	26
<i>Ascensiones in corde suo</i> (Ps. 83,6) — Bonitas cuiuslibet operis redundat in laudem sui artificis .	158
<i>Astitit regina</i> (Ps. 44,10) — Bernardus in sermone: Ascendens in altum Virgo Beata dabit dona hominibus, cui nec facultas dandi deest	208
<i>Auro locus est</i> (Iob 28,1) — Aurum dicitur Dominus Iesus propter dignitatem	124

<i>Auro locus est</i> (Iob 28,1) — Aurum est dignissimum metallorum, unde naturales dixerunt ipsum esse dominum et regem corporum	201
<i>Aurum opus decoris tui</i> (Ez. 28,13) — Est aurum materiale, quod est possessio ... de quo dicitur Eccli. 7.	214
<i>Ave gracia plena</i> (Luc. 1,28) — Sicut preceptis salutaribus moniti et divina institutione formati audemus dicere Pater noster	117
<i>Beati misericordes</i> (Matth. 5,7) — De istis misericordibus, quos hic beatificat Dominus, fuit Sanctus Ipolitus, qui misericordiam exhibuit Sancto Laurencio ipsum sepeliendo.	207
<i>Beati pauperes spiritu</i> (Matth. 5,3) — De istis pauperibus, quos hic beatificat Dominus, fuit Sanctus Bernhardus, institutor paupertatis et amator	224
<i>Beati, qui habitant</i> (Ps. 83,5) — Dicit Sanctus Augustinus in expositione huius dicti, quod omnis beatus habendo vel agendo dicitur beatus. Et sancti Dei, quos nunc colimus, veraciter sunt beati	279
<i>Beati, qui persecutionem paciuntur</i> (Matth. 5,10) — De istis patientibus persecutionem, quos hic beatificat Dominus, fuit Sanctus Mauricius cum suis sociis	252
<i>Beatus, quem elegisti et assumpsisti</i> (Ps. 64,5) — Unusquisque hoc beatificat in alio, quod habere desiderat in semetipso	110
<i>Beatus venter, qui te portavit</i> (Luc. 11,27) — Beata Virgo invenitur beatificari in scripturis a tribus personis et propter tria, scilicet a matre Baptistae propter credulitatem	394
<i>Bellabunt adversum te</i> (Ier. 1,19) — Predicatur sancto martiri imminens discrimen, quando dicitur: Bellabunt adversum te	327
<i>Bonus reliquit heredes filios</i> (Prov. 13,22) — Istud dictum potest intelligi de magno patre multitudinis gencium, Beato Dominico	160
<i>Certa bonum certamen</i> (1 Tim. 6,12) — Huius ammonicionis fuit executor diligentissimus martir iste sanctissimus, qui certamen habuit cum suo martirizacione	322
<i>Christus factus est pro nobis obediens</i> (Phil. 2,8) — Bernardus in Meditationibus: Iesum Nazarenum a Iudeis innocenter condemnatum, a gentibus crucifixum	246
<i>Cibavit illum pane vitae</i> (Eccli. 15,3) — Plena refeccio consistit in duobus, scilicet in cibo et potu	55
<i>Circumdederunt me gemitus mortis</i> (Ps. 17,5) — Moriens circumdatur a multis malis, scilicet a doloribus corporalibus, ab iniquitatibus mentalibus .	358
<i>Confessionem et decorem induisti</i> (Ps. 103,1) — Sententia huius dicti completa fuit in sancto apostolo Thoma, quando deposita infidelitate exposuit veritatem credulitatis	35
<i>Confitebuntur celi mirabilia tua</i> (Ps. 88,6) — Dicit Salomon Prov. 25.: Gloria regum, Glosa: apostolorum, est investigare sermonem, id est cogitare et referre Christi doctrinam .	316
<i>Constitue Domine legislatorem</i> (Ps. 9,21) — Sancti prophete presens precacio quadruplex: Constitue Domine ... impleta est in populo Hungarico	216
<i>Cum aqua deleret terram</i> (Sap. 10,4) — Quatuor notificantur de Christi passione in hac sacra auctoritate .	383
<i>Cum esses parvulus</i> (1 Reg. 15,17) — Dictum quoddam Domini Eccli. 20, est qui ab humilitate levabit caput, verificatum est in Sancto Nicolao .	29
<i>Cum transiret Iesus</i> (Matth. 9,9) — Fidelis sermo et omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere	250
<i>Date sunt mulieri due ale aquile</i> (Apoc. 12,14) — Ffestum Beate Magdalene est nobis in exemplum, ut penitentiam assumamus .	188
<i>David sedens in cathedra sapientissimus</i> (2 Reg. 23,8) — In hiis verbis designatur Beati Petri sublimacio .	103
<i>De erudiitis ruent</i> (Dan. 11,35) — Urbs beata Ierusalem construitur in celis	253

<i>Dedi te in lucem gentium</i> (Is. 49,6) — Iuste dictus est Paulus gloriosum lumen omnium ecclesiarum	177
<i>Dedit Dominus confessionem</i> (Eccli. 47,9) — Origenes super Cant.: Invocemus Deum, Patrem Verbi, quod nobis manifestet verbum suum .	221
<i>Dedit illi in preceptis suis potestatem docere Iacob testimonia</i> (Eccli. 45,21) — Hoc dictum est de Aaron, primo sacerdote, sed potest accipi etiam de Sancto Ieronimo, magno presbitero et doctore	263
<i>Defecit in dolore vita mea</i> (Ps. 30,11) — Dolor est comes individuus vite nostre, qui ingredimur in mundum cum dolore	365
<i>Defecit in dolore vita mea</i> (Ps. 30,11) — Ista verba competit dicere de se Sancto Iohanni Baptiste, cuius vita revera defecit in dolore .	236
<i>Designavit Dominus et alios LXXII</i> (Luc. 10,1) — 1 Tim. 2.: Vult omnes homines salvos fieri. Omnes autem homines distinguuntur in Iudaeos et gentes	268
<i>Deus, qui dixit de tenebris lumen splendescere</i> (2 Cor. 4,6) — Triplex causa conversionis Sancti Pauli declaratur in hiis verbis, scilicet efficiens, fformalis et finalis	87
<i>Dies dei eructat verbum</i> (Ps. 18,3) — Sicut se habent in oratione verbum et adverbium, sic in opere nos et Deus.	122
<i>Dilectus meus candidus</i> (Cant. 5,10) — Amor omnia scrutatur, etiam profunda Dei	379
<i>Dissipatum est vas</i> (Ier. 18,4) — In hiis verbis describitur triplex status Sancte Marie Magdalene .	184
<i>Dixit Iude et Ierusalem: coram altari isto adorabitis?</i> (Is. 36,8) — Altare uno modo dicitur mensa Salvatoris	357
<i>Domine, in voluntate tua prestitisti decori meo virtutem</i> (Ps. 29,8) — Vox est sancte virginis Deo gratias agentis pro gracia collati muneris	164
<i>Duo ubera parva sicut duo hinnuli</i> (Cant. 4,5) — Sap. 18.: Parentum magnalia, id est apostolorum virtutes, erant scripta	142
<i>Ecce ascendimus Ierosolimam</i> (Matth. 20,18) — Iacula previsa minus feriunt, secundum dictum Sancti Gregorii	386
<i>Ecce dies veniunt ... et comprehendet arator messorum</i> (Amos 9,13) — In hac prophetica predicatione dicuntur tria commendabilia de sancto martire	136
<i>Ecce ego Iohannes vidi alterum angelum ascendentem</i> (Apoc. 7,2) — Duas revelaciones sibi factas recitat Sanctus Iohannes in hac epistola	275
<i>Ecce Rebecca egrediebatur</i> (Gen. 24,15) — Rebecca interpretatur paciencia sive multum accepta, et significat sanctam virginem Margaretam	182
<i>Ecce sacerdos magnus</i> (Eccli. 50,1) — Augustinus in libro contra epistolam Fundamenti: per homines commemoracio aliqua signis verborum fieri potest	230
<i>Ecce video celos apertos</i> (Act. 7,56) — Dicit Sanctus Ieronymus in epistola, quod non potest deficere verbo, qui credit in Verbum	50
<i>Ego enim iam delibor et tempus mee resolutionis instat</i> (2 Tim. 4,6) — Sanctus apostolus in verbis suis tria insinuat de se ad suam laudem, scilicet quod habuit mortem preciosam	179
<i>Ego flos campi et lilium convallium</i> (Cant. 2,1) — Campus dicitur in Scripturis uno modo mundus	378
<i>Ego primogenitum ponam illum, excelsum pre regibus terre</i> (Ps. 88,28) — His verbis fecit Dominus promissiones David regi fideli. Et quia ille complete sunt in beato rege Stephano	219
<i>Ego quasi Libanus non incisus</i> (Eccli. 24,21) — Beatus Dominicus habuit donum sanctitatis de celo et hoc in conversatione virginitatis .	153
<i>Ego, si exaltatus fuero</i> (Ioh. 12,32) — Hoc ewangelium in exaltacione Sancte Crucis legitur, quia in eo causa nostre exaltacionis exprimitur	247

<i>Egredere de terra</i> (Gen. 12,1) — Loquens Dominus excelso patri Benedicto per Abraham significato tria in verbis istis facit	114
<i>Egredietur virga de radice Iesse</i> (Is. 11,1) — Mt. 6.: Nichil tuleritis in via, nisi virgam tantum	242
<i>Egredimini filie Sion</i> (Cant. 3,11) — Tres coronas legimus Christum habuisse, et in quolibet illarum debemus ipsum videre	381
<i>Egressus Iesus perambulabat Ierico</i> (Luc. 19,1) — Ad celestem felicitatem, de qua actum est in precedenti sermone, via est fides crucifixi	352
<i>Eruditus in verbo reperiet bona</i> (Prov. 16,20) — Ex verbis istis commendatur in Sancto Ieronimo studium sacre sciencie	262
<i>Erue eos, qui ducuntur ad mortem</i> (Prov. 24,11) — Huius mandati executor fuit Sanctus Sebastianus	80
<i>Esto fidelis usque ad mortem</i> (Apoc. 2,10) — Verba sunt Christi exhortantis suum militem et confortantis. Exhortantis, inquam, ad agonem certaminis	324
<i>Ex Aegypto vocavi filium meum</i> (Os. 11,1) — Veritas huius dicti impleta fuit in conversione Sancti Dionisii, quem vocavit Deus ex Aegypto	267
<i>Exaltabitur Dominus solus in die illa</i> (Is. 2,11) — Verba sunt Christi gratias agentis Patri pro efficacia verbi Dei in ore suo	377
<i>Examen apum erat in ore leonis</i> (Iudic. 14,8) — Duo specialiter nobis scriptura indicit, scilicet curam nostri	130
<i>Exerce teipsum ad pietatem</i> (1 Tim. 4,7) — Dicit Ambrosius in expositione huius dicti, quod omnis summa discipline Christiane in misericordia est et pietate	337
<i>Exortum est in tenebris lumen</i> (Ps. 111,4) — Ieronimus ad Eliodorum: Grandes materias ingenia parva non sufferunt. Materia hodierni sermonis	43
<i>Fecit Deus duo magna luminaria</i> (Gen. 1,16) — Opus istud luminarium laudatur in verbis istis ab altitudine originis .	396
<i>Ferculum fecit sibi rex Salomon</i> (Cant. 3,9) — Describit Spiritus Sanctus in his verbis dignitatem et officium apostolici ordinis .	314
<i>Ffluvijs egrediebatur</i> (Gen. 2,10) — Flumen Dei, id est mater Christi, repletum est aquis, scilicet gracciarum	238
<i>Fortitudo et decor indumentum eius</i> (Prov. 31,25) — Signum amoris precipui est inter duos, quando consimilibus induuntur vestibus .	297
<i>Gloria Libani</i> (Is. 35,2) — Sponsus celestis Dominus Iesus triplici grandi munere dotavit sponsam suam, Sanctam Luciam .	33
<i>Gracia vobis et pax ab eo</i> (Apoc. 1,4) — Ieronimus ad Damasum: Necesse est, ut labia turgentur et fugetur iniquitas .	255
<i>Haurietis aquas</i> (Is. 12,3) — Mundus duplici incommodo tenebatur ante Christi adventum, scilicet culpe et pene, sive peccati et miserie	74
<i>Hic est, qui venit per aquam et sanguinem</i> (1 Ioh. 5,6) — Pietas divina semper curat de salute humana et hoc patet ex facto suo .	64
<i>Hic liber mandatorum Dei</i> (Bar. 4,1) — In predicatione scrutamur, quid est virtus, non ut sciamus, sed ut boni efficiamur	320
<i>Holocausta medulata</i> (Ps. 65,15) — Possunt esse verba Beati Laurentii suam oblacionem, id est seipsum, quem Deo obtulit sacrificium in odorem suavitatis .	203
<i>Homini bono dedit Deus sapienciam</i> (Eccl. 2,26) — Si Dominus magnus voluerit, id est Christus, spiritu intelligencie replebit illum, scilicet predicatorem	228
<i>Homo cum mortuus fuerit</i> (Iob 14,10) — Hominem mortuum tria mala comitantur in morte, scilicet amissio bonorum fortune	362

<i>Homo natus de muliere</i> (Iob 14,1) — Homo secundum corpus habet multas malas condiciones, de quibus tres tanguntur in verbis istis, scilicet fragilitas originis	360
<i>In lumine tuo videbimus lumen</i> (Ps. 35,10) — Sanctos predicatorum lumen appellat .	132
<i>In manibus abscondit lucem</i> (Iob 36,32) — Veritas huius sacri dicti convenit celebritati hodierni festi, in qua agitur de incarnatione Christi .	120
<i>In multitudine videbor bonus</i> (Sap. 8,15) — Beatus Petrus fuit dotatus donis sapientie tam subtiliter, ut in se esset honestus conversacione	139
<i>In sole posuit tabernaculum suum</i> (Ps. 18,6) — Hoc dictum est de Domino Christo, qui tabernaculum suum, id est corpus humanum posuit in sole .	137
<i>Induit me Dominus vestimentis salutis</i> (Is. 61,10) — Triplex est vestimentum, scilicet corporale, quod operit carnem	81
<i>Inpingwasti in oleo caput meum</i> (Ps. 22,5) — Veritas hic in sacra dicta inpleta fuit in sancto apostolo Christi, quando missus fuit in doleum	150
<i>Inveni David servum meum</i> (Ps. 88,21) — Constitutionem capitis in populis debet precedere diligens inquisicio de persone idoneitate .	403
<i>Invenit iuvenem splendidum</i> (Tob. 5,5) — Iuvenis iste splendidus et precinctus fuit Sanctus Henricus, quem invenit, quicumque intueri voluit	284
<i>Isti sunt due olive</i> (Apoc. 11,4) — Quoniam sancti apostoli pares sunt meritis et dignitate, iustum est, ut etiam pares sint in laude et honore .	273
<i>Iustum deduxit</i> (Sap. 10,10) — Hic notificatur, quam magna sit virtus iusticie et quam efficax ad salutem anime	115
<i>Iustus perit et non est, qui recogitat</i> (Is. 57,1) — Ieronimus ad Paulam: In principio cuiuslibet operis premitte oracionem dominicam et signum crucis in fronte	371
<i>Leo rugiet</i> (Amos 3,8) — Apoc. 5.: Leo de tribu Iuda aperuit librum. — Leo Grece rex interpretatur, Latine eo, quod est princeps omnium bestiarum	129
<i>Lex veritatis fuit in ore eius</i> (Mal. 2,6) — Sicut dicit Glosa in expositione huius verbi, hic describit Dominus in commendacione veteris sacerdotis	62
<i>Liberasti virgam hereditatis tue</i> (Ps. 73,2) — Hoc potest dici et debet Domino Christo ex parte nostra in graciaram accionem	99
<i>Lingwa eucharis</i> (Eccli. 6,5) — Ex hiis verbis laudatur in Sancto Gregorio prestantissima gracia bene docendi .	113
<i>Lucerna corporis tui est oculus tuus</i> (Luc. 11,34) — Aristoteles dicit in Ethicis, quod magnanimus est impensor beneficiorum hominibus	223
<i>Lucerna splendens super candelabrum sanctum</i> (Eccli. 26,22) — Beatus Dionisius, cum laudes describeret angelicas, ducem sui sermonis Christum fieri postulavit	265
<i>Luminare, quod minuitur in consummacione</i> (Eccli. 43,7) — Sanctus vir et sapiens ad laudem Creatoris enarrat naturas et proprietates creaturarum .	105
<i>Lux orta est iusto</i> (Ps. 96,11) — Quemadmodum Salvator noster semetipsum manifestavit, cum in mundum venit, scilicet per stellam fulgentem .	172
<i>Male tractaverunt illum</i> (Eccli. 49,9) — Propheta accipit interius beneficium illuminationis a Deo, ut intelligat, et reprehendit exterius officium predicacionis populo	235
<i>Mare et meridiem possidebit</i> (Deut. 33,23) — Bernardus in sermone: Mater non tradit filio nucem integram, sed frangit eam	301
<i>Mel et lac sub lingua tua</i> (Cant. 4,11) — In verbis istis primo, describitur etas sancte virginis Agnetis	83
<i>Miseremini mei</i> (Iob 19,21) — Heri gavisus sumus cum gaudentibus agendo festum beatorum, nunc debemus flere cum flentibus	281

<i>Miserunt Barnabam Antiochiam</i> (Act. 11,22) — Ex hiis verbis declaratur fuisse in Sancto Barnaba auctoritas predicandi	161
<i>Misit ad illos servum et illum in capite vulneraverunt</i> (Marc. 12,4) — Beatus Thomas duplici gaudet privilegio sicut vere martir et pontifex	61
<i>Misit Herodes rex manus</i> (Act. 12,1) — Dictum est quoddam Domini Ez. 13, Dimittam animas.	195
<i>Modicum plora super mortuum</i> (Eccli. 22,11) — Vita flebilis non potest terminari nisi cum fletu	363
<i>Mulier timens Deum ipsa laudabitur</i> (Prov. 31,30) — In hac sancta muliere Deum timente proponitur nobis aliquid imitatione dignum	295
<i>Mulierem fortem quis inveniet</i> (Prov. 31,10) — In Maria Magdalena convenerunt quasi duo contraria, scilicet mollis natura et virtus animosa	186
<i>Multe tribulaciones iustorum</i> (Ps. 33,20) — Iesus Christus, Dominus noster multa passus fuit pro nobis, sicut ipse dicit Patri in Psalmo: Ostendisti michi tribulaciones multas.	329
<i>Mundamini, qui fertis vasa</i> (Is. 52,11) — In istis verbis dirigitur ad vos necessaria admonicio	398
<i>Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli</i> (Matth. 18,3) — Non intendit Dominus dicere, ut efficiamur.	58
<i>Nolite me considerare, quod fusca sim</i> (Cant. 1,5) — Vox est humane nature suscepta a Christo.	375
<i>Nolumus vos ignorare de dormientibus</i> (1 Thess. 4,13) — Intencio apostoli est in hac epistola tollere tristitiam, que possit esse de carorum morte	366
<i>Numquid est numerus militum eius</i> (Iob 25,3) — Gregorius in omelia: Sunt nonnulli, qui amant et ardent et loquendo alios accendunt	260
<i>Numquid producis Luciferum</i> (Iob 38,32) — Post Solem et Lunam clarior stella Lucifer esse dicitur et apparet ex eo, quod umbram facit sicut nova Luna	163
<i>Obtulit Deo sacrificium in igne</i> (Lev. 23,8) — Hoc dictum potest intelligi de Beato Laurenzio, quoniam sic factum est in ipso.	205
<i>Oculi eius sicut flamma ignis</i> (Apoc. 1,14) — Ps.: Oculi omnium in te sperant, Domine. Oculi anime sunt intellectus et affectus, esca eorum veritas et caritas	174
<i>Omni tempore vestimenta tua sint candida</i> (Eccle. 9,8) — Huius mandati observator fuit Beatus Nicolaus, qui mundiciam servavit in corpore	32
<i>Omnipotens benedicet tibi</i> (Gen. 49,25) — Dies iste ore cunctorum fidelium Epiphania nuncupatur quasi desuper apparicio.	69
<i>Omnis gloria eius filiae regis ab intus</i> (Ps. 44,14) — Prov. 31.: Mulier timens Deum etc. Meritum virtutis, quod fuit in Sancta Elizabeth, quoniam fuit mulier timens Deum.	290
<i>Omnis lapis preciosus operimentum tuum</i> (Ez. 28,13) — Hoc dictum est de primo creaturarum, scilicet summo angelo, qui fuit principium dignitate creaturarum	49
<i>Oportet ad ortum lucis te adorare</i> (Sap. 16,28) — Bernardus in sermonibus: Nativitas Christi honorabilis est mundo illibata sanctitate.	39
<i>Optulit sacrificium in igne</i> (Lev. 23,8) — Dicit Aristoteles 3. Physicorum, quod oportet docentem adiscere. Docens est relator verbi, sed docere non potest, nisi discat a Deo	287
<i>Orietur in diebus eius iusticia</i> (Ps. 71,7) — Beatus Ladizlaus pietate rex serenus, gratiarum donis plenus fuit	169
<i>Os suum aperuit sapientie</i> (Prov. 31,26) Sap. 10.: Sapientia aperuit os mutorum. — Muti sunt, qui non habent potenciam loquendi	196

<i>Pauper sum ego</i> (Ps. 87,16) — Iob 16.: Terra, ne operias sagwinem meum. — Terra. Productus est peccator de terra originaliter, et inclinatus ad terram affectualiter, et reducendus in terram finaliter	374
<i>Peperit filium suum primogenitum</i> (Luc. 2,7) — In hoc ewangelio ad laudem nativitatis Christi proponuntur quedam pertinencia ad puritatem, quaedam ad humilitatem	47
<i>Postquam impleti sunt dies</i> (Luc. 2,22) — Dictum est de Domino nostro, quod factus est ex muliere et factus est sub lege	96
<i>Posuit Cherubim in medio templi interioris</i> (3 Reg. 6,27) — Sub nomine Cherubim pre-conia describuntur sancte virginis Katherine.	304
<i>Primus angelus tuba cecinit, et facta est grando et ignis</i> (Apoc. 8,7) — Inprimis dicendum est cum Beato Dionisio in libro de divino nomine	193
<i>Produxit Deus de humo omne lignum</i> (Gen. 2,9) — Dicit Sanctus Augustinus, quot nemo potest transire mare huius seculi	144
<i>Propter Sion non tacebo</i> (Is. 62,1) — 4. Reg. 7.: Hec dies boni nuncii est, quia bonum nobis nunciat, scilicet ortum Filii Dei	38
<i>Propter te mortificamur tota die</i> (Ps. 43,22) — Auctoritas ista ex duobus dictis conflata, prophete videlicet et apostoli, loquitur nobis de humano incomodo	331
<i>Puer natus est nobis</i> (Is. 9,6) — Ad exemplum Dei, qui Verbum abbreviatum hodie fecit in terra, debemus et nos brevi verbo laudare	41
<i>Pueri communicaverunt carni et sagwini</i> (Hebr. 2,14) — Dicitur Eccli. 13., quod volatilia ad sui similia conveniunt, sic et omnis homo ad similem sibi coniungitur.	57
<i>Pulchritudinem candoris eius ammirabitur oculus</i> (Eccli. 43,20) — Deut. 32.: Fluat ut ros eloquium meum, quasi imber super herbam	306
<i>Quam pulchra tabernacula tua</i> (Num. 24,5) — Unius sancti non sufficimus enarrare gloriam, quoniam auris non audivit	278
<i>Quasi flos rosarum in diëbus vernis</i> (Eccli. 50,8) — Virginalis decus duobus comparatur florum generibus pulchris et electis, rosis videlicet et liliis	348
<i>Quasi stella matutina</i> (Eccli. 50,6) — Augustinus super primam canonicam Iohannis: Noli putare quemquam discere aliquid ab homine. Amonere possumus per vocem	233
<i>Qui creavit me ... et in civitate sanctificata similiter requievi</i> (Eccli. 24,15) — Bernhardus in sermone: Tempus loquendi est omni carni, cum assumitur in celum mater incarnati Verbi	212
<i>Qui diligit cordis mundiciam</i> (Prov. 22,11) — Huius sacri sermonis dictum in sancto precone Salvatoris fuit impletum, qui habuit affectum mundum	167
<i>Qui docti fuerunt, fulgebunt</i> (Dan. 12,3) — In verbis istis insinuatur meritum sanctorum predicatorum cum premio eis debito.	157
<i>Qui fecerit et docuerit</i> (Matth. 5,19) — Prov. 10.: Desiderium suum iustis dabitur. Duo autem desideranti dabitur iusti	155
<i>Qui futurus est, iam vocatum est nomen eius</i> (Eccle. 6,10) — Baptista Domini, Iohannes habuit privilegium prenunciacionis, quia concipitur angelico oraculo.	166
<i>Quicumque confugerint in templum</i> (1 Mach. 10,43) — Ez. 43.: Ffili hominis, ostende filiis Israel templum. Beata Dei genitrix Maria, virgo perpetua est templum	392
<i>Quid lucidius sole?</i> (Eccli. 17,30) — Sol est Christus, quo nichil est lucidius, quia est splendor glorie et figura substancie Dei	382
<i>Quis dabit capiti meo aquam</i> (Ier. 9,1) — O vos filie Ierusalem, sponse dilecte Dei, una mecum preces effundite	409
<i>Quod ab igne non poterat exterminari</i> (Sap. 16,27) — Sub methafora triplicis rei nominate in verbo presenti	36

<i>Sacerdotes et levitae accedant ad Dominum</i> (Ez. 44,15) — Bernardus super Cant. Origo foncium et fluminum omnium mare est, virtutum et scienciarum Dominus Christus	401
<i>Salomon filius meus puer parvulus est</i> (1 Paral. 22,5) — De veritate filiacionis in aliquo nulli magis credendum est, quam patri .	44
<i>Salvos nos fecit per lavacrum regeneracionis</i> (Tit. 3,5) — Dominus Iesus laudabilis est ex operibus misericordie sue	71
<i>Sancti eritis mihi, quia ego sanctus sum</i> (Lev. 20,26) — Dicit Boecius in Topicis, quod omnis diversitas discors est, similitudo vero appetenda est .	400
<i>Sanctificavi domum hanc</i> (3 Reg. 9,3) — Ecclesiam materiale, in qua vel circa quam nunc sumus, tria faciunt honorabilem	354
<i>Sapiencia edificavit</i> (Prov. 9,1) — Sapiencia laudabat, id est laude dignam fecit animam suam, id est matrem, quam diligebat ut animam suam	244
<i>Si vis perfectus esse, vade, vende omnia</i> (Matth. 19,21) — Causa conversionis Sancti Antonii a principio fuerunt verba ista	77
<i>Sicut exaltavit Moyses serpentem</i> (Ioh. 3,14) — Eccli. 4.: Sapiencia, id est Christus, filiis suis, id est auditoribus suis, scilicet Nichodemo et aliis vitam inspiravit	146
<i>Sicut lilium inter spinas</i> (Cant. 2,2) — Christus Dominus sponsam suam Sanctam Agatham vocat in hiis verbis amicam propter conformitatem in gracia .	101
<i>Signum magnum apparuit</i> (Apoc. 12,1) — Ad efferendas laudes assumptionis Beate Virginis scripture locuntur de ea diversis modis	210
<i>Simile est regnum celorum decem virginibus</i> (Matth. 25,1) — In ista parabola laudatur castitas et incorruptio, quae fuit in sanctis virginibus cum sanctis operibus et intencionibus	339
<i>Simile est regnum celorum thesauro abscondito</i> (Matth. 13,44) — Tres parabole Domini posite in hoc ewangelio commendant tres perfecciones positas ab ipso in sanctorum numero	342
<i>Simon Onie filius sacerdos magnus</i> (Eccli. 50,1) — Gregorius 18. Moralium: Ego ex me aliquid nescio, sed quitquid de veritate scio .	111
<i>Sindonem fecit et vendidit</i> (Prov. 31,24) — Cognacio quedam Iudeorum de tribu Iuda vocabatur domus operancium byssum	293
<i>Sint lumbi vestri precincti</i> (Luc. 12,35) — Huius ammonicionis observator fuit Sanctus Martinus, qui fuit cinctus castitate, inflammatus caritate	285
<i>Sol egressus est super terram</i> (Gen. 19,23) — Hoc dictum est de homine eruto, id est erepto de Sodomis, nos autem accipere possumus de homine salvato ex Iudaeis	89
<i>Soror nostra parvula</i> (Cant. 8,8) — Christus Dominus in sponsa sua Sancta Agatha commendat in hoc dicto suo dignitatem generis .	98
<i>Spiritu magno vidit ultima, et consolatus est lugentes Sion</i> (Eccli. 48,27) — Beatus Iohannes duas habuit beatitudines	53
<i>Spiritus Domini induit Zachariam, qui stetit in conspectu populi</i> (2 Paral. 24,20) — Quem heri Pater vestivit virtute in carne, hodie instruit acie in agone	51
<i>Spiritus Domini super me</i> (Is. 61,1) — Lucas ewangelista, ut testatur Ieronimus in Prologo, Spiritu Sancto instigante scripsit ewangelium	272
<i>Super capita columpnarum opus in modum lilii posuit</i> (3 Reg. 7,22) — Opus istud in modum lilii est illibata virginitas Sancte Cecilie	299
<i>Tollite iugum meum</i> (Matth. 11,29) — Sicut magni domini solent vestes suas preciosas dare suis familiaribus in argumentum specialis dileccionis	107
<i>Transivimus per ignem et aquam</i> (Ps. 65,12) — Augustinus in sermone: Vincencii martiris fortissimam passionem celebrare solempniter iuvat	85
<i>Tulit Iacob virgas et ex parte decortavit eas</i> (Gen. 30,37) — Quemadmodum Moyses cum virga intravit Egyptum, in qua facturus erat signa	309

<i>Tulerunt pallium meum</i> (Cant. 5,7) — Possunt esse verba beati apostoli Bartholomei notificantis modum sue passionis .	226
<i>Utramque partem eius consumpsit ignis</i> (Ez. 15,4) — Sicut sunt diverse partes in homine, scilicet exterior et interior, scilicet corpus et anima .	84
<i>Venit ad templum sanctum suum Dominator</i> (Mal. 3,1) — Hec propheta hodie fuit in Domino impleta, quando tulerunt Iesum in Ierusalem .	94
<i>Venit Iesus a Galilea in Iordanem</i> (Matth. 3,13) — Dictum quoddam Domini Lu. 18.: Qui se humiliat, exaltabitur, verificatum est hodie in ipso	73
<i>Venite, ascendamus ad domum Dei</i> (Is., 2,3) — Non sufficit homini seipsum salvare, sed debet etiam de aliis curare	356
<i>Venite post me</i> (Matth. 4,19) — Dominus, cum vocavit Petrum et Andream, dedit voci sue vocem virtutis, id est efficaciam virtuosam, ut sequerentur se	23
<i>Vide arcum et benedic Deum</i> (Eccli. 43,12) — Domino patienti pro nobis debemus impendere intuitum affectuosum	369
<i>Vidi civitatem sanctam Ierusalem</i> (Apoc. 21,2) — Civitas ecclesie posita super montem eminentis vite non potest abscondi .	350
<i>Vidi et ecce equus albus</i> (Apoc. 6,2) — Quoniam in sapientia absconsa nulla est utilitas, Eccli. 20, ideo sanctus apostolus revelacionem sibi factam de gloria	134
<i>Vidi Spiritum descendantem</i> (Ioh. 1,32) — Per quem modum Christus cognitus est esse Filius Dei in baptismo	79
<i>Vidit quandam viduam pauperulam</i> (Luc. 21,3) — Ex hiis verbis ostenditur sancta mulier, ad cuius laudem loquimur, fuisse munda in castitate, afflicta in paupertate	292
<i>Virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Domini</i> (Act. 4,33) — In verbis istis ostenditur diligencia apostolorum	141
<i>Vocatum est nomen eius Iesus</i> (Luc. 2,21) — Cum circumcisione secundum morem Iudeorum currebat nominis inpositio et sic factum est etiam in Domino nostro	66
<i>Vos estis sal terre</i> (Matth. 5,13) — Potestas traducitur a potestate, tamquam simile a suo simili, quia dicit Plato in Thimeo: Nichil est in mundo, cuius ortum non precedat legitima causa .	199

INDEX AUCTORUM ET OPERUM

(*l. inc.*: locus incertus v. loci incerti; *a. inc.*: auctor incertus; *op. inc.*: opus incertum.
Numeri dextra parte columnarum ad paginam lineamque referuntur)

Acta s. Agathae (AASS Febr. V.)		Ambrosius	2,2,7	128,12
p.615	98,29	Vide et Pseudo-Ambrosium		243,33
	100,9	<i>bon. mort.</i>		390,24
	100,22	9,42	150,13	2,2,9
p.616	100,18	<i>fid.</i>		2,2,10
p.617	100,13	3,1,6	271,23	2,2,13
p.618	100,25	<i>exhort. virg.</i>		2,2,14
		13,86	346,38	2,2,15
		<i>hex.</i>		240,34
Albumasar		1,6,21	313,26	13,81
<i>l. inc.</i>		1,9,33	393,39	13,83
	128,3	1,9,34	87,31	<i>l. inc.</i>
	165,22	2,4,16	318,16	
	233,32	3,17,71	277,36	37,28
		4,4,25	90,12	96,31
Alexandri vide Pseudo-Ale-		5,21,67	131,25	136,28
xandri			131,39	180,7
		5,21,68	131,29	205,31
Algazel			131,35	207,32
<i>l. inc.</i>		5,21,69	132,3	213,17
	39,29		132,8	233,34
	90,16	6,1,1	54,22	276,33
		6,6,37	131,12	286,11
		6,9,55	176,19	312,31
Ambrosiaster		<i>in Luc.</i>		403,3
<i>in Rom.</i>		1,2	121,16	
13,4	402,38	<i>off.</i>		Anselmus Cantuariensis
<i>in 1 Cor.</i>		1,11,38–39	111,23	<i>concept. virg.</i>
7,34	300,10	1,18,69	299,14	18
<i>in 2 Cor.</i>		2,2,7	336,16	128,9
6,11	347,35		403,9	<i>cur deus</i>
<i>in Gal.</i>		2,28,137	345,27	2,8
3,13	248,5	<i>spir.</i>		2,9
<i>in Phil.</i>		1,16,158	279,12	<i>medit.</i>
4,7	59,12		256,26	2
<i>in Col.</i>		<i>vid.</i>		3
2,15	378,14	9,57	349,35	<i>orat.</i>
<i>in 2 Thess.</i>		<i>virg.</i>		52
3,10	194,18	1,3,10	294,8	
<i>in 1 Tim.</i>		1,7,37–38	300,24	212,3
4,7	337,8	1,7,37	396,37	392,3
<i>in 2 Tim.</i>		1,8,53	299,17	392,15
1,8	276,18	2,2,6	390,24	393,16
				237,21
				<i>proslog.</i>
				1
				51,4

	51,8	12,6	87,24	218,17
2	335,4	<i>phys.</i>		227,15
		1,1	314,36	240,4
Arator		<i>soph. el.</i>		259,10
<i>act.</i>		2	124,27	263,21
1,176-177	385,38	15	122,14	274,13
1,400-403	180,23	<i>top.</i>		274,15
1,405-408	104,18	3,2	29,13	277,27
		5,2	315,17	287,25
Aristoteles		<i>l. inc.</i>		306,17
<i>Vide et Pseudo-Aristotelem</i>			27,33	312,4
<i>an.</i>			29,20	312,13
2,7	133,35		30,13	312,30
<i>an. post.</i>			31,4	313,29
2,2	91,6		36,33	313,37
<i>cat.</i>			54,14	313,38
7	37,31		54,26	316,30
8	380,38		68,7	316,36
10	89,5		72,5	317,7
<i>de part. anim. (op. inc.)</i>			77,34	317,9
	175,10		83,35	317,25
<i>eth. Nic.</i>			84,5	318,13
1,1	325,11		90,14	325,32
1,5	280,8		90,19	325,36
2,2	348,7		91,3	326,35
2,3	73,19		93,10	328,1
	203,12		93,25	370,2
2,5	348,2		131,28	380,18
3,11	140,25		131,32	389,3
	288,18		137,4	394,40
	408,34		139,19	395,4
3,12	49,24		143,3	397,2
3,15	29,21		148,20	404,12
4,3	169,34		152,6	
4,5	68,25		152,34	52,37
4,6	244,24		156,20	54,26
4,8	223,13		164,3	93,4
	406,3		176,38	114,38
8,11	327,14		177,10	118,17
8,14	267,39		183,19	121,10
8,16	290,15		188,12	132,31
9,11	236,21		188,19	150,5
	282,34		188,20	185,31
10,4	280,19		188,21	191,18
10,8	31,30		193,2	197,38
<i>hist. an.</i>			199,29	201,31
1,15	31,22		200,34	201,37
<i>metaph.</i>			204,9	213,34
1,1	158,13		204,21	290,19
1,2	320,19		204,25	320,33
2,1	404,37		216,11	334,28
2,3	24,32		218,6	335,19
			218,16	354,26

a. inc., l. inc.

	367,6	8,5,12	361,19	7,10	259,29
		9,10,23-24	231,29	9,9	102,6
Asclepius		10,35,54	175,11	<i>in evang. loh.</i>	
(Hermes Trismegistus)		10,36,59	291,25	2,2	144,18
III,24b	267,25	11,4,6	152,15	26,5	156,4
III,37	226,21	12,10,10	182,27	50,2	145,16
		12,11,13	256,37	104,3	247,13
Athanasius Alexandrinus v.		13,9,10	159,37	117,3	276,36
Hierosolymitanus (a. inc.)			303,20		375,24
<i>l. inc.</i>			319,16	<i>in psalm.</i>	
	350,1	<i>cur. mort.</i>		33,4	108,28
		1,2	360,5	36,17	246,38
Augustinus		<i>discipl.</i>		42,8	170,31
<i>Vide et Pseudo-Augustinum</i>		12,13	179,7	71,1	45,4
<i>bon. coniug.</i>		<i>divers. quaest.</i>		83,8	279,35
21,26	192,8	9	37,14	<i>mor. eccl.</i>	
25,21	222,20	12	249,36	1,15,25	140,39
<i>c. adv. leg.</i>		25	246,15	<i>nupt. et concup.</i>	
2,3,13	275,4	36,1	102,29	1,16,18	70,27
<i>c. epist. fund.</i>		59,2	343,37	<i>perf. iust.</i>	
36	230,27	59,3	341,29	10,21	109,38
<i>civ.</i>			341,33	<i>quaest. hept.</i>	
1,8,2	331,11		342,10	4,33	248,31
	359,36		342,12	<i>serm.</i>	
2,20,38	283,24		342,14	36,2	214,29
7,19	399,36	66,3	172,4	46,8,18	231,40
8,24	226,21	<i>doctr. Christ.</i>		82,11,14	361,22
	226,24	1,38,42	303,34	84,2	365,32
8,3	229,2	4,2,3	274,37	191,1	23,26
9,9	101,14	<i>enchir.</i>		199,1	70,34
10,5	380,28	11,3	122,14	276,4	85,36
14,17	81,34	22,7	123,2		86,31
15,4	171,17	32,9	152,1	304,3,3	246,18
16,24,2	335,35	88,23	366,30	350,1	335,29
19,5	327,33	91,23	366,35	350,1-2	335,27
19,13	171,30	112,29	282,14	350,3	151,10
	172,7	<i>epist.</i>			289,38
19,15	61,21	127,1	250,40	355,1	405,34
19,20	172,3	137,5,17	286,35	<i>serm. dub.</i>	
22,6,1	322,31	<i>gen. ad litt.</i>		373,4	70,36
	332,29	12,25,52	37,15	<i>serm. post Maurinos re-</i>	
22,30,1	280,37		233,21	<i>pertus (Misc. Agostiniana</i>	
22,30,2	280,29	<i>haer.</i>		<i>Vol. I)</i>	
22,30,3	280,22	84	47,17	p.243	85,21
22,30,5	77,1	<i>in epist. loh.</i>		p.245	85,22
	117,28	2,8 et 9	289,21		86,32
<i>conf.</i>		2,14	93,22	<i>soliloq.</i>	
2,7,15	256,1	3,11	187,1	1,1,2	380,19
4,16,30	229,9		252,33	1,1,4	217,15
8,1,1	229,7	3,12	333,19	<i>trin.</i>	
8,4,9	251,33	3,13	233,5	1,8,17	54,18
	260,25	4,3	323,8		280,13
8,5,10	114,30	5,7	56,19	1,13,28	241,28

4,12,15	367,11	48,10		289,12
4,13,16	247,34	53,5		289,36
4,13,17	249,31	58,29		301,24
4,15,20	59,23	59,36		302,17
4,20,27	360,33	65,4		306,31
5,16,17	332,39	68,4		312,10
6,10,11	278,23	69,38		321,17
6,10,12	259,24	70,22		332,12
8, proem.	259,20	72,8		333,14
8,3,4	155,21	77,19		333,15
	259,17	78,1		335,9
10,1,1	145,42	79,6		335,21
10,7,10	403,30	85,31		342,29
13,7,10	158,4	85,33		351,6
	282,25	86,24		353,20
12,14,21	185,26	87,14		366,21
15,11,20	122,38	93,35		366,28
	123,1	93,39		369,1
15,14,23	123,6	106,25		374,28
15,25,44	323,32	116,6		374,34
15,25,45	280,15	120,28		377,2
15,26,47	44,37	121,4		382,37
<i>vera relig.</i>		121,7		384,32
11,21	149,23	137,8		386,26
<i>virg.</i>		140,28		386,33
1,1	102,19	148,39		387,23
2,2	183,34	154,16		388,4
3,3	391,23	157,32		390,19
4,4	242,40	171,25		393,6
8,8	300,3	173,13		393,19
13,12	343,28	173,21		396,35
27,27, 28,28,	,	173,27		397,33
29,29	300,17	184,17		405,14
31,31	58,37	184,23		
	68,5	185,36	Ausonius	
	102,36	198,32	<i>idyll.</i>	
33,33	102,36	202,30	14,43 et 50	349,1
35,35	108,16	208,10		
40,41	103,9	209,20	Averroes (a. inc.)	
42,43	348,37	215,36	<i>l. inc.</i>	
47,47	222,16	219,22		199,32
51,52	289,27	226,6		316,28
	83,37	227,13		
54,55	301,26	228,2	Avicebron	
	349,30	246,40	<i>fons vitae</i>	
55,56	301,26	249,7	1,2	156,13
	346,40	253,17	3,16	90,41
<i>l. inc.</i>		253,25	5,32	315,19
	24,16	270,2		
	39,39	271,30	Avicenna	
	40,8	274,31	<i>l. inc.</i>	
	42,1	282,10		211,15
	46,12	282,29		263,17

Basilii Magni		42,3,8	346,25		72,22
<i>hex.</i>		42,7,25	29,26	<i>serm. convers. s. Pauli</i>	
1,7	185,39	100	225,5		88,2
2,3	87,17	105	360,10	<i>serm. de convers.</i>	
2,4	302,25	113	102,14	8,16	366,9
2,7	132,37		103,16	<i>serm. in cant.</i>	
<i>l. inc.</i>		114,3	398,26	2,1	38,17
	132,29	126,7	291,27	2,6	98,13
	278,29		319,34	3,4	51,13
		127,1	224,10	7,7	258,36
Beda Venerabilis		143,3	109,6		340,27
<i>in Lc.</i>			109,14	10,2	98,36
1,1	123,21	174,7	242,39		99,3
	123,29	207	208,19	10,3	98,35
2,24	96,36	<i>grad. humil.</i>			99,2
<i>in Mt.</i>		3,6	374,21	11,1	117,6
18,3	60,10	<i>hom. super Missus est</i>		11,7	375,13
<i>in I Petri</i>		1,5	102,17	13,1	401,22
	103,18	2,2	300,26	13,3	290,31
<i>nat. rer.</i>		2,4	390,11	13,5	287,26
5 et 7	313,2	2,17	241,3	13,7	139,38
<i>l. inc.</i>		3,1	256,30		186,6
	24,37	3,3	240,6	15,6	45,18
	45,11		243,13		67,5
	64,19	3,9	296,4	16,4	187,19
	80,34		349,38	16,10	97,13
	81,1	<i>lib. arb.</i>			123,32
	82,23	1,2	87,35	17,5	122,18
	92,30	2,3	149,30	17,6	181,36
	109,8	14,46	263,33	18,2	336,26
	109,20	<i>serm. adv. Dom.</i>		18,4	227,31
	192,12	2,4	390,5	18,4 et 6	53,22
	259,3		393,14		157,20
	261,21	<i>serm. annunt.</i>		19,7	218,32
	266,26	3,8	249,2	20,2	276,22
	300,6	<i>serm. asc. Dom.</i>			289,16
	300,23	1,3	359,21		332,38
	326,9	<i>serm. ass.</i>			358,18
Bernhardus Claraevallensis		1,1	210,6	21,2	77,28
<i>Vide et Pseudo-Bernhardum</i>			389,19	21,7	409,7
<i>apol.</i>		1,2	208,28	22,7	146,33
4,8	286,39		390,22		388,11
10,24 et 25	406,28		390,39	23,12	402,22
<i>consid.</i>			391,39	23,15	40,41
2,4,7	219,5		212,29	23,16	50,38
2,9,18	186,3	1,3	209,15	24,6	383,36
	219,3	1,4	240,31	25,6	294,21
5,3,6	335,20		212,19	26,8	363,35
<i>epist.</i>		4,1	128,21	26,8 et 9	364,5
2,11	270,10			26,10	364,11
42,2,4	270,8	<i>serm. circumc. Dom.</i>		26,12	364,3
	270,24	1,1	65,20	26,13	367,39
				27,10	249,15

	312,24	7	209,3	2,14,15-18	174,36
28,2	376,4	<i>serm. in dom. palm.</i>		2,14,35-36	176,12
29,3-4	328,20	3,3	127,27	2,14,37-38	175,23
29,4	328,37		377,33	<i>l. inc.</i>	349,10
30,3	258,4	<i>serm. in fer. IV. hebdom. s.</i>			
30,11	294,11	6	365,37		
31,1	259,12	7	126,17	Boethius	
	259,35	<i>serm. in Ps. Qui habitat</i>		<i>cons.</i>	
31,5	256,10	12,8	258,1	1, prosa 3	264,27
	258,27	<i>serm. in quadr.</i>		1, prosa 4	147,18
32,8	389,15	2,3	59,8	1, prosa 5	260,16
33,2	28,16	6,3	328,7		402,10
33,6	76,32	<i>serm. nat. Dom.</i>		2, metr. 5	162,17
36,2	397,8	1,1	41,33	2, prosa 4	202,2
40,3	292,22	4,2	40,11	3, metr. 9	152,17
42,9	406,22	5,5	42,37	3, prosa 1	93,21
43,5	396,1	<i>serm. nat. loh. Bapt.</i>		3, prosa 2	78,35
47,3	379,12	9	408,27	3, prosa 6	239,3
47,4	123,19	<i>serm. omn. sanct.</i>			290,36
	379,27	2,1	277,17		291,2
47,8	402,33	<i>serm. pass. Dom.</i>		3, prosa 9	49,13
49,5	407,3	10	125,31	4, prosa 3	345,9
51,1	291,32	<i>serm. purif.</i>		4, prosa 4	341,7
55,2	407,23	3,2	97,17	4, prosa 6	141,20
56,5	363,21		97,21	5, prosa 6	356,16
58,10	233,38	<i>serm. s. Mich.</i>		<i>theol. tract.</i>	
59,1	167,15	1,2	258,13	3,49	48,21
59,2	168,39	<i>serm. vig. nat. Dom.</i>			400,7
	379,37	1,1	39,13	4,200-204	43,33
59,9	266,11		41,22	<i>l. inc.</i>	134,17
61,3	370,28	1,5	44,4		146,2
61,8	50,31	3,1	41,31		
64,4	161,17	3,2	38,29		
66,1	204,37	3,10	120,14	Breviarium ordinis Paulino-	
66,6	271,31	6,2	42,8	rum	
68,5	43,21	<i>l. inc.</i>		<i>Resp. post. II. lect. in Ma-</i>	
70,7	124,15		176,16	<i>tut. in festo S. Nicolai</i>	
79,1	89,2		191,2		29,9
83,4	407,8		197,18		
83,6	380,26		217,38	Caesarius Arelatensis	
<i>serm. in coena Dom.</i>			219,13	<i>l. inc.</i>	347,1
1	301,34		225,15		
<i>serm. in dom. oct. ass.</i>			240,18		
3	390,38		240,36	Canon (op. inc.)	
<i>serm. in dom. I. nov.</i>			248,15	<i>l. inc.</i>	357,3
2,2	211,28		258,19		397,37
<i>serm. in dom. I. oct. epiph.</i>			340,30		
1,2	391,21		380,6		
<i>serm. in dom. oct. ass.</i>			389,16	Cassiodorus	
2	243,21	Bernhardus Silvestris		<i>epiph. hist. eccl. tri</i>	
5	389,39	<i>mund. univ.</i>		7,8,3	235,38
		1,3	317,33	<i>hist.</i>	
				1,10	210,33

10,4	357,6	170,13	Cyprianus
<i>in psalm.</i>		216,11	<i>Vide et Pseudo-Cyprianum</i>
4,7	128,34	306,31	<i>epist.</i>
46,8	151,21		8 138,40
49,16	401,11		15 294,15
138,5	385,1	Claudianus	<i>hab. virg.</i>
l. inc.	248,19	8,282–283 333,39	3 299,5
	321,22	8,296–301 24,11	9 307,11
<i>ps. (op. inc.)</i>		8,299 224,6	22 308,9
	183,15	8,302 67,35	<i>l. inc.</i>
<i>comm. in Ps. (op. inc.)</i>		224,11	134,19
	194,29	8,305 59,29	335,5
<i>l. inc.</i>		18,181–184 170,9	
	109,9	170,25	
	325,32	20,211–214 223,6	Dares Phrygius
			<i>l. inc.</i>
Cicero			325,13
<i>Cato</i>		Clemens <i>vide</i> Rufinum	
29	204,40		
42	88,38	Constantinus Africanus	Dionysius <i>vide</i> Pseudo-
71	348,27	<i>l. inc.</i>	Dionysium
<i>Flacc.</i>		31,18	
76	215,14	239,29	Dioscurides
<i>Lael.</i>		239,39	<i>l. inc.</i>
22	168,23	240,23	92,8
24	168,19		209,37
32	54,30		348,33
54	169,9	Corpus Iuris Canonici	
61	168,35	<i>Decretum Gratiani</i>	Ecclesiastica historia (op.
67	168,34	p.1. d. 37. c. 8. 2 121,15	inc.)
69	169,2	p.1. d. 59. c.4 197,6	227,36–37
71–72	169,9	p.1. d. 61. c. 3 201,27	
74	169,8	p.1. d. 61. c. 4 197,9	
87 et 19	168,27	p.1. d. 81. c. 6. 272,25	Epiphanius Hierosolymi-
91	168,11	405,10	tanus (<i>rectius</i> : monachus
<i>leg.</i>		<i>Decretales Gregorii IX.</i>	Constantinopolitanus)
1,86	158,22	l. 3. t. 1, c. 15 82,13	<i>serm. de vita BMV</i>
	396,35	l. 3. t. 1. c. 14 270,15	5 394,7
		l. 3. t. 1. c. 15 270,5	6 393,27
<i>off.</i>		270,21	
1,18	158,14	<i>l. inc.</i>	Euagrius
1,25	170,24	82,26	<i>Legenda s. Antonii</i>
1,35	81,29	158,18	<i>l. inc.</i>
2,61	55,6	269,26	78,5
3,23 et 24	109,22	269,40	78,14
3,26	219,14	352,6	
<i>parad.</i>		403,36	Eucherius Lugdunensis
18	368,12		<i>Passio s. Mauricii et The-</i>
<i>Tusc.</i>			<i>baeorum martyrum</i> (AASS
2,12	201,7	Costa ben Luca	<i>sept. XXII.</i>)
3,59	238,1	<i>l. inc.</i>	p.342. 252,21
<i>l. inc.</i>		29,15	
	65,26		Euclides
	143,3	Curtius <i>vide</i> Gesta Alexan-	<i>Elem.</i>
		dri Magni	7 def. 6–8 141,26

Fulbertus Carnotensis	27,8	89,5
<i>serm. nat. BMV</i>	30,2	89,37
4	30,21	93,19
	32,5	94,1
Fulgentius Ruspensis	32,8	94,18
<i>epist.</i>	32,24	98,17
14,30	37,22	99,14
384,39	38,11	102,32
<i>fid.</i>	38,21	105,30
10	39,5	106,16
	40,2	107,13
Gaufridus abbas Claraeval-	40,26	107,21
lensis	43,21	107,26
<i>decl.</i>	43,30	108,22
17,20	43,36	108,26
	44,9	108,38
Gaufridus de Vino Salvo	50,31	109,5
<i>poetr. nova</i>	52,11	109,8
54	53,29	110,6
301-302	54,35	113,8
321-323	55,27	113,21
	55,35	114,29
353-355	56,29	117,15
375	59,18	122,8
409-410	60,16	127,9
430	60,18	128,20
437-440	60,20	128,27
496-497	60,22	128,30
498-501	62,35	128,31
966-968	67,18	129,26
1078-1081	67,31	133,33
1173-1174	68,11	134,24
1387-1390	68,20	135,2
1403-1406	69,7	135,5
1449-1450	71,12	135,11
1449-1451	71,17	135,12
1474-1475	72,24	135,25
1510-1512	73,24	135,33
	74,13	137,24
Gesta Alexandri Magni (op.	77,21	138,1
inc., Curtius ?)	77,32	139,14
<i>l. inc.</i>	78,27	139,31
248,1	78,29	140,16
	78,41	141,14
Gesta Romanorum	80,31	143,10
<i>l. inc.</i>	81,28	143,23
179,16	82,7	143,25
215,7	84,33	143,29
339,22	85,26	144,30
	86,18	145,11
Glossa (op. inc. ?)	88,26	145,15
25,10	88,27	148,6
25,19	88,30	148,33
26,24		

148,34	217,20	275,36
150,29	217,25	276,29
151,1	217,32	277,24
151,5	218,24	277,34
151,24	218,25	279,12
151,34	218,29	281,32
152,28	218,32	284,9
152,29	219,12	285,3
153,5	219,21	286,21
156,37	220,2	288,27
159,6	221,24	290,25
161,16	222,6	294,9
162,8	229,40	298,14
162,35	230,14	300,34
165,3	236,26	303,24
167,21	237,11	303,26
167,35	238,9	303,33
171,1	241,29	310,24
174,10	245,26	311,12
176,22	246,18	311,14
176,35	247,12	311,15
177,2	247,22	312,38
179,10	249,31	314,1
179,20	250,39	314,9
180,2	251,8	314,32
180,3	251,10	315,8
181,34	251,14	315,27
182,25	251,17	316,13
182,36	251,20	321,15
183,32	251,21	331,30
189,30	251,32	331,35
190,38	252,7	332,1
191,5	252,12	332,23
192,11	254,11	332,24
192,12	255,12	332,27
192,31	255,16	333,25
192,36	255,18	336,25
193,1	257,24	339,7
193,4	258,24	340,19
193,22	260,15	341,3
197,21	261,16	344,28
197,29	262,11	345,16
199,9	266,2	348,16
204,6	266,21	348,18
205,16	267,17	349,12
205,18	268,22	350,18
208,35	268,28	350,27
211,28	271,1	351,11
215,18	273,19	351,12
215,32	274,28	351,13
215,36	275,10	351,18
217,11	275,26	351,22
217,19	275,31	351,28

353,13	Gregorius Magnus	40,10	225,40
353,18	<i>dial.</i>	<i>in Ezech.</i>	
353,25	1. prooem.	111,20	269,42
353,29		112,17	405,21
356,32	2. prol.	114,21	276,5
357,34		116,10	263,16
359,8		116,13	335,7
359,10		117,18	405,19
364,16	2,1	115,38	225,21
369,20	2,3	116,31	
370,26	2,28	116,36	<i>moral.</i>
370,27		116,37	<i>praef.</i> 1,1
371,18	2,36	116,14	2,3,3
371,29	2,37	116,26	4,24,45
371,36		117,20	5,46,86
372,7	<i>epist.</i>		6,35,54
372,14	1,13	402,39	6,37,59
373,28	2,51	179,10	7,36,56
374,33		344,24	8,52,88
375,3	6,56	224,7	9,57,87
375,22	7,29	361,11	13,27,31
377,14	8,33	398,33	16,42,17
377,20	10 (l. inc.)	241,9	17,13,19
378,9	11,30	331,9	17,22,32
378,31	11,67	239,27	18,11,18
381,11	l. inc.	402,28	18,26,39
381,31	<i>in evang.</i>		18,26,42
384,34	11,1	78,34	202,10
385,8		343,15	202,23
386,3	12,2	340,42	18,26
386,30	12,5	342,16	20,1
387,9	13,1	200,19	20,5,14
387,17		266,20	21,2,4
387,43		285,34	22,7,14
388,19	17,1	24,5	23,1,2
388,25	25,7	387,38	25,24,48
388,28	26,7	35,31	31,7,10
388,30	26,12	366,25	33,16,32
393,12	29,1	35,31	33,21,40
393,20	29,11	45,21	34,7
395,20	30,1	286,20	34,15,26
395,26	30,2	289,28	
395,27	30,5	113,19	34,23,48
396,9	30,7	311,32	34,23,52
396,26	33,1	188,5	35,8,15
399,20	33,2	187,31	<i>moral. epist. miss.</i>
401,5	33,4	187,35	4
403,7	34,8	255,29	<i>past.</i>
403,17	34,10	261,11	1,10
405,16	34,11	260,4	2,1
406,12	34,13	257,21	2,4
406,13	35,1	386,10	2,7
408,19	40,8	349,24	2,11
			3,10

3,17	108,24	33	171,16	125,17	269,26
3,21	173,1	50	169,22		340,36
	288,3	70	201,5	125,7 et 11	114,23
3,23	229,33	<i>l. inc.</i>		129,2	247,5
<i>l. inc.</i>			161,34	130,3	290,35
	36,10		169,25	148,21	301,20
	38,23			<i>l. inc.</i>	308,5
	83,29	Hermes Trismegistus <i>vide</i>		<i>in ler.</i>	
	110,2	Asclepium		1,4	172,32
	111,35			4,20	180,3
	225,23	Hieronymus		<i>in Is.</i>	
	227,20	<i>Vide et Pseudo-Hieronymum</i>		3,3	137,26
	255,6	<i>adv. Iovin.</i>		5,20	137,23
	258,17	1,41	343,38	46,1–3	395,5
	259,7	<i>epist.</i>		53,5–7	368,28
	269,36	1,1	50,11	<i>in Matth.</i>	
	277,26	13,16	343,33	3,19	25,3
	280,26	18,19	255,26	9,9	251,22
	286,37	21,14	109,11	18,10–11	260,19
	310,11	22,8	299,20	24,36	342,21
	335,34	22,12	154,1	<i>praef. in lib. Iudith</i>	
	336,15	22,20	301,2		294,1
	352,31	22,21	92,19	<i>vita Hilar.</i>	
	359,35	22,23	343,17	<i>prol.</i>	290,16
	360,35	22,39	374,38	<i>vita Malchi</i>	
	378,2	25,8	334,17	3	102,4
	401,14	32,32	82,10	6	294,7
		39,3	364,2	<i>l. inc.</i>	
Gregorius Nazianzenus		48,6	340,11		82,32
<i>l. inc.</i>		52,11	270,15		88,35
	219,7		344,2		102,20
			398,7		151,20
Guericus Ignacensis			409,10		165,26
<i>serm. ass.</i>		52,15	113,24		175,15
1,5	392,18	53,3	397,3		176,4
		53,4	235,25		208,17
Guigo I Carthusiensis		53,10	35,4		226,5
<i>epist. ad frat.</i>			407,13		234,39
1,10,31	335,39		409,5		239,5
		54,6	162,5		248,10
Guilelmus de Conchis		54,13	55,6		251,35
<i>Moralium dogma</i>			176,2		264,2
<i>praef.</i>	341,5	58,2	345,28		272,5
5	234,16	60,1	43,12		272,32
12	169,24	69,9	403,18		273,12
	169,29		404,23		301,1
13	169,30	75,1	366,22		301,4
	171,2		367,33		301,15
14	171,12	76,1	59,19		301,22
16	169,31	79,9	102,5		303,24
	170,1	117,3	213,6		335,24
17	170,21	118,6	46,20		340,22
31	368,1	125,14	227,20		347,26

	371,12	26,199	305,28	247,6
	377,36	<i>De s. Margareta</i>		251,24
	378,16	28,19	181,18	251,26
	390,28		182,12	264,21
	395,28	<i>De s. Stephano</i>		
	399,33	28,195	218,3	Hugo a Sancto Victore
			223,29	<i>l. inc.</i>
Hilarius			224,2	53,32
<i>trin.</i>			224,3	71,34
3,15	149,2	<i>In translatione s. Domini-</i>		101,18
5,37	44,33	<i>ci</i>		189,24
10,33	148,16	25,242	154,32	276,13
<i>l. inc.</i>		25,243	155,26	
	176,8			Hymnus (AH)
	278,24	Horatius		<i>Vide et Paulus Diaconum,</i>
		<i>ars</i>		Venantium Fortunatum
Hildebertus Turonensis		102–103	194,23	<i>De s. Augustino</i>
<i>epist.</i>		158–160	60,11	52,110
1	143,3	<i>epist.</i>		229,12
	216,11	1,1,39–40	230,21	231,20
		1,1,46	34,5	232,18
		1,3,18–20	298,18	<i>De s. Maria Magdalena</i>
Historia Thebana (op. inc.)		1,4,6	142,31	52,251
<i>l. inc.</i>		1,4,13	339,23	52,252
	327,31	1,7,20	171,11	185,2
		1,9,3	339,25	185,4
Historia Rhythmica (AH)		1,10,43	62,25	185,7
<i>De s. Dominico</i>		1,16,44–45	216,18	<i>In dedicatione ecclesiae</i>
25,239	153,31	1,18,15–16	322,17	51,110
	197,16	1,18,19	322,17	253,33
	197,39	1,20,3–4	154,12	Innocentius IV.
	199,22	2,1,3–4	361,6	<i>l. inc.</i>
	199,24	2,1,13–14	264,36	136,39
25,240	159,9	2,3,104–105	142,35	292,38
25,241	154,30	2,3,335–337	361,3	Innocentius (a. inc.)
	159,10	<i>epod.</i>		<i>l. inc.</i>
<i>De s. Elisabeth</i>		12,1	188,25	405,29
25,253	290,26	<i>sat.</i>		405,35
25,254	291,7	1,1,66–67	173,37	Ioannes Chrysostomus
	291,24	1,3,100–101	310,16	<i>compunct.</i>
	293,5	1,3,115–119	170,15	1,10
	293,16	1,4,89	151,30	2
	295,34	1,5,80	317,41	<i>hom. in Ioh.</i>
	295,36	1,6,56	65,36	3,6
25,255	291,8	1,6,56–57	29,37	319,31
	291,29	2,3,90	232,30	11,1
	292,14	2,3,100–102	215,26	31,3
	292,34	2,4,81–86	399,1	23,24
	295,26			46,35
	295,37			292,1
<i>De s. Katharina</i>		Hrabanus Maurus		<i>hom. in Matth.</i>
26,197	307,7	<i>l. inc.</i>		76,5
	308,33		73,27	146,10
			245,29	<i>l. inc.</i>
				52,10
				67,22

	67,33		165,5	16,18,2	209,33
	77,24		173,26		209,41
	101,35		244,9	16,19,3	209,26
	128,15		265,38	17,7,1	277,35
	142,2		278,40	17,9	143,30
	189,27		288,9	17,9,18	301,13
	213,20			20,10,7	289,30
	217,40	Iordanus		<i>sent.</i>	
	256,18	<i>Vita s. Dominici (AASS</i>		1,3,1	384,38
	256,20	<i>Aug. IV.)</i>		1,10,2	256,39
	260,21	p.546	157,14	2,5,3	232,24
	299,29			2,39,5	294,27
	300,4	Isaac Israeli		2,39,25	294,16
	305,30	<i>l. inc.</i>		2,40,5	398,2
	309,5		71,36	2,40,9	340,13
	349,15			2,42,7	102,25
	353,31	Isidorus Hispalensis		3,7,27	349,34
	365,4	<i>in lev.</i>		3,29,6	220,38
		1,1	205,30	3,45,2	403,5
		<i>orig.</i>		3,46,1	269,37
Ioannes Damascenus		2,3,1	318,29	<i>l. inc.</i>	
<i>fid. orth.</i>		2,17,2	148,9		117,2
1,3	175,7	2,20,1	148,9		188,23
1,13	313,14	3,71,3	288,29		217,13
2,3	258,32	4,9,3	273,14		320,31
	261,7	5,20,1	218,12		335,3
	261,17	6,8,12	113,38		346,18
	261,27	7,5,24	196,25		359,19
	280,35	9,1,66	120,11		403,24
2,6	316,20	9,3,5	291,5		406,21
	317,31	9,4,2	28,15		
2,7	70,10	10,1,2	278,29	Iustinianus	
	87,28	11,1,36	175,37	<i>Digesta</i>	
	105,31	11,1,37	183,17	<i>l. inc.</i>	170,25
	128,2	11,1,41	187,24	<i>Authenticorum liber (op.</i>	
	392,36	11,2,18	186,11	<i>inc., a. inc.)</i>	253,5
2,15	306,28		188,17		
3,26	276,5	11,2,24	188,13		
4,15	167,1	11,2,32	348,25	Iuvenalis	
<i>l. inc.</i>		12,2,4	131,16	2,9-10	405,27
	37,32	12,2,5	131,6	3,100-107	224,16
	71,29	12,2,6	130,34	3,171-172	216,22
	74,1	12,7,1	132,10	6,287	154,3
	77,3	12,7,22	288,32	10,243-245	367,24
	77,37	12,7,35	215,13	10,297-298	298,7
	90,2	13,4,1	152,23	11,11	215,20
105,29		13,21,1	240,14	11,63	85,25
122,20		13,21,28	240,14	14,47	42,32
127,34		14,1,3	115,22	14,59-62	399,3
127,37		16,2,3	200,10	14,64-65	399,3
132,34		16,2,6	200,7	14,298-300	362,30
148,27			200,17	15,1-3	267,28
158,27		16,4,4	187,10	15,7-10	267,28
160,14					

15,53–54	338,15	21,3	219,17		304,33
l. inc.	250,28	22,3	147,1		307,8
			148,30	70	84,35
Lactantius		<i>l. inc.</i>		<i>serm. app.</i>	
l. inc.			264,8	9	389,24
	68,15				389,32
		Lucanus		16	84,36
Legenda s. Antonii vide		1,1	379,22	<i>l. inc.</i>	
Euagrium		1,16	303,9		392,1
		1,92–93	191,32		
Legenda s. Augustini		1,95	191,35	Missa nativitatis b. Mariae	
l. inc.		1,165–166	34,5	Virginis	
	229,14	2,151	327,12	<i>graduale</i>	
		2,267	317,12		392,34
Legenda s. Bartholomaei		2,657	162,5		393,31
l. inc.		4,447	133,22		
	226,37	4,514–515	179,31	Missa s. Stephani regis	
		4,704	182,38	<i>postcommunio</i>	
Legenda s. Bernardi		5,260	352,6		223,28
l. inc.		6,617	338,16		
	224,35	7,818–819	115,18	Moralium dogma vide Gui-	
		8,395–396	179,30	lelmum de Conchis	
Legenda s. Dominici		9,380–381	339,26		
l. inc.		9,394–397	338,7	Moretum	
	159,8	9,402–403	338,7	9	289,25
		9,403–404	181,26	10	289,6
Legenda minor s. Gerhardi				12	289,9
(SRH 2)		Macrobius		14	289,27
p.471	222,6	<i>sat.</i>			
		7,5	131,26	Origenes	
Legenda s. Ladislai regis		<i>somn.</i>		l. inc.	
(SRH 2)		1,20,3–4	211,26		135,7
p.517,10	169,18	<i>l. inc.</i>			166,33
p.518,25–27	173,6		105,34		196,3
p.519,4–6	172,33				221,35
p.519,8–10	172,33	Martinus Bracarenis			263,29
p.519,13	172,33	<i>form. vit.</i>			317,17
p.519,14–19	172,26	2,3–4	235,3		345,5
p.520,5–14	173,14				
p.526,7–19	172,18	Martianus Capella		Ovidius	
		1,17	348,21	<i>ars</i>	
Legenda maior s. Stephani				1,239	408,31
regis		Maximus Taurinensis		2,107	333,38
(SRH 2)		<i>hom.</i>		<i>epist.</i>	
p.388,9–15	222,38	72	88,18	4,75	82,21
			175,17	5,7	367,10
Leo Magnus		74	85,2	9,23–24	161,29
Vide et Pseudo-Leonem Ma-			86,12	17,98	58,33
gnum		76	84,26	<i>met.</i>	
<i>serm.</i>			84,37	1,145 et 149	332,21
21,1	45,29		85,5	1,149–150	233,30
	124,20	<i>serm.</i>		1,682–683	165,12
	386,25	56	101,33	2,1 et 5	158,33

2,5	394,11	Passio s. Mauritiū vide Eu-	33,31,3	93,1
2,64	303,5	cherium Lugdunensem	<i>l. inc.</i>	
2,114-115	164,38			138,27
2,159-160	211,22	Paulus Diaconus		
2,182	155,8	<i>Hymnus s. Ioannis Bapti-</i>	Priscianus	
2,192	155,6	<i>stae (AH)</i>	<i>l. inc.</i>	
	155,7	50,120		199,24
2,809-810	32,38			345,4
2,846-847	326,36	50,121		385,33
3,50	303,16			
3,135-137	157,34			
3,584-586	25,5	Persius		
3,588	25,5	1,80-81	322,15	Prosper vide Pseudo-Prosperum
3,590-591	25,5			
4,399-401	165,34	Petrus Lombardus		
4,663-664	164,31	<i>sent.</i>	Prudentius	
5,581-584	123,33	1,2	<i>psych.</i>	
6,3	296,18	2,28	174-177	235,8
6,349	240,10	2,30	177	235,7
6,349-351	318,1	3,12	289-290	192,14
6,351	240,10	3,18		
6,696	288,26			
7,207-209	234,3			
7,207-208	234,6	3,20	Pseudo-Alexandri	
13,140-141	291,1	4,4	<i>c. Dind. coll.</i>	
14,632-633	279,10	4,20		298,28
<i>Pont.</i>				
2,3,35-36	109,13	4,24		
2,7,83	172,11		Pseudo-Ambrosius (a. inc.)	
2,9,47-48	158,25	4,45	<i>Vita s. Agnetis (AASS Ian.</i>	
3,2,11-12	250,36	4,46	<i>XXI.)</i>	
4,2,35-36	124,25	<i>l. inc.</i>	p.350	81,18
	200,31			83,23
4,4,1-2	255,9			83,31
4,4,5-6	255,9	Plato		84,10
<i>rem.</i>		<i>Tim.</i>	p.351	45,28
23	42,22	24	p.352	81,14
93-94	59,6		p.353	83,34
136-137	103,5	28		84,2
143	103,5	44		
149	102,9	45	<i>op. inc., l. inc.</i>	84,35
205-206	102,9			86,14
745	154,3	<i>l. inc.</i>		
749	154,3			
			Pseudo-Aristoteles	
Papias		Plautus	<i>Liber de causis</i>	
<i>l. inc.</i>		<i>frg. inc.</i>	17,145	149,22
	60,3	56	<i>l. inc.</i>	
	60,8			274,3
	61,23	Plinius Maior		289,17
	138,12	<i>nat.</i>		290,3
	246,26	11,54,4	175,39	317,34

Pseudo-Augustinus		176,27	Pseudo-Prosper	
<i>poen.</i>		177,14	<i>Pomer.</i>	
8,22	116,4	261,30	3,13	56,14
<i>haer.</i>		257,27		
5,7	213,8	189,15	Pseudo-Seneca <i>vide</i> Marti-	
<i>hypomn.</i>			num Bracarensem	
3,9,17	116,8	<i>div. nom.</i>		
<i>serm.</i>		1,8		
97	256,5	4,4	Ptolemaeus	
194,1	391,33	4,10	<i>Almagest</i>	
<i>spir. et an.</i>		4,13	1. inc.	108,38
9	191,24	4,15		
49	365,19	4,33	Remigius Autissiodorensis	
<i>vit. Christ.</i>		6,1	1. inc.	
15	292,25	7,1		102,3
<i>a. inc.</i>		<i>eccl. hier.</i>		154,5
	84,36	2,3,3		225,34
	237,21	<i>epist.</i>		233,32
		8,2		241,11
Pseudo-Bernhardus				241,15
<i>cont. mund.</i>				282,8
12,13	269,30	9,2		356,8
17,10	270,17	10		
<i>hum. cond.</i>		1. inc.		
4,11	261,28			
<i>serm. de vita et pass.</i>			Rhetorica ad Herennium	
<i>Dom.</i>			3,9,16	345,7
1	246,3		4,36,48	105,5
5	246,19		4,42,54	408,32
11	237,16			
19	47,1		Rufinus	
	123,4		<i>Clement.</i>	
20	46,29		1,27	232,19
Pseudo-Cyprianus		Pseudo-Hieronymus		
<i>abus.</i>		<i>epist.</i>		
5	299,26	9,5		
8	225,7			
Pseudo-Dionysius	Areopa-			
<i>gita</i>			Sallustius	
<i>coel. hier.</i>			<i>Caecil.</i>	
1,2	265,5		1,2	101,13
3,2	122,31		1,6	234,18
	257,3		51,37-38	216,4
4,2	257,8		<i>Iug.</i>	
4,3	258,31		64,1	214,30
4,4	164,1		85,34-35	194,23
	275,33			
9,3	91,22		Sedulius	
15,2	36,38		<i>carm. pasch.</i>	
	93,12		1,30-35	189,19
	93,17		1,53-55	279,5
			1,84	60,34
			1,351-360	129,32
			2,44-47	393,32
			2,66-67	395,13
			2,104-106	59,15
			2,258-259	249,34
			3,326-328	58,35
			3,328-329	60,13
			4,145-147	187,27
		Pseudo-Leo Magnus (a. inc.)		
		<i>op. inc.</i>		
				88,18

5,136-137	106,19		223,34		732	154,5
5,245-246	126,18	<i>In nativitate Domini</i>			<i>Andr.</i>	
5,360-361	243,24	54,5	38,25		68	53,3
<i>el.</i>					306-307	282,27
5	412,9	Simonides				
		<i>l. inc.</i>				
Seneca			179,36		Theodorus	
<i>Vide et Martinum Bracaren-</i>					<i>l. inc.</i>	
<i>sem</i>		Solinus				359,25
<i>benef.</i>		1,96	337,26			
2,5,1	387,31	1,97	337,23		Thomas de Lentino OP	
2,1,1	170,35	1,98	337,28		<i>Vita Petri Veronensis</i>	
2,1,4	170,35	1,108-109	336,6		<i>martyris (AASS Apr.</i>	
2,5,2	170,35	25,2	40,33		<i>XXIX.)</i>	
<i>epist.</i>		27,15-16	130,34		p.701	133,12
5,1	158,24	27,18-19	130,30		p.701.	133,30
6,4	260,27	40,23	224,13		p.701	135,28
7,5	400,38	52,20	337,19			138,3
9,4	333,38	54,14	215,27			
11,6	381,15				Venantius Fortunatus	
16,3	230,22	Statius			<i>carm.</i>	
23,13	365,25	<i>Theb.</i>			2,1,1-2	386,5
24,14	405,27	1,129-130	191,33		<i>Hymnus in honore s. Cru-</i>	
41,2	320,9	4,809-810	240,9		<i>cis (AH)</i>	
49,6 et 5	265,30	5,85-86	303,7		50,71	42,28
51,4	182,31	5,289-291	164,18			46,34
83,12	286,10	5,296	153,1		<i>Hymnus de cruce Domini</i>	
<i>nat.</i>		5,298-299	153,1		<i>(AH)</i>	
1,4,1 et 4	369,30	6,241	164,16		50,75	386,5
1,6,3	128,38	6,295	252,32			
5,18,8	327,20	6,569-570	337,17		Vergilius	
<i>l. inc.</i>		6,576	272,28		<i>Aen.</i>	
	171,12	6,580-581	163,31		1,174	288,28
	183,1	6,640	337,27		2,249-250	303,29
	242,29	6,680-681	337,33		2,692-693	288,30
	322,21	7,554	171,17		2,719-720	239,40
		8,415	337,34		3,44	27,24
Sequentia (AH)		8,416-417	338,1		3,493-494	180,3
<i>De b. Maria Virgine</i>		11,27-31	131,9		6,126-128	237,33
54,346	389,31	11,574-575	191,37		6,204	209,42
54,419	240,12	12,267-269	288,34		6,486	210,11
<i>De s. Augustino</i>		12,523-525	314,33			
55,92	231,27	<i>l. inc.</i>			<i>ecl.</i>	
	231,41		380,39		1,80-81	213,2
<i>De s. Cruce</i>					2,65	156,6
54,188	353,14	Symbolum Athanasianum			2,66	303,18
<i>De s. Dominico</i>		44,30			4,7 et 17	45,9
55,133	154,28	44,33			4,23	60,6
<i>De s. Nicolao</i>		44,36			6,86	164,14
40,258	31,21				9,64	117,1
<i>De s. Stephano rege</i>		Terentius			<i>georg.</i>	
55,346	215,2	<i>Eun.</i>			1,233	317,5
	222,26	105	113,37		1,242-243	242,24

4,155-156	132,2	28898	230,35	184,32
<i>moret. vide</i> Moretum		28900	230,35	190,35
		29670	102,3	202,14
Vita s. Agnetis <i>vide</i> Pseudo-		29898	102,2	203,31
Ambrosium		29947	97,17	205,37
		32268	164,13	210,10
Vita s. Dominici <i>vide</i> Iordan-		33165	27,30	211,39
num		33309	154,6	212,36
				215,22
Vita s. Francisci		auctores locique incerti		215,35
<i>l. inc.</i>			26,5	218,20
	214,27		30,11	220,33
			34,10	227,38
Vita s. Gregorii Magni			35,7	236,12
	111,28		42,17	237,27
			49,37	238,10
Vita Petri Veronensis marty-			50,22	241,22
ris <i>vide</i> Tornam de Lentino			52,8	243,38
			53,9	248,11
Vita s. Sebastiani			53,10	254,31
<i>l. inc.</i>			54,32	258,35
	80,29		55,38	267,38
			68,17	275,3
Vita s. Silvestri			79,1	277,25
<i>l. inc.</i>			84,23	282,26
	63,4		86,10	288,5
			104,41	288,20
loci ex collectione Walthe-			124,23	293,35
riana cogniti			138,6 (de Socrate)	297,32
1533	350,33		143,1	299,33
3124a	408,29		143,19	301,10
3839	237,14		143,41	309,1
4360	356,10		144,7	309,20
4832	170,33		144,26	310,15
5313	224,9		144,36	319,36
6252	237,29		145,31	322,16
6943	24,27		148,37	323,3
10364	159,32		154,22	325,12
11059	161,36		160,33	338,6
11535	238,11		160,35	338,31
11566	234,21		160,37	341,6
12753	238,14		160,38	344,30
13310	238,14		162,1	344,38
13370b	41,1		163,10	344,40
16317a	43,23		164,30	345,2
16974	193,6		164,34	350,21
17756	98,3		164,36	357,9
18141a	151,23		165,20	363,32
19966	255,8		171,27	367,32
20154	179,23		173,30	368,7
21022	225,38		175,10	371,3
21238	215,21		179,11	383,32
28575	192,26		183,9	392,12

	413,1	serm. 58.	318,35	serm. 123.	277,14
	413,23	serm. 67.	146,30	serm. 132.	309,20
		serm. 69.	280,6	serm. 136.	294,34
loci sermones huius volumi-		serm. 74.	162,19	serm. 166.	352,11
nis indicantes		serm. 86.	399,22	serm. 187.	244,37
serm. 21.	404,24	serm. 98.	239,20	serm. 199.	127,15
serm. 37.	396,23	serm. 103.	223,10		
serm. 53.	123,24	serm. 116.	248,28		

INDEX LOCORUM S. SCRIPTURAE

VETUS TESTAMENTUM

Genesis

1,2	272,18	13,11	94,11	37,21	328,33
1,10	302,24	14,14	61,19	37,22	398,28
1,11	178,26	14,21	323,12	37,31	380,10
1,14	184,20	15,12	126,14	38,14	192,34
1,16	53,28	17,19	66,21	38,27	144,3
	175,28	18,2	74,11	39,12	226,15
	291,11	19,15	196,18	40,9-10	136,38
1,16-17	396,14	19,17	26,26	40,11	137,5
1,17	242,27	19,23	89,15		137,8
	316,38	19,29	330,14	41,14	376,12
1,28	316,33	20,17	147,15	41,48	204,17
1,31	251,13	22,6	281,36	42,25	402,12
2,2	162,12	22,12	251,14	43,30	410,23
2,7	56,3	22,13	276,3	43,34	408,23
	184,22	24,15	242,19	44,2	178,12
2,9	144,18	24,15-16	182,10	45,13	273,1
2,10	130,2	24,62	155,12	46,28	94,28
	238,30	24,64	228,16	47,9	365,31
	308,31	24,65	299,12	48,16	258,23
2,11	125,9		289,33	49,9	373,16
	202,27	25,8	343,15	49,12	380,35
2,12	125,18	26	360,7	49,18	38,16
3,5	122,27	27	24,23	49,22	155,16
3,7	81,34	27,3-4	135,16		346,14
3,15	119,34	27,9	203,27	49,25	69,14
3,16	119,18	27,15	81,11	49,26	39,2
3,19	27,21	27,27	155,30	49,29	355,23
3,24	305,34	27,40	108,2	50,11	368,11
4,4-5	203,12	27,44	155,9	<i>Exodus</i>	
4,11	90,31	28,11	213,23	1,9	28,5
6,9	63,34	28,12	353,15	1,12	139,5
7,2	23,12	28,16	356,36		322,30
7,10	74,30	28,17	355,27	2,1	41,13
8,4	364,33	30,37	309,34	2,6	42,27
8,9	364,38	31,8	376,20	2,19	310,36
	374,3	31,40	243,28	3,6	187,16
8,20	344,22	32,10	278,13	3,18	23,35
9,13	135,14	32,24	116,30	4,12	197,30
	137,30	32,30	338,17		263,27
9,15	370,6	33,13	278,14	4,13	38,12
11,4	350,32	34,21	29,16	4,17	242,9
12,1	406,10	35,2	27,28		309,36
12,1-2	114,12	35,19	398,30	4,22	220,7
12,9	302,7	37,3	91,14	4,25	381,41
13,8	24,21	37,10	375,36	4,31	40,32
		37,13	157,36	5,3	190,12
			137,13	5,13	140,10

10,21	267,18	30,1	300,36	8,17-19	222,34
10,23	152,41		344,8	10,2	194,27
11,2	216,2	30,3	344,8	10,3-10	194,32
11,4	43,25	31,3	304,13	10,29	161,7
12,3	288,19	32,1	362,21	11,17	204,20
12,23	328,29	32,6	192,34	12,3	110,30
12,48	43,3	33,14	164,9	12,13	147,16
13,2	96,29	34,4	26,33	13 (l. inc.)	304,15
13,9	63,16	35,5	77,23	14,21	149,32
13,13	96,12	36,2	262,29		204,4
13,15	96,20	37,1	124,38	16,5	110,26
14,2	97,33	37,17	125,2		255,1
14,8	220,41	40,34	49,33		400,18
14,13-14	310,13	l. inc.	120,20	16,18	74,4
14,21-22	303,2	<i>Leviticus</i>		16,26	114,35
15,10	49,29	1,5	357,25	16,30	205,1
15,14	237,19	2,13	200,19	17,8	243,9
15,17	100,35	6,12	289,13	17,10	146,30
15,25	358,20		358,15	18,15	47,24
15,27	268,27	8,3-4	106,36	18,28	171,9
16,3	192,33	8,33	94,20	18,32	171,9
17,12	110,2	9,11	146,27	19,2	248,31
	282,1	10,7	33,19	19,2-3	371,7
17,14	320,37	10,15	142,35	19,15	184,30
19,10	400,33	11,25	33,1	20,29	26,28
19,12	402,8	11,33	399,30	21,9	147,8
19,23	51,1	11,47	397,12		358,23
20,12	208,3	12,1	97,23	22,22	196,13
20,18	217,36	12,4	96,10	23,7	43,6
20,24	205,23	12,6	96,13	24,5-6	152,11
21,1	61,25		96,29		278,4
21,10	357,4	12,8	96,23	24,17	242,16
23,15	97,39	15,4	32,36	27,3	98,15
23,23	196,31	15,31	97,28	27,12	159,32
25,10-11	344,7	16,7-8	107,5	27,12-13	26,12
25,11	351,37	17,5	206,13	27,21	236,2
25,12	268,28	17,7	206,13	28,3	288,13
25,15	89,4	19,2	354,32	31,52	202,26
25,17-18	143,36	20,24	364,15	32,19	54,17
25,20	143,36	20,26	222,32	35 (l. inc.)	388,22
	307,34		400,7	<i>Deuteronomium</i>	
25,25	136,25	21,23	111,1	1,25	160,10
	344,9	23,3	110,5	1,35	161,6
25,30-31	229,22	23,8	205,8	4,24	176,29
25,31	159,17		287,24	4,30	54,20
25,37	274,22	26,3	290,6	4,36	89,34
25 (l. inc.)	308,39	<i>Numeri</i>		6,16	126,7
	356,25	4,5	346,17	7,13	221,38
27,1	146,26	4,6	300,12	8,7	137,19
28,30	355,18	4,6-9	228,11	8,9	137,19
28,41	400,29	4,27	407,3		241,32
29,7	272,24	7,12	185,23	10,16	65,30
29,33	400,28	7,13-14	118,26	11,10-11	26,38

	178,27		261,9	10 (l. inc.)	337,17
11,10-12	406,15	5,24	119,27	11,9	129,4
11,13-15	104,4	5,31	151,9	12,24	62,12
11,26	63,29	6,34	52,17	14,20	125,35
12,36	62,20	6,37	369,34	14,43	151,15
12 (l. inc.)	386,32	7,16	266,17	15,17	29,3
17,14-15	24,19	9,15	278,37	16,7	110,34
17,17	345,15	9,28	170,8	16,8	111,2
17,19	63,20	9,49	25,39	17,4	306,37
21,12	65,31	11,2	101,9	17,40	116,35
21,22	385,28	13,5	42,12	17,42	381,7
21,23	148,14		166,28	17,51	405,18
	248,5	13,20	159,35	19,4	114,5
	385,34		194,5	20,20	337,31
23,16	365,10		319,14	21,9	227,7
25,2	170,15	13,24	66,21	22,14	324,20
26,15	221,8	13	338,5	25,10	327,27
28,11	161,4	14	34,33	25,32-34	140,30
28,56	186,27		338,5	25,41	295,25
28,66	276,1	14,8	130,22	29,9	139,15
29,5	83,7	16,16	332,16	<i>II Regum</i>	
29,22-23	128,25	16,21	195,33	2,14-16	338,18
	383,12	16,25	174,1	2,18	337,23
31,26	320,39	18,9	159,31	3,39	46,39
31,30	339,28		161,4	6,1-3	155,1
32,2	306,11	<i>Ruth</i>		10,4	32,21
32,10	126,12	3,9	228,19	10,9	328,5
32,13	137,21	3,11	186,20	11,4	222,33
32,14	204,8	3,15	227,11	12,13	329,4
32,19	356,14	<i>I Regum</i>		12,23	366,7
33,2	321,32	1,6	119,16		367,31
33,14	128,2	1,24	97,26	12,29-30	180,12
33,23	301,34	2,3	320,28	13,18	82,16
33,25	138,36		401,24	14,14	365,28
33,28	27,35	2,9	133,26		383,25
<i>Iosue</i>		2,18	58,6	14,20	125,19
3,4	51,2	2,19	46,14		261,28
5,2	65,39	2,22	58,10	15,3	139,36
6,19	343,26	2,30	107,27	16,5	238,5
7,21	227,3	2,35	61,10	18,33	127,16
7,26	49,14	3,10	90,9	19,1	364,5
8,16	76,29	3,12	339,27	19,33	28,18
9,12	344,37	4,2	323,5		213,6
10,12	383,7	4,19	365,39	20,9	171,37
10,13	303,6	5,5	404,8	23,8	103,28
	382,31	7,3	62,19		269,19
	383,10	7,9	288,12	23,10	338,10
<i>Iudicum</i>		8,3	268,4	23,20	388,8
2,2	196,15		372,18	<i>III Regum</i>	
2,4-5	125,39	9,2	31,28	1,19	332,17
5,11	363,4		139,32	1,37	220,26
5,17	364,26	9,13	220,36	1,38-39	332,6
5,20	162,14	10,24	106,39	1,39	151,3

1,40	159,26	4,3	52,21	19,9	324,28
	373,18	4,5	392,6	21,3	220,15
2,19	209,11	4,7	405,1	23,11	63,19
2,36-37	232,8	4,8	389,28	23,21	214,7
3,2	221,3	4,19	237,14	24,7	112,33
3,7	385,4	4,38	154,35	24,13	112,36
3,10-15	157,16	4,39-41	154,25	24,20-21	51,34
4,30	394,13	5,5	82,5	30,22	139,27
5,11	151,13	5,10	147,12	31,20-21	139,25
5,17	393,35	5,14	75,30	<i>I Ezdras</i>	
6,4	394,3		94,21	3,11	160,22
6,7	253,37	5,17	203,39	6,5	202,25
	308,41	6,16	260,33	7,6	192,24
6,22	351,33	7,9	37,39	8,33-34	125,13
	393,37	8,12	195,26	10,11	401,4
6,27	304,6	9,30	346,25	<i>II Ezdras</i>	
7,19	143,8	10,3	201,26	2,18	160,29
7,22	299,3	13,18	90,38	5,10	170,4
7,26	301,11	20,19	139,38	7,2	104,35
8,7	304,34	<i>I Paralipomenon</i>		8,8	274,36
8,12	395,21	4,21	293,31	9,20	362,6
8,20	356,33	4,40	161,3	9,25	160,25
8,41	314,23		213,4	9,28	330,23
	355,33	16,29	36,8	<i>III Ezdras</i>	
8,42	357,1		298,30	3,10-12	140,17
8,63	393,22	17,9	279,17	4,26	62,29
9,3	354,21	22,5	44,16	4,30	326,33
9,11	304,14	22,9	45,13	4,34	211,20
10,2	91,38	22,14	215,4		382,23
10,18	202,39	24,22	214,4	4,38	55,8
10,21	352,38	25,7	269,20	6,2	66,20
10,24	95,2	28,4	243,39	<i>IV Ezdras</i>	
10,25	185,20	29,2	345,24	2,35	152,41
11,30-31	227,25	29,9	174,18	5,4-5	383,3
13,2	66,22	29,17	170,30	<i>Tobias</i>	
17,1	285,4	29,22	174,8	1,5	294,24
18,15	149,33		272,29	1,8	284,35
19,7	196,28	<i>II Paralipomenon</i>		1,15	236,21
19,8	116,29	2,5	245,4		352,19
19,11	353,3		245,8	1,22	254,29
21,27-29	30,26	2,7	245,4	2,18	33,26
22,19	370,41	3,10	305,36		150,3
22,20	335,18	3,13	304,31		162,9
22,30	204,36	3,17	299,24	3,22	255,14
<i>IV Regum</i>		6,10-11	245,13	4,9	68,23
1,10	289,12	6,33	355,38	5,2	51,3
2,11	315,13	6,41	161,5	5,5	82,35
2,14	227,17		173,34	5,5-6	284,29
2,20	147,27	7,10	174,6	5,12	75,10
	185,24	9,20	215,10	5,13	33,28
2,22	185,24	13,12	323,6	6,5	147,22
2,25	27,4	15,7	140,34	11,5	27,14
3,25	359,2		187,3	11,7	258,26

12,3	204,3	8,16	241,20	14,4-5	45,30
12,6	336,40	9,1	332,34	14,10	362,17
12,9	330,39	10,6	177,37	14,19	383,27
12,12	256,9	10,10	269,16	14,22	185,9
12,14	257,23	11,10	30,6		358,35
12,15	256,24	11,11	42,5	15,2	400,2
13,8	172,29	15,10	376,27	15,20	64,3
13,13	155,32	15,17	45,24	16,13	366,5
	157,33		306,35	16,16	49,35
	355,12	<i>Iob</i>			82,37
13,13-14	70,4	1,1	93,16	16,17	368,33
13,18	280,28	1,3	231,19	16,18	64,37
13,20	280,12	1,20	30,29		369,6
<i>Iudith</i>		1,21	44,2	16,19	374,11
4,13	339,16		154,17	17,9	162,15
5,14	364,31		362,24	18,6	265,23
5,24	107,32		367,36	18,18	267,20
6,9-10	28,29	2,6	255,5	19,9	326,31
7,17	246,29	2,8	192,20	19,21	207,35
8,5	349,36	2,10	186,23		281,11
8,8	95,33	3,15	400,1		369,1
	296,4	3,17	364,35		415,3
8,20	108,31	4,5	362,2	20,5	296,9
8,23	324,30	4,12	250,17		360,37
9,1	355,2	4,19	362,34	20,6-7	362,37
10,3	32,26	4,20	361,10	20,21	140,11
	83,5	5,7	182,37	20,27	90,29
10,4	295,14		366,1	21,6	384,1
10,14	307,1	5,15	225,27	21,24	204,9
10,17	298,8	5,18	147,10	22,26	46,27
11,19	347,5	5,27	229,39	23,10	126,21
12,7	355,8	7,1	325,9		181,20
13,6	339,17	7,11	218,29		202,14
13,20	100,26		329,37	23,17	267,15
13,23	123,25	7,17	156,15	25,3	157,27
14,6	28,40	9,8	312,22		260,4
15,10-11	292,16	9,26	366,27	26,7	127,3
15,11	119,25	9,30	120,16		181,31
16,24	28,19		234,31	26,8	319,21
<i>Esther</i>		10,20-21	237,25	26,13	311,32
1,5	245,34	10,22	27,25	27,5	32,13
1,6	278,20		362,1	27,6	318,14
1,7	68,24	11,8-9	157,1	27,19	361,30
	215,11	11,12	192,32	28,1	124,32
1,12	326,30	11,16	86,30		201,15
3,15	338,34	11,17	234,35	28,6	216,12
4,2	286,14		303,13	28,9	231,39
5,1	83,8	11,19	214,6	28,10	138,8
5,14	148,7	12,4	387,14		143,27
6,8	134,37	12,22	121,26		234,39
6,9	26,3		334,15	28,11	302,30
	74,8	14,1	360,19	28,25	319,12
8,5	227,1	14,1-2	244,15	28,28	88,40

29,3	30,34	39,18	156,35	11,5	113,27
29,6	404,34	39,26	190,20	11,6	48,23
29,14	82,39	39,27	189,16	11,7	92,3
29,18	61,39	40,2	82,29		113,23
	373,37	40,5	36,5		194,28
29,20	135,22		347,7	11,9	117,13
29,25	214,33	40,16	294,31	13,3	140,13
30,7	54,34	41,1	349,2	14,1	192,32
30,10	387,15	41,16	181,41	15,4	352,36
30,23	232,27	41,21	199,18	15,6	100,37
30,25	111,21	41,25	59,22	15,11	280,24
	207,18		62,27	16,3	84,19
31,1	298,10	42,6	332,15		202,17
31,10	64,2	<i>Psalmi</i>		16,4	23,21
31,12	85,8	1,1	104,11		375,16
31,18	32,10	1,2	63,14	16,6	193,3
31,23	295,33	1,3	204,12	16,8	183,29
31,25	173,38	2,2	379,24	16,9	358,38
31,26	234,25	2,6	193,35	16,15	54,13
31,26-27	133,5	2,7	41,10	17,5	238,19
31,34	65,34		41,19		358,29
31,35	218,5	2,9	282,1	17,6	238,24
	321,9	2,10	158,9	17,13	234,29
33,3	398,25		24,33	17,31	116,11
33,9	398,29	2,12	374,5	17,33	285,8
33,16-17	64,7	4,6	288,1	17,36	386,4
33,23	193,22	4,7	34,25	17,40	108,26
33,24-25	330,20		134,2	18,3	122,3
33,25	138,32		173,20		151,24
	305,30	4,8	174,10	18,5	175,30
33,27-28	329,6	4,9	171,24		371,4
34,34	142,33		364,13	18,6	127,20
35,5	312,18	5,7	357,30	18,7	70,30
35,15	281,30	5,8	355,20	18,8	30,4
36,5	352,34	5,12	355,35	18,9	97,34
36,11	140,9	6,7	71,12		174,12
36,21	361,34	6,8	350,29	19,4	344,28
36,22	217,5	6,11	59,5	19,8	135,2
36,27	138,7	7,14	399,25	19,8-9	356,2
36,32-33	120,4	7,16	357,10	20,3	156,2
37,3	261,37	7,17	357,10	20,4	30,39
37,6	307,22	8,3	58,12		136,29
37,7	217,25	8,5	218,24		191,7
37,18	312,4	8,6	382,5		344,30
37,22	180,34	8,7	247,19	20,5	150,3
38,8	302,19	9,10	331,5	20,7	174,13
38,16	302,5	9,21	216,36		382,8
38,22	343,29		217,7	21,4	265,21
38,32	163,30	9,36	27,38	21,19	374,31
38,33	305,37	10,3	296,7	22,5	30,35
	311,36	10,5	117,11	22,5-6	150,20
38,37	38,39	11,2	382,15	23,1	162,21
	312,34	11,4	113,28	23,3	26,31

23,8	313,19		192,28	48,10	54,21
23,10	401,23	36,2	57,34	48,13	219,20
24,13	161,8	36,11	100,40	48,15	360,8
24,15	393,2		172,7	48,18	362,27
24,21	57,24	36,18	101,4	49,12	25,19
25,8	152,13	36,21	173,5	49,15	329,28
	347,19	36,31	63,14	49,16	197,28
	357,13	37,3	143,32		401,11
26,1	333,26	37,7-8	361,37	49,23	206,19
26,6	31,33	37,9	368,30		288,11
	303,22	37,18	358,34	50,3	391,32
26,10	225,26	38,4	83,33	50,6	125,38
26,12	47,21		91,27	50,7	42,20
26,13	27,22		381,9		119,17
	406,10	39,7	373,7	50,8	336,32
27,3	168,5	39,10	355,20	50,9	147,14
27,7	146,35	39,11	373,13		399,10
	376,8	39,13	359,15	50,10	75,13
28,2	40,2	39,18	374,33	50,19	206,19
	40,29	40,2	330,39	53,8	355,29
28,4	347,22	40,5	147,18	54,7	46,25
28,9	95,7	41,2	291,30		295,39
29,6	382,2	42,3	24,7	54,10-11	350,22
29,8	345,34	43,22	331,17	54,24	398,6
29,12	376,8		331,35	55,2	330,8
30,2	174,18	44,2	36,4	55,7	359,10
30,4	356,3		122,40	55,14	134,6
30,11	236,34	44,3	113,12	58,11	151,38
	332,23		392,11	60,6	101,3
	365,15		410,41	61,4	250,37
30,12	372,14	44,7	100,8	61,11	78,17
31,5	222,13	44,10	32,22	62,4	336,39
31,6	74,35		83,8	62,5	355,40
	383,28		128,20	62,6	151,15
31,7	359,14		208,28	62,9	304,38
31,8	34,18		210,29	62,11	346,22
	56,30		211,12	64,5	95,8
31,9	219,24		393,38		110,11
31,26	197,40	44,11	300,22		153,6
32 (l. inc.)	172,6	44,12	298,31		213,18
33,2	77,6	44,14	290,12		232,34
	281,3		351,31	64,10	238,30
33,3	273,7	44,15	174,16		406,2
33,6	38,31	44,17	37,4	64,12	378,24
33,8	258,23		199,9	65,4	40,18
33,20	329,19	45,2	331,4		68,11
33,22	360,8	45,3	270,33	65,6	174,13
	363,23	45,5	75,12	65,12	85,20
35,9	153,7		279,12	65,14	330,1
	357,16	45,6	145,15	65,15	203,6
	408,20	46,8	117,26		205,15
35,10	132,18		408,9	65,18	358,7
	149,8	47,3	181,16	67,12	34,18

67,14	216,25		394,15	103,23	115,10
67,18	260,34	86,7	161,6	103,24	123,9
67,24	357,28		408,40	103,25	302,22
67,28	176,22	87,5	380,12	103,35	366,6
67,30	68,13	87,16	374,11	104,11	108,22
67,32	352,29	87,19	375,3	104,19	97,35
67,36	346,3	88,6	316,12	104,21	37,5
68,2	368,28	88,21	33,11	104,21-22	262,31
68,21	378,1		403,13	105,23	140,32
68,27	238,5	88,28	219,30	105,24	27,36
70,11	370,9	88,33	281,39		54,29
70,20	329,21	88,37	128,13	106,1	222,12
71,6	369,35		256,35	106,6	331,22
71,7	169,17	91,3	272,40	106,20	147,19
71,12	388,2	91,13	373,36	106,32	103,38
71,16	373,40	91,15	141,34	106,39	330,6
72,18	350,33	92,1	297,11	108,28	215,36
72,23	165,21		347,16	109,2	100,4
72,28	167,29	92,5	354,31	109,3	133,33
	240,26	93,12	218,40	109,6	162,37
73,2	99,35	93,19	50,14	109,7	30,38
73,12	386,21		86,8		247,11
74,3	314,12	94,6	40,29	110,4-5	362,6
75,2	241,33	94,8	25,33	111,1	130,18
75,5	176,35		90,9		295,31
76,2	245,23	95,8	40,25	111,3	153,6
76,4	52,5	95,12	378,25	111,4	43,11
	410,23	96,6	311,26	111,9	173,1
76,7	339,7	96,7	314,24	112,3	178,15
76,20	302,11	96,11	172,15	113,3	302,39
77,1	336,37	97,2	70,39	113,8	182,4
77,11	372,19	100,16	354,34	114,3	202,28
77,42	372,22		401,5	114,6	30,8
77,67	110,35	101,7	276,10	115,12	99,23
79,2	192,21	101,12	361,11		332,2
79,14	355,15		365,28	115,15	179,13
80,8	329,28	101,16	355,38	115,16	61,27
80,11	263,12	101,20	48,23		404,17
81,5	43,30	102,4	362,12	117,12	359,5
	133,24		391,42	118,13	273,3
	267,17	102,15	365,30	118,32	109,5
83,2	152,13	102,22	40,7	118,34	56,34
83,2-3	279,2	103,1	247,20	118,40	321,34
83,3	110,21	103,1-2	35,16	118,42	321,34
83,5	277,30		222,4	118,45	156,36
	279,34		347,12	118,50	320,3
83,11	48,9	103,2	32,18	118,54	117,4
83,12	74,22		312,21	118,66	139,31
	190,10	103,3	257,28		318,32
84,2	406,9		395,17	118,72	262,37
85,9	40,21	103,4	255,31		321,12
85,12	355,37	103,6	35,22	118,73	184,17
86,5	41,11	103,19	382,27	118,78	339,1

118,91	162,16	146,1	280,40	6,31	330,17
	217,14	146,8	137,37	7,13	171,39
118,102	128,18	147,14	172,2	7,19	287,5
	217,18		255,18	7,19-20	116,32
118,103	397,30	147,15	307,26	7,21	103,22
118,104	266,21	148,5	87,12	8,6	321,7
118,112	109,19	148,6	162,16	8,17	333,40
118,113	336,21	149,1	318,26		380,5
118,121	173,7		355,19	8,18	293,21
118,130	56,33	149,6	312,37	9,1	213,31
	134,3	149,9	291,22		244,21
118,131	198,34	l. inc.	76,39		394,15
118,142	63,11		174,11	9,13	186,24
118,143	35,10		192,25	10,2	253,10
121,1	174,20		375,8		329,13
	357,13		381,12	10,4	297,27
121,6	171,23	<i>Proverbia</i>		10,6	30,33
124,1	152,31	1,5	229,29	10,19	113,33
126,2	134,4		313,31	10,20	113,21
	350,35	1,20-22	197,22	10,21	262,20
127,2	283,32	1,28	342,13	10,24	155,37
128,2	375,9	2,10-12	88,24	11,2	108,36
128,3	126,31		197,20	11,4	330,38
129,7	146,32	2,14	173,32	11,8	235,30
	388,13	2,20	334,36		388,33
129,8	66,25	3,3-4	208,12	11,9	329,9
131,9	82,40	3,9	171,1	11,17	207,26
131,14	213,22		171,10	11,18	180,21
131,17	286,24		205,25		187,1
132,1	24,23	3,14	64,35	12,21	235,2
	262,37	3,15	321,11		407,17
132,3	56,10	3,16	191,23	13,7	225,15
134,6	124,22	3,17	116,11	13,8	330,19
134,7	319,4	3,18	145,39	13,12	341,4
137,5	117,4		358,25		387,31
138,5	251,11	3,21-22	322,2	13,19	39,9
138,6	384,42	3,28	170,34	13,22	160,3
138,18	408,39	3,34	273,9	14,1	186,19
138,19	357,30	4,3-4	97,30	14,4	297,28
139,11	362,1	4,8	157,29	14,6	88,35
140,2	355,17	4,8-9	326,14	14,21	208,15
140,3	197,35	4,9	135,39	14,22-23	208,9
	229,39		324,38	14,28	28,7
140,10	378,1	4,10-12	97,37		260,15
142,3	375,15	4,14	143,20	14,33	197,23
142,4	368,31	4,18	116,16		262,20
142,6	115,5	4,19	117,12	14,34	361,38
143,3	218,28	4,25	176,19	15,2	111,5
143,12	351,38		234,19	15,4	113,33
144,15	174,22	4,27	117,8	15,9	253,11
144,16	120,19	6,5	143,25	15,18	296,29
	190,11	6,23	97,35	15,30	174,11
144,20	380,33	6,27	285,18	16,20	262,9

16,21	344,34	31,4	151,33	10,15	283,28
16,29	168,10	31,10	186,9	11,7	120,29
17,17	168,33	31,17	186,32		129,6
17,22	376,25	31,20	188,28		259,34
17,24	230,19	31,21	81,25	12,7	383,33
18,10	356,5	31,22	83,1	12,12	335,26
18,17	168,1		138,39	l. inc.	45,14
19,17	208,6	31,24	293,30	<i>Canticum</i>	
20,8	140,19	31,25	297,3	1,2	33,23
20,11	199,32	31,26	196,37		67,4
20,27	266,25	31,29	241,18		349,30
21,3	252,10	31,30	290,12	1,3	210,23
21,11	88,33		295,3	1,4	375,38
21,12	235,35		298,20	1,5	328,17
21,20	33,14	31,31	296,11		332,20
	266,5	<i>Ecclesiastes</i>			375,29
	291,37	1,4	178,25		381,3
	343,8		406,33	1,6	128,28
	343,11	1,5-6	352,20		302,10
21,21	208,4	1,6	319,39	1,12	99,9
22,3	79,32	1,7	240,20		146,8
22,9	208,16	1,16	304,11		276,21
22,11	167,7	2,8	46,17		395,40
	167,27		133,25	1,13	178,10
	286,7	2,16	366,8	1,15	297,37
22,12	88,26	2,23	358,34	1,16	294,22
22,15	29,22	2,26	228,31	2,1	73,33
	42,21	4,2-3	180,1		244,1
	212,10	4,14	236,29		378,21
22,22-23	225,29	5,15	362,25	2,2	101,24
22,24-25	168,8	6,7	177,19	2,3	278,37
23,26	324,25	6,8	363,10	2,5	244,2
24,1	368,10	6,10	166,7	2,7	143,28
24,11	80,20	7,3	284,17	2,10	291,12
24,25	296,25	7,12-13	345,21	2,14	315,35
25,2	316,13	7,19	130,17		346,31
25,3	317,26		295,31	3,1	51,10
25,4	64,32	7,27	360,26	3,6	100,20
	138,22	7,29	380,15	3,9	245,11
	185,17	8,1	230,14	3,9-10	314,30
25,10	329,11		315,38	3,11	381,20
25,13	365,3	8,10	296,8	4,4	138,12
25,25	261,20	8,15	283,22	4,5-6	142,19
	308,20	9,1	93,15	4,7	128,8
26,18-19	168,4		362,22	4,8	135,32
27,1	361,17	9,8	32,4		151,5
27,10	168,31		34,34		213,38
27,23	202,37		82,38		344,5
29,5	168,16		131,34	4,11	83,12
30,15	27,26		404,34		113,11
30,16	85,9	9,10	361,18		137,22
	177,17	9,12	179,24	4,12	393,31
30,19	245,25	10,1	51,17	4,13	98,20

4,16	143,15	3,13-14	397,37	8,15	114,6
5,1	210,26	3,14	107,10		139,9
5,2	300,28	3,15	283,39	8,19	42,15
5,3	349,8	4,1	301,1		114,3
5,7	226,10	4,1-2	136,24		368,22
5,8 (l. inc.)	91,27	4,2	344,20	8,20	42,13
5,10	379,34	4,7	86,18		64,29
5,12	79,29	4,15	251,17	8,20-21	229,6
5,14	120,17	5,1	277,20	8,21	34,4
	125,4	5,2	282,6		227,23
	405,37	5,3-5	349,22	9	229,6
6,2	98,26	5,5	107,10	9,7	167,13
6,3	297,39		112,11	9,8	394,18
6,5	71,17	5,8-9	86,23	9,19	265,34
6,9	210,22	5,9	115,2	10,4	383,18
	239,9	5,13	236,15	10,9	359,40
7,2	46,22	5,16	56,6		384,4
7,5	315,42		323,27	10,10	34,17
7,7	99,29	5,17	36,11		115,32
7,8	372,30		298,35	10,13-14	164,10
8,5	46,23		347,18	10,17	283,40
	210,27	6,2	24,33	10,26	196,38
8,6	52,31		158,8	12,1	160,15
	140,38		337,2	12,17	408,36
	286,20	6,4-6	337,2	12,18	170,19
8,7	289,38	6,7	108,32	13,3	152,18
	297,22	6,17	408,16	13,4	278,32
8,8	29,17	6,21	151,35	13,5	302,14
	46,6		197,24	14,5	358,24
	98,7	6,23	36,16	14,21	226,19
8,14	143,21	6,24	263,39	14,28	42,36
<i>Sapientia</i>		7,1	394,37	15,4	298,23
1,1	139,28	7,3	42,30	16,10	362,9
1,3	347,25	7,6	216,9	16,12	33,13
1,5	80,14	7,9	265,14		147,20
1,7	52,11	7,10	121,28	16,20	145,37
1,13	360,7		265,34	16,21	138,21
1,15	233,23	7,15	264,6	16,27	36,24
2,1	365,24		265,7	16,28	39,13
2,3	86,22	7,17	263,11		40,38
2,5	365,27	7,21	233,10	17,4	282,7
2,7	400,1	7,25	33,4	18,1	152,41
2,8	135,38		51,13	18,4	94,9
	349,17		120,31	18,14	48,29
2,15	126,29		382,13	18,21	404,27
2,18	372,1	7,26	382,13	18,24	142,19
2,19	126,26	7,28	333,42	19,7	379,19
	372,12	7,29	120,26	19,12	253,4
2,20	372,11		265,18	<i>Ecclesiasticus</i>	
3,5-6	330,4	8,7	233,12	1,1	63,9
3,6	125,12		406,40	1,2	313,32
	254,38	8,10	265,38	1,3	197,15
3,11	284,11	8,11	45,23	1,8	167,10

1,22	162,28	10,34	225,39	21,11	63,37
1,27	130,16	11,3	183,27		117,14
	296,29		361,7	21,17	140,12
	336,24	11,9	322,21		184,34
2,4	238,2	11,13	356,18	21,24	346,32
2,5	254,37	11,19	110,37	22,11	363,14
2,10	296,31	11,33	296,2	22,18	395,31
	380,32	13,1	32,39	22,25	169,5
2,13	330,41	13,2	48,19	22,26-27	169,6
2,16	406,37	13,6	168,7	22,29	324,33
2,20	400,26	13,19	80,1	24,1	244,21
2,21-22	205,38		225,31	24,4	220,30
3,20	68,9	13,20	57,21		296,14
3,24	265,29		98,19	24,6	36,14
4,7	30,24	13,31	376,26		106,1
4,8	284,25	14,3	216,9		261,25
4,12	146,17	15,1	130,16		312,16
4,33	61,40		374,6	24,8	313,2
	323,14	15,3	55,13		318,7
5,8	59,5	15,4	303,20	24,10	239,17
5,13	273,8	15,5	150,31		378,26
6,5	113,3		262,14	24,11	100,38
	139,24		318,24	24,12	212,19
	142,8	15,6	78,39		241,7
6,6	168,2	16,30	91,15		393,9
6,10	168,6		241,13	24,14	373,6
6,14	167,29		395,12	24,15	118,27
6,15	168,32	17,2	81,11		212,1
6,16	167,24	17,5-6	218,37		212,19
6,17	167,24	17,9	217,19		213,18
6,18	89,3	17,12	130,24	24,16	162,25
6,28	326,13		156,18		250,25
6,29	364,18		356,24	24,17	210,13
6,31	347,18	17,14	261,16		210,24
6,34	229,37	17,18	116,33	24,21	45,33
6,37	230,4	17,20	115,37		153,27
7,4	104,10	17,26	361,24	24,23	155,27
7,6	347,28	17,30	127,35	24,25	213,13
7,16	283,32		382,12	24,25-26	391,28
7,20	214,19	18,1	149,33	24,26	118,31
7,24	107,29	18,12	207,32		394,25
7,26	183,30	18,16	72,2	24,27	100,39
7,39	236,18	18,19	197,5		118,30
9,5	298,9	18,27	295,40	24,32	321,19
9,10	186,26	18,29	230,15	24,33	217,27
9,20	250,33	18,32	354,1	24,34	391,19
	367,7	19,27	269,42	24,40	241,40
9,24	245,3	20,11	29,4		385,9
10,2	224,4	20,13	184,34	24,45	120,37
10,9	27,29	20,29	230,8		264,26
	383,35	20,30	253,12	25,12	168,17
10,10	64,4	20,32	134,13	25,13	88,31
10,33	343,36		230,6	25,14	296,35

26,17-18	102,21	38,14	365,8	46,14	348,8
26,20	234,11	38,16	236,23	47,2	31,10
	299,39	38,21-22	367,15		401,14
26,21	295,15	38,23	284,16	47,7	324,39
26,22	262,16	38,29	84,29	47,9	221,35
	265,3		205,12	47,11	222,27
26,28	251,30	39,8-9	228,31	48,1	159,21
27,3	296,34	39,9	36,1	48,11	167,31
27,10	98,18		307,25	48,15	154,29
	400,10	39,12	296,15	48,19	214,1
27,32	238,13	39,19	143,13	48,27	53,16
28,13	322,19	40,2	115,18	49,4	275,10
29,16	30,37	40,19	186,17	49,9	235,14
	339,15	41,7	361,26	49,10	314,18
30,2-3	296,22	41,9	101,21	49,12	355,21
30,17	247,38	42,7	127,10	50,1	111,10
30,24	130,23	42,16	128,32		230,27
	156,17	42,21	36,5	50,3	74,32
	207,21		313,12	50,4	330,16
31,3	214,10	43,3	303,8	50,5	159,23
	283,21	43,4	90,25		231,36
31,5	214,27	43,7	105,18	50,6	164,15
31,8-9	296,20		239,25		295,17
31,12	192,28	43,10	275,37	50,6-7	233,5
31,19	407,11	43,12	376,33	50,8	348,13
31,35	214,11	43,12-13	369,11	50,10	125,7
32,1	61,14	43,15	137,35		185,16
	326,17	43,20	34,31		233,5
32,3	326,17		306,11		254,41
32,15	232,1	43,22	181,11	50,14	275,15
33,1	330,31		364,24	50,20	357,15
33,10	383,29	44,10	337,11	50,29	66,18
33,27	108,11	44,16	155,14		321,13
33,29	182,37	44,17	370,8	51,4	100,30
34,4	405,25	44,20	156,28		113,39
34,13	329,10		231,13	51,7	113,39
35,2	288,7	45,4	110,28	51,12	328,31
35,4	206,20	45,6	135,40	51,26-27	57,5
	287,39		324,39	51,31	158,11
35,6	40,24	45,9	399,17	51,32	250,30
	67,36	45,14	136,6	51,34	158,11
35,12	68,22	45,21-22	263,5	51,36	214,20
35,21	191,2	45,29	139,23	51,38	156,11
36,1	38,13		229,25	<i>Isaias</i>	
	173,24	46,1	66,17	1,6	372,8
36,18	284,5	46,1-2	101,7	1,8	388,27
36,27	360,28		231,3		395,15
37,1	168,3	46,11	32,14	1,15	358,10
37,26	157,20		34,22	1,16	97,8
	199,36		141,38		398,22
	397,21		221,1	2,2	26,21
38,1	273,13		297,33	2,3	356,23
38,11	337,11	46,12	262,35	2,8	378,23

2,10	370,27	17,14	107,12	33,22	217,7
2,17-18	249,6	18,2	273,2	33,24	277,29
	377,11		399,31	34,9	85,10
3,4	29,25	19,1	64,32	34,16	321,5
3,5	29,20		267,33	34,17	107,13
3,12	62,29		382,19	35,2	33,34
	341,38		395,20	35,10	174,14
4,1	165,25	21,3-4	126,15		360,1
5,13	89,11	21,7	27,23	36,6	68,19
	388,29	22,12	268,11	36,7	357,20
5,27	87,13	22,13	173,39	38,1	360,6
6,1	118,25	22,16	232,32		361,27
	221,6	22,18	135,38	38,11	27,38
6,2	257,24	22,19	106,14	38,12	348,24
6,3	261,5	22,22	247,4	40,3	130,13
6,6	194,4	22,23	385,39	40,7	365,29
	258,9	22,24	385,40	40,12	126,35
6,10	388,23	23,16	222,28	40,29	34,19
6,13	59,11	24,9	23,31		297,30
	88,1	25,6	27,13	40,31	140,36
6,14	380,9	26,8	355,35		189,12
7,14	47,32	26,12	171,23	41,18	378,27
7,15	200,35		350,38	42,14	126,33
8,1	321,7	26,18	172,30	42,25	128,26
8,6	317,22	26,19	320,1	43,2	84,25
8,11	273,20	27,1	395,1	43,6	181,33
9,2	173,23	28,3-4	326,27	43,20	34,23
	267,13	28,5	136,1	43,21	245,11
9,3	174,14	28,9	88,36	43,26	373,11
9,5	32,34	28,20	227,30	44,12	102,4
9,6	41,6	28,28	349,5	45,1	221,11
	45,39	30,8	321,38	45,8	371,25
	334,15	30,14	184,27	45,15	120,23
10,1-2	218,9	30,15	140,35	46,3	395,26
10,27	33,7	30,21	90,5	47,2	23,33
	404,33	30,26	129,10	47,6	332,25
11,1	242,3	30,31	145,17	47,7	128,21
11,2	289,26	31,1	135,4	47,8	46,20
	379,6	31,9	84,21	47,13	86,28
11,3	52,12		303,31	48,10	110,31
11,6	290,28	32,1	371,32	48,17	108,19
11,9	163,12	32,7	399,19	48,21	310,37
11,12	248,38	32,18	28,13	49,6	132,19
12,2	389,20	33,10	148,6		177,25
12,3	74,17		377,20	50,3	406,26
13,10	382,21	33,14	85,16	50,4	113,16
14,3	34,21		257,6		377,11
	364,14	33,15-16	221,21	50,6	387,17
14,13	110,23	33,17	36,12	50,9	32,32
	181,15		347,17	51,3	345,37
14,14	137,36	33,20	152,29	51,4	63,9
14,30	214,5		279,19	51,8	32,36
16,2	182,24	33,21	244,26	51,23	43,38

52,1	81,12	61,10	81,8	4,30	323,11
52,11	269,26		347,4	5,3	324,17
	398,11	62,1	37,39	5,5	107,35
	405,12		39,33	5,7	104,14
52,13	62,22		246,31	5,8	135,3
	381,10		371,7	5,19	364,33
52,14	128,29	62,10	116,21	5,25	140,15
53,2	410,42	63,1	371,28	6,8	273,20
53,2-4	376,1		406,14	6,16	139,28
53,3	372,7	63,2	353,12	6,24	329,25
53,5	207,15		381,5	6,26	102,13
53,7	332,29	63,3	369,20		207,20
	410,35		372,9	7,3	140,15
53,8	41,21	63,9	249,1		160,27
	382,26		388,15	8,6	140,12
53,9	388,30	63,10	368,16	9,1	409,14
53,10	388,17		370,37	9,5	283,20
53,11	283,8		379,25	9,8	168,5
	371,29	63,14	378,29		171,37
53,12	244,11	64,1	38,15	11,16	84,31
	387,42	65,2	370,21	11,19	387,9
54,5	247,16		386,29	14,4	30,27
54,17	101,8	65,12	356,14	14,9	355,31
55,1	75,7	65,13	62,23	15,5	281,31
55,12	174,16	65,14	238,23	15,19	401,8
56,3	360,15	65,18	351,27	16,2	153,35
56,4	153,4	65,22	303,24	17,6	161,10
	340,19	66,2	80,9	17,8	146,37
56,5	397,39		225,34		156,39
56,7	357,2	66,4	127,8		279,8
57,1	371,12	66,8	245,21	17,11	342,7
57,2	364,22	66,19	310,34	18,4	184,4
58,4	338,15	66,23	255,22	19,14	25,1
58,7	228,22	<i>Ieremias</i>		20,9	362,3
58,10	303,38	1,5	166,29	20,13	330,33
58,11	75,18		167,17	20,18	366,1
	100,31	1,6	60,7	23,5	371,25
	155,31		29,37	25,17	192,37
	214,5	1,9	166,29	30,10	214,9
58,13	46,29	1,9-10	165,29	30,15	238,25
59,11	79,34	1,11	100,15	31,16	214,8
59,21	272,18	1,15	181,32	31,20	42,30
60,1	69,35	1,19	50,28		46,40
60,2	378,11		327,4	31,22	46,16
60,8	28,26	2,5	63,30		369,19
	194,9	2,19	360,14		381,31
	317,31	2,23	338,36	31,31	217,33
60,13	125,22	3,1	186,25	31,36	321,29
60,21	28,8	3,19	27,31	32,11	321,1
	303,25		100,36	34,1	328,11
60,22	30,14		268,5	38,11	82,9
61,1	52,14	4,4	65,29	38,13	182,26
	272,4	4,14	398,21	41,8	344,14

45,3	237,3	4,6	279,27	37,12	341,21
	363,27	5,1	30,31	37,14	214,12
46,12	379,26	5,5	386,21	38,12	145,11
51,6	232,26	7,10-11	364,28		386,22
<i>Lamentationes</i>		7,19	216,17	41,16	94,7
1,6	298,17	7,27	125,40	43,10	392,24
1,12	237,12	9,6	277,5	44,2	41,36
1,15	103,13	10,1	305,7	44,15	401,21
1,18	237,36	10,8	307,33	47,2	277,32
1,20	329,35	10,14 (l. inc.)	305,1	<i>Daniel</i>	
1,22	358,33	12,12	395,34	1,3-4	58,19
2,11	383,31	13,5	403,2	1,15	58,13
3,22	330,26	13,20	195,9	2,11	138,5
	362,11	14,4	219,24		194,10
3,27	107,37	14,20	330,37	2,22	173,28
	229,26	15,4	84,15	3,33	298,36
3,44	358,8	16,7-8	52,25	3,49	285,14
3,49	364,37	16,8	49,26		308,17
4,1	216,20	16,9	57,2	3,88	328,28
4,2	216,26		222,6	4,7	146,28
	399,29	16,10	220,19	4,7-9	145,6
4,7	294,8		376,16	4,33	347,15
4,8	34,39	16,14	165,27	6,10	40,7
5,16	326,26		298,32	6,20-22	329,13
	366,9		347,11	6,26	60,31
<i>Baruch</i>		16,15	298,7	7,5	176,30
1,20	119,12	16,49	103,4	7,9	256,36
2,25	238,19	17,3	204,7		390,32
	366,2	18,4	360,7	7,14	313,6
2,27	160,18	18,21	150,10	9,11	119,10
3,16-19	363,2	18,24	333,29	9,21	257,28
3,24	357,14	18,27-28	149,40	9,26	386,18
3,24-25	152,3	24,11	202,19	10,3	154,26
3,26	328,15	24,17	326,2	10,8	202,5
3,26-27	110,33	24,27	198,36	11,33	254,21
3,33	133,18	25,6	173,35	11,35	202,22
3,38	41,27	28,2	104,7		253,33
	241,36	28,7	346,21		332,11
4,1	320,8	28,13	49,7	12,3	151,35
5,1	347,9		214,18		157,7
5,2	30,35	28,16	249,20		234,27
6,18	265,26	28,17	297,42	13,6	351,39
<i>Ezechiel</i>		31,5	144,28	13,56	298,9
1,1	51,23	32,7	382,17	14,4	149,34
1,4	319,19	32,7-8	126,2	14,41	388,35
1,5	129,19	32,27	27,18	<i>Osee</i>	
1,18	121,20	34,14	108,1	1,4	214,12
1,26	305,7		213,1	2,8	215,16
2,9	334,35		278,35	2,19	382,7
3,2	263,13	34,31	218,22	2,21	318,16
3,14	120,21	36,25	56,40	4,2	74,36
3,19	329,8	36,27	263,31		119,11
3,23	379,16	37,9	318,29	4,6	89,10

5,4	80,17	6,6	39,25	9,17	323,25
6,1-2	331,2	7,2	368,25	10,3	134,34
6,3	387,36	7,5-6	327,31	11,7	142,28
6,6	252,8	<i>Nahum</i>		11,12	106,23
7,16	107,34	1,9	330,23		126,40
8,1	194,15	1,15	42,34	12,10	147,9
9,1	174,2	2,10	35,1		237,15
9,11	290,33	3,7	302,40	13,1	71,33
9,14	99,9	<i>Habacuc</i>			74,34
	143,4	1,13	286,5		239,41
11,1	42,26		356,13	14,7	303,26
	267,6	2,4	146,19	<i>Malachias</i>	
	286,6	2,13	283,28	1,6	268,1
11,3	395,24	2,16	351,42	1,11	355,32
11,4	108,4		359,28	2,6	62,34
11,7	108,10	2,19	215,18	3,1	94,26
13,14	395,2	3,2	255,2		165,3
14,6	306,15	3,8	134,38	3,3	202,17
	393,12	3,9	135,11	3,4	206,26
14,8	80,6	3,11	35,30	<i>I Macchabaeorum</i>	
	323,20		383,11	1,41	351,41
14,10	116,23	3,13	31,31	1,66	331,36
<i>Ioel</i>		3,16	364,19	2,11	352,1
1,17	200,9	3,18	66,23	3,3	339,19
2,12	59,8	<i>Sophonias</i>		4,6	379,21
	87,42	1,8	407,18	4,33	333,14
2,17	402,25	1,12	407,18	4,36	356,31
2,23	157,23	2,7	365,1	4,42	110,26
	314,11	3,9	142,9		398,37
3,2	387,1		355,39	4,57	351,34
<i>Amos</i>		<i>Aggaeus</i>		4,57-58	95,22
1,5	378,22	1,8	356,34	6,2	291,37
3,3	133,3	2,8	38,15	6,11	45,17
3,7	48,26		352,38	6,13	363,29
3,8	129,13	<i>Zacharias</i>		6,46	338,5
4,3	395,33	1,20-21	130,1	6,57	352,17
4,13	272,41	2,4	152,4	9,30	381,13
5,10	53,4	3,3	32,30	9,55	361,31
8,9	382,34		48,3	10,43	95,28
9,6	138,1	3,4	33,2		212,2
9,11	369,23	3,5	31,10		392,24
<i>Ionas</i>		3,9	251,5	12,9	55,2
1,15	303,1	6,2-3	134,30	12,13	330,9
2,1	394,38	6,5	319,28		331,1
3,6	82,36	6,7	134,33	12,15	331,1
	192,19	6,11	181,27	12,51	323,15
<i>Michaeas</i>			325,19	13,5	329,31
1,4	239,23	8,7	382,32	14,14	30,9
2,10	364,36	9,3	215,15	<i>II Macchabaeorum</i>	
3,8	297,27	9,8	260,23	1,1	282,38
4,3-4	45,7		355,13	1,6	277,16
4,10	329,5	9,11	388,6		282,38
5,2	46,4	9,16	49,15	1,19	289,7

	289,31		314,8	6 (l. inc.)	165,26
1,22	383,9		371,26	7,6	346,18
1,24	160,9	3,16	51,20		357,23
2,4	27,16		159,29	7,14	109,1
	308,23		373,20	7,15	204,38
2,23	95,33	3,17	44,29	7,24	152,26
2,31	345,6		69,19	8,9	173,10
3	343,12	4,1	375,13	8,14-15	147,11
3,2	95,17	4,2	271,21	8,20	48,6
3,12	394,23	4,10	404,25		154,17
3,16	368,34	4,18-22	23,14	9,1	373,26
4,17	53,1	4,19	23,7	9,6	356,32
5,2-3	339,11		26,36	9,9	192,30
6,28	62,1		343,5		250,3
	322,27	4,23	375,18	9,13	198,15
	332,8	5,1	217,37		268,10
7,5	254,5		373,22	10,7-8	147,20
7,12	306,38	5,3	35,3	10,8	104,29
7,14	150,11		224,29		254,14
7,36	254,8		253,16		274,31
7,40	349,7		293,7	10,9	215,24
9,5	358,36		330,37		310,21
9,12	173,11	5,4	321,3	10,10	310,24
10,3	288,27		364,25	10,14	24,36
12,46	284,14	5,6	37,3	10,16	79,28
	367,19	5,7	198,18		331,31
14,38	293,38		207,2	10,21	332,20
14,45	146,34	5,8	259,29	10,22	33,30
15,12	145,33		335,5		144,13
15,16	105,13		353,44		161,33
15,17	322,25	5,10	51,28	10,28	254,16
15,30	205,3		252,17	10,32	222,11
		5,13-14	199,3	10,42	365,12
NOVUM TESTAMENTUM		5,14	176,26	11,7	165,10
<i>Matthaeus</i>		5,16	173,23	11,9	166,26
1,1	129,27		266,17	11,10	193,23
1,2	26,24		340,17	11,12	164,24
1,21	67,2	5,17	163,10		253,29
	67,17	5,19	155,37	11,13	165,1
	67,21		231,10	11,25	30,3
	67,24	5,37	35,6		335,16
2,2	69,18	5,45	382,20	11,27	189,27
2,10	172,20	6,6	40,3		384,34
2,11	40,27		349,33	11,28	250,18
	67,28	6,10	191,8		283,6
	294,3	6,16	284,9	11,29	26,7
2,12	59,15	6,17	33,18		45,18
2,23	380,34		405,36		107,17
3,2	166,16	6,19	345,14		321,24
	253,19	6,19-20	180,22		364,19
3,4	165,7	6,21	177,2	11,30	72,16
3,13	73,6	6,24	62,26	12,18	110,25
3,15	73,18	6,33	409,9	12,34	55,34

	114,4	21,12	104,15	28,19	336,34
	122,41	21,15	58,11		355,6
12,34-35	230,11	21,41	237,5	<i>Marcus</i>	
12,35	122,41	21,43	60,29	1,2	94,32
	139,24	22,10	409,3	1,3	129,28
	160,28	22,13	33,5	1,6	82,37
12,40	387,41		133,26	1,24	368,22
12,43	364,29	22,30	28,36	3,4	82,37
13	326,25		300,9	6,8	242,3
13,43	117,24	23,2	103,36	6,9	270,38
	152,38		192,22	6,13	33,12
	209,36	23,6	104,9		52,23
	211,27	23,24	200,41	6,17	235,28
13,44	78,32	23,34	244,33	6,18	166,14
	102,17	23,37	387,3		167,19
	342,36	24,12	227,40	6,20	167,3
13,48	162,23	24,30	276,12	6,31	283,14
13,55	374,37	24,40	190,4	7,37	160,13
15,4	262,38	24,45	402,17	8,14	116,25
15,22	115,8	25,1	339,33	9,2	380,36
15,26	357,24	25,2	301,32	12,4	61,2
16,18	312,11	25,4	33,9	12,43	292,9
16,22 (l. inc.)	191,15		151,7	14,10	106,21
17,1	221,20		185,22	14,51	82,39
17,1-2	104,34	25,9	227,31	14,64	368,25
17,2	284,37	25,14	62,21	15,44	247,37
	398,33	25,25	289,1	16,5	277,25
17,4	161,9	25,34	32,23	16,16	71,10
	279,3		220,29	16,17	67,7
17,19	231,5	25,41	84,22	16,17-18	356,4
17,26	396,5	25,42	45,15	16,19	315,15
18,3	58,27	25,45	288,4		395,11
18,4	30,20	25,46	149,37	16,20	141,13
18,10	257,2		325,35		194,9
	257,13	26,2	387,5	<i>Lucas</i>	
18,19	190,37	26,38	331,37	1,11	166,9
18,33	189,40	26,41	358,1	1,15	166,27
19,11	300,33	26,49	171,37	1,17	166,13
19,14	29,34	27,5	106,25	1,28	95,20
19,17	353,36	27,18	126,28		117,32
19,20	333,41	27,19	371,34		238,32
19,21	77,10	27,22	371,34		243,2
	102,32	27,29	69,9	1,30	95,20
19,23	25,10		381,39		391,26
19,26	124,21	27,34	412,38	1,30-38	123,36
19,27	25,34	27,40	371,39	1,31	122,36
19,28	226,4	27,42	126,9	1,32	60,29
19,29	150,2	27,46	412,40	1,33	117,28
20,8	284,6	27,49	372,2	1,38	239,24
20,20	190,25	27,54	370,23		240,6
20,32	268,9	27,63	373,9	1,45	394,32
21,5	167,11		387,33	1,48	394,33
21,5-6	23,23	28,18	199,6	1,49	355,31

1,57	164,6	7,39	187,32	14,30	161,30
1,70	198,12	7,47	187,28	15,4	190,13
1,72	198,12		188,8	15,7	258,4
1,74-75	62,17		380,31	15,8-9	266,23
	354,34	7,50	352,11	15,10	258,4
1,76	94,34	8,2	188,38	15,11	268,22
1,77	166,15	8,8	208,8	15,13	169,33
1,78	395,9	8,13	326,25		391,36
	406,12	9,23	26,1	15,16	80,3
2,7	40,31	9,48	30,18		253,1
	47,7	9,58	25,17	15 (l. inc.)	167,21
	47,35		374,30	16,1	352,36
2,9	48,14	10,1	268,20	16,2	341,24
2,10	42,4	10,7	310,22	16,8	296,23
	48,38	10,17	67,6	16,14	104,6
	66,23	10,23	280,11	16,16	321,27
	381,34	10,27	83,25	16,21	236,31
2,12	48,41	10,34	147,25	16,22	106,17
	374,28	10,39	108,37		258,36
2,14	45,3	10,39-40	189,2		261,20
	171,28	10,42	209,14		365,3
2,19	128,11		309,15	16,28	238,26
2,21	64,22	11,6	167,34	17,10	97,20
	66,7	11,7	153,3	17,21	60,30
2,22	94,27	11,9	403,30	18,12	253,24
	96,4	11,14	249,35	18,13	187,19
2,23	43,13	11,17	168,22	18,13-14	108,34
	96,29	11,21	171,34	18,14	73,7
2,24	96,32	11,27	245,19		108,21
2,25	93,16		394,30	18,16	253,14
2,27	95,5	11,33	286,27	18,19	160,11
2,35	376,24	11,34	223,13	18,31	386,9
2,37	62,13	11,36	234,33	18,36 (l. inc.)	51,17
	306,1	11,41	353,34	19,1	352,10
2,46	356,36		399,12	19,9	318,25
2,51	42,17	12,15	25,15		358,15
2,52	42,16	12,20	361,28	19,15	407,28
	382,23	12,27	143,10	19,22	198,38
3,4	164,33	12,35	83,25	19,41	251,7
3,7	164,23		187,8	19,42	363,20
3,10	166,17		266,18	19,43	359,9
3,14	166,18		285,5	20,36	112,11
3,15	166,32		285,30		304,2
3,23	73,24		286,17	21,2	292,9
4,23	405,24		321,21	21,10	327,19
5,2	24,34	12,36	287,3	21,15	385,6
5,10	25,27	12,49	84,20	21,18	366,30
6,12-13	106,31	13,11	186,28	21,27	395,18
6,36	198,14	13,32	219,24	21,33	86,26
	207,31		385,16		321,31
6,38	208,5	13,33	386,16	22,27	312,1
6,42	170,12	14,10	167,31	22,31	332,11
7,38	188,32	14,15	280,20	22,32	322,28

22,35	409,6	3,26	149,38	14,8	280,10
22,35–36	310,25	3,29	165,6	14,9	384,16
22,62	115,7		167,14	14,10	379,10
	251,15	3,30	164,36	14,14	191,4
23,11	387,13	3,31	27,19	14,17	171,24
23,27	126,2	3,36	150,9	14,21	333,36
23,28	409,31	4,6	23,24		333,40
23,31	370,1		192,27	14,23	333,41
23,34	145,22	4,11	74,38	14,28	367,20
	244,12	4,14	57,5	15,3	71,15
	378,16		338,27		399,9
23,48	237,10	4,20	39,38	15,5	122,8
	248,18	4,22	382,33	15,12	311,17
23,53	294,20	4,23	69,6	15,14	167,26
24,4	83,5	4,42	230,11	15,15	89,1
24,19	156,22	5,35	159,22		167,16
	194,18		164,27		167,30
	404,9		173,22		193,31
24,21	372,3		286,29		193,37
24,26	148,19	5,39	63,10		275,35
24,32	321,33	6,14	231,8	15,16	121,36
24,45	129,16	6,33	145,25		310,39
	313,29	6,64	320,3		319,41
24,46	363,19	6,71	107,3	15,17	321,21
24,49	154,11	7,18	371,27	16,12	151,23
	347,32	7,48–49	25,11	16,21	119,18
<i>Ioannes</i>		8,12	36,17	16,23	355,33
1,1	57,12		63,39	16,28	352,18
	129,30		176,25	17,3	149,5
	163,3		379,1		322,5
1,6–7	166,19	8,17	24,4		323,18
1,8	166,32	8,40	321,35	17,4	162,13
1,9	66,24	8,48	126,32	17,6	123,10
1,12	72,37	8,59	126,30	17,10	379,9
	253,21	9,4	250,23	17,24	45,16
	267,36	9,31	358,7	18,4–8	372,34
1,14	265,39	10,10	56,3	18,11	412,11
1,16	163,22	10,18	148,25	18,36	117,27
	355,11	10,20	126,32	19,1	387,16
1,17	217,6	10,27–28	149,39	19,5	218,26
	217,33	10,29	180,29	19,11	370,4
	264,16	11,48	388,26	19,17	26,30
1,18	384,34	11,52	248,40		276,32
	385,8	12,19	145,23		385,26
1,20	165,8	12,31	249,19	19,19–20	178,29
1,32	79,11	12,32	145,19	19,23	83,3
1,42	28,31		247,26	19,25	413,19
1,48	251,9		375,22	19,26	376,32
2,4	360,27	12,35	285,12		412,1
2,9	69,20	13,4	285,39	19,27	210,32
3,3	71,20	13,36	412,16		412,20
3,14	146,17	14,2	153,10	19,28	412,38
3,16	384,26		357,11	19,30	412,40

19,34	370,21	7,56	50,10	1,14	161,27
	370,32	8,9–10	156,26	1,25	62,24
19,37	387,2	8,20	104,30	1,29	238,8
20,11	188,33	9,7	91,23	2,5	78,29
20,23	37,6	9,15	91,19	2,10	233,28
	193,32		178,8	2,14	198,6
	199,8		185,12	2,15	217,10
20,24–29	36,29		314,36	3,23	74,20
20,25	35,23		396,8	3,24	133,32
	36,30	9,18	91,34	4,25	149,1
20,27	35,26	9,22	91,13		244,17
	37,25	10,11	51,21	5,10	388,10
20,28	35,18	10,38	46,38	5,20	72,34
	37,26		52,15	6,19	404,26
21,11	343,6	10,40–41	141,10	7,23	198,4
21,25	321,14	10,41	372,5	7,24	179,35
<i>Actus Apostolorum</i>		10,45	392,14	8,14	195,24
1,1	156,21	11,22–24	161,14	8,17	99,25
1,8	141,12	11,24	160,9		253,23
	347,30	12,1	195,8		78,41
1,9	370,39	12,2	192,5	8,18	212,37
	395,3	12,21	82,28		190,25
1,11	395,18	13,12	266,11	8,26	177,5
1,14	377,4	13,15	408,2	8,35	333,23
1,15–26	106,10	14,17	174,7		331,18
2,3	113,18	14,22	332,5	8,36	399,15
2,3–4	142,7	15,10	110,1	9,21	399,27
2,4	163,13	15,16	369,23	9,22	185,13
2,23	373,1	17,21	344,40	9,23	313,41
2,38	399,11	17,25	149,22	9,29	36,2
3,15	127,8	17,26	24,18	10,10	34,14
3,18	373,3	17,28	275,7	10,12	161,16
3,19	143,33	17,34	266,32	10,15	160,24
3,26	40,36	19,4	166,13	11,22	218,32
4,12	67,8	19,27	95,32	12,1	73,16
4,32	107,24	20,19	91,11	12,10	62,11
	311,3	20,24	179,25	12,11	42,30
4,33	141,4	20,32	101,4	12,15	98,34
	347,31	20,33	215,25		238,17
4,35	104,18	20,35	283,36		104,1
5,1–5	105,2	22,3	177,30	13,1	402,36
5,29–30	141,16	22,20	90,38	13,4	407,9
5,32	80,11	23,1	91,35	13,7	163,6
	141,16	24,4	361,5	13,8	178,20
5,38	399,35	25,5	408,26	13,11	41,24
6,8–10	53,8	25,11	179,30	13,12	267,14
6,15	139,16	26,9	90,33		273,18
7,18–19	330,7	26,22–23	141,36	14,2	180,6
7,19	195,21	27,38	339,6	14,8	341,31
7,26	327,14	28,2	218,27	14,12	55,1
7,51	80,16	28,20	332,4	15,4	180,14
7,52	194,38	<i>Ad Romanos</i>			
7,54–59	53,8	1,9	404,28	15,19	

16,18	62,30		333,24	3,3	161,30
<i>I Ad Corinthios</i>		13,11	29,12	3,9	220,23
1,18	385,36	13,12	91,32	3,13	370,37
1,22	175,35		303,37	4,1	29,36
1,23	353,17	13,13	231,12	4,4	96,5
1,28	110,32	13,23	314,19		162,31
1,30	244,34	14,20	30,1	4,4-5	163,24
2,2	178,10		58,34	4,26	54,11
2,4	141,13	14,32	142,11		338,26
2,6	88,16	15,9	91,29	4,27	245,27
	197,14		175,32		408,41
	321,14	15,32	194,13	4,28	162,35
2,8	377,22		218,23	4,30	101,11
2,9	79,6	15,41	153,23	5,24	223,4
	278,5	15,43	366,34		327,38
3,2	83,18	15,54	83,6		355,9
3,3	264,32	l. inc.	162,34	6,10	262,36
3,15	282,11	<i>II Ad Corinthios</i>			281,24
4,5	76,31	1,3-4	330,42	<i>Ad Ephesios</i>	
4,15	156,29	1,7	252,27	1,10	162,36
	160,8	1,8	179,33	1,11	346,2
	200,26		332,26		372,37
6,4	302,35	3,15	388,24	2,4-5	382,35
6,17	93,19	4,6	87,4	2,5	57,9
	379,37		175,4	2,5-6 (l. inc.)	189,34
6,19	80,12	4,8	276,27	2,6-7	160,26
6,20	61,31	4,17	349,5	2,19	28,15
	396,9	5,10	341,24		311,9
7,1	229,23	5,19	266,2	3,8	178,3
7,7	177,15	6,4	283,37	3,14	40,15
7,9	343,32		330,2	3,18	147,35
7,29	86,21	6,11	312,23	4,5	279,31
	341,7	6,16	95,6	4,8	395,10
7,33	286,3	7,6	108,30	4,28	171,2
7,34	183,26	8,9	25,16		283,35
8,5	93,22		374,35	4,29	140,3
9,2	223,30	8,18	272,36		197,27
9,14-16	271,15	9,7	170,30		398,23
9,15	291,20	11,6	88,17	4,32	207,30
9,24	337,20	11,14	298,26		219,12
	338,39	11,25	156,37	5,2	66,29
10,11	335,14	11,26	328,16	5,3	398,24
10,13	254,7	12,2	91,36	5,5	101,15
10,17	192,36	12,4	177,32	5,8	133,24
11,10	298,12	12,12	178,1	5,8-9	121,21
11,28	192,40		223,31	5,13	132,23
12,13	81,27	12,14	345,19	5,18	102,28
12,26	237,37	<i>Ad Galatas</i>		5,25	206,17
12,28	175,14	1,12	177,32	5,26	355,7
	193,29	1,15	267,9		399,8
13,2	249,15	1,15-16	88,14	5,29	228,24
13,3	205,18	2,8	175,26	6,6	62,15
13,8	317,1	2,14	105,4	6,12	328,3

6,17	105,12	5,3	366,4	3,16	254,20
	339,19	5,23	400,23	4,2	142,12
<i>Ad Philippenses</i>		<i>II Ad Thessalonicenses</i>		4,6	179,3
1,16	331,29	3,8	177,11	4,7	338,39
1,20	331,33	<i>I Ad Timotheum</i>		4,7-8	322,36
1,23	287,20	1,12	324,19	4,8	194,14
	315,21		403,6	<i>Ad Titum</i>	
1,29	34,7	1,13	90,36	2,11-12	178,18
1,30	332,9	1,15	250,3	2,12	133,40
2,7	45,39	2,4	268,21		200,36
2,8	246,3	2,8	40,9		339,29
	371,9	2,9	82,18	3,4	41,25
	372,13	2,10	295,12	3,5	64,23
2,8-9	148,15	2,14	122,22		71,7
2,9	67,4	2,15	295,18	<i>Ad Hebraeos</i>	
2,9-10	46,2		351,2	1,3	369,32
2,10	355,36	3,6	404,17		382,13
2,15	200,21	3,15	112,29		395,23
	201,2	3,16	193,24	1,8	100,11
	396,25	4,7	337,8		256,34
2,27	362,8	4,12	199,36	1,14	258,7
3,8	115,2		234,13	2,9	128,40
3,17	178,4		397,32		386,26
3,19	62,31	5,10	295,23		387,23
3,20	138,5	5,11	103,23	2,10	28,6
	177,2	5,13	103,23		148,33
	194,10	5,22	403,15	2,13	57,25
3,20-21	178,22	6,4	193,5	2,14	57,21
3,31	189,34	6,7	362,26		98,12
4,5-6	42,39	6,8	35,4		388,2
4,7	171,20		81,26	2,16	374,1
4,8	229,25	6,11	374,7	2,17	387,5
4,13	109,28	6,12	322,9	2,18	375,12
<i>Ad Colossenses</i>		6,16	259,27	3,6	245,14
1,12	107,9	6,17	214,29		356,30
1,20	315,3	6,17-18	140,6	3,14	162,7
2,3	266,4	<i>II Ad Timotheum</i>		3,19	364,30
	394,13	1,8	276,17	4,16	389,3
2,9	163,14	1,11	378,8	5,7	363,19
	393,5	1,12	180,20		368,32
2,13	276,7		204,2	5,14	83,17
3,5	332,14	2,1	142,3		338,29
3,17	140,7	2,3	283,38	5,17	125,42
	351,5	2,5	325,18	6,7	307,27
4,6	142,6	2,7	56,31	6,19	312,21
<i>I Ad Thessalonicenses</i>		2,11	374,18	7,12	321,28
2,3	274,28	2,12	192,4	8,10	321,36
2,10	37,2	2,20	340,37	9,3-4	202,33
4,3	176,6	2,21	185,14	9,4	118,21
4,7	268,6		399,15	9,5	305,35
4,12	238,21	2,24	400,25	9,14	248,36
4,13	366,13	3,7	407,37		399,7
4 (l. inc.)	341,18	3,15	63,12	9,15	101,1

	148,32	1,12	259,34	4,19	380,25
9,17	264,15	1,15	400,32	5,3	109,35
9,19	386,33	1,22	102,8	5,6	64,12
9,21	386,33	1,23	112,6		370,30
10,16	321,36	2,9	268,8	5,13	149,2
10,27	287,14	2,12	160,30	<i>Epistula Iudae</i>	
10,34	254,33	2,15	176,5	1,6	249,25
10,36	193,7		268,7	<i>Apocalypsis</i>	
11,6	236,11		354,33	1,4	255,26
11,8	362,22	2,18	327,28	1,5	71,16
11,10	152,28	2,20	268,13	1,11	321,39
12,1	338,37	2,21	99,23	1,14	34,29
13,10	357,21		357,26		174,22
13,17	405,15	2,24	369,38	1,16	129,2
13,31	282,2	3,3	82,18	2,4	333,27
<i>Epistula Iacobi</i>		3,14	253,8	2,10	324,3
1,4	201,22	3,16	229,24		349,18
1,5	191,6	3,18	371,23	3,4	32,7
1,6	190,34		383,22		300,33
	358,4	4,3	63,33	3,7	334,16
1,11	298,3	4,15	203,36	3,8	335,15
1,12	326,8	4,18	237,5	3,11	326,5
1,22	334,25	5,1-4	326,19	3,12	28,40
2,5	25,12	5,3	61,13	3,18	33,3
	101,6	5,5	108,35		215,32
	110,30	5,6	108,21	4,1	50,26
	225,20	5,8	328,4		154,31
2,7	355,30	5,10	268,15	4,6-7	129,19
2,23	167,26	<i>II Petri</i>		4,8	202,37
2,26	347,38	1,1	104,26		312,37
3,2	78,10	1,5	347,36	5,1	320,17
	346,35	1,10	112,9		334,39
3,6	113,40	1,13	273,4	5,5	39,5
3,13	229,30	2,4	62,27		129,13
3,17	55,26	2,9	329,29	5,8	40,14
4,1	328,1	2,9-10	104,23	5,10	325,41
4,6	30,6	2,10	63,32	6,2	134,12
	59,21	<i>I Ioannis</i>		6,12	382,22
	60,33	1,2	121,34	7,2	275,22
	73,35	1,8	284,3	7,3	386,3
4,7	339,11	2,1-2	307,36	7,9	28,8
4,8	398,28	2,8	350,26	7,12	76,37
4,9	79,36	2,13	94,4	7,15	277,19
4,12	217,5	2,15	115,4	8,7	193,12
4,17	230,4	2,16	250,28	8,12	382,25
5,2	82,6	2,17	250,34	8,13	118,5
5,6	387,18		352,17	9,2-3	382,30
5,7	287,17	2,27	272,20	10,2	302,31
5,10	33,29	3,2	314,17	10,9-10	135,26
5,16	35,37	3,14	323,19	10,10	258,30
5,18	284,21	3,17	289,4	10,10-11	334,5
<i>I Petri</i>		3,22	357,33	11,4	273,27
1,3-4	100,37	4,8	289,36	11,8	285,2

11,16	69,8	14,4	60,3	19,17	127,25
12,1	83,4		60,15	20,1	258,39
	127,29	14,5	60,18	20,4	105,12
	136,6		60,27	20,11	301,15
	209,2	14,13	191,16		389,37
	293,2		283,3	21,2	350,7
	394,6	14,15	136,34	21,4	76,35
12,1-2	210,20	15,6	34,37		277,22
	239,19		141,23		304,1
12,5	240,41		285,22	21,6	56,37
	241,28	17,4	215,19	21,15	56,22
12,6	295,38	18,1	196,21		214,2
12,7	194,6	18,4	114,34	21,18	216,31
12,11	194,7	18,7	46,18	21,23	287,2
12,14	188,3	18,14	86,25		383,14
12,16	90,30	19,7	54,8	21,27	286,15
13,8	373,5	19,8	211,10	22,1	57,2
14,1	60,24	19,9	268,16	22,17	356,26
14,2	60,21	19,11	173,8	l. inc.	162,23
14,3	60,25		324,27		
	60,26	19,13	349,11	<i>l. inc. Sacrae Scripturae</i>	
	136,5		369,37		257,37
	300,16	19,14	134,23		343,10

INDEX NOMINUM

- Aaron 26,29; 47,24; 106,35; 118,21; 146,30; 243,9; 263,5.
 Abel 75,2; 203,11.
 Abigail 140,30.
 Abimelech (Abimelec) 147,15; 147,16.
 Abraham (Abraam, Abram) 24,21; 26,23; 61,19; 114,13; 147,16; 167,26; 231,12; 324,23; 330,14; 335,35; 374,1.
 Absalom (Absolon) 127,16.
 Achab (Acab) 30,26.
 Achaia (Acaia) 68,17.
 Achates, socius Aeneae 288,29.
 Achilles, heros Graecus 290,17.
 Achior 28,30; 28,30; 28,40.
 Adalbertus, episcopus Pragensis, S. 222,7.
 Adam 24,18; 163,18; 171,36; 291,27; 319,34; 353,20; 383,30; 384,22; 388,5.
 Adonias 332,17.
 Aedisius, pater S. Margaritae (Aedesius) 181,8.
 Aegyptius (Egipcus, Egypcius, Egyptus) 216,3; 226,21; 267,25; 243,26; 368,11; 328,30.
 Aegyptus, (Egiptus, Egyptus) 23,35; 43,26; 73,28; 96,18; 96,19; 135,4; 164,8; 242,9; 249,8; 249,8; 250,22; 267,6; 267,7; 267,12; 267,12; 267,18; 267,22; 267,23; 267,23; 267,25; 267,26; 267,28; 267,34; 267,34; 282,38; 309,35; 310,37; 330,7; 368,18; 375,11; 409,24.
 Aeneas, heros Latinus (Eneas) 226,31.
 Aethiopia (Ethiopia) 352,29.
 Afrodisia, Afrodia *vide* Aphrodisia
 Agatha, virgo, martyr Catanæ, S. 98,8; 98,5; 99,10; 99,33; 101,22; 101,25.
 Agnes, virgo, martyr Romae, S. 45,28; 81,6; 81,14; 82,15; 83,10; 83,13.
 Albumasar, astrologus Arabicus 128,3; 165,22; 233,32.
 Alchimus 361,31.
 Alexander Magnus (Allexander) 220,32; 290,16; 291,36; 298,28; 337,30; 362,30.
 Algazel, philosophus Arabicus 39,29; 90,16.
 Alexander *vide* Alexander Magnus
 Amalech 339,16.
 Amana 135,32; 151,5.
 Amasa 171,37.
 Ambrosius, episcopus Mediolanensis, S. 37,28; 54,22; 59,12; 84,35; 86,14; 87,31; 90,12; 96,31; 111,23; 121,16; 128,12; 131,12; 131,25; 131,29; 131,35; 131,39; 132,3; 132,8; 136,28; 150,13; 176,19; 180,7; 194,18; 205,31; 207,32; 213,17; 233,34; 240,34; 243,3; 243,33; 248,5; 256,26; 271,23; 276,18; 276,33; 277,36; 279,12; 286,11; 294,8; 299,14; 299,17; 300,9; 300,24; 312,31; 313,26; 318,16; 336,16; 337,8; 345,27; 346,36; 347,35; 349,35; 377,25; 378,14; 388,19; 390,18; 390,24; 391,4; 393,39; 396,37; 402,38; 403,3; 403,9; 405,34.
 Aminadab 111,3.
 Ananias 104,35; 105,1.
 Andreas, apostolus, S. 23,8; 23,13; 24,24; 26,9; 26,13; 28,25; 68,17; 145,31.
 Anna, mater Samuelis 46,14; 119,15; 401,24.
 Anna, mater Tobiae 27,14.
 Anna, prophetissa 95,13; 305,43.
 Anselmus, episcopus Cantuariensis, S. 51,4; 51,8; 128,9; 163,18; 212,3; 243,24; 335,4; 342,24; 384,22; 392,3; 392,15; 393,16.
 Antiochia 103,34; 161,12; 161,15; 363,29.
 Antonius, abbas in Thebaide, S. 77,7; 77,11; 78,3; 79,1.
 Antonius, imperator 215,6.
 Aphrodisia, meretrix quaedam Catanæ (Afrodisia, Affrodia) 99,15; 100,9; 101,29.
 Apius *vide* Appius
 Apollonius Molon (?), rhetor Graecus 41,1.
 Apostolus *vide* Paulus, apostolus
 Appius Claudius Caecus (Apus) 322,19.
 Arator, ecclesiae Romanae subdiaconus 104,18; 180,23; 385,38.
 Arcadia (Archadia) 187,11.
 Areopagites *vide* Dionysius
 Argus, persona mythologica 121,19.
 Arimathaea *vide* Ioseph ab Arimathaea
 Aristippus, philosophus Graecus de Cyrene 215,26.
 Aristoteles 24,32; 27,33; 29,13; 29,20; 29,21; 30,13; 31,4; 31,22; 31,30; 37,31; 49,24; 54,14; 54,26; 68,7; 68,25; 71,36; 73,19; 83,35; 84,5; 87,24; 89,5; 90,14; 90,19; 91,3; 91,6; 93,10; 93,25; 124,27; 131,28; 131,32; 133,35; 137,4; 139,19; 140,25; 143,3; 152,6;

- 152,34; 156,20; 158,13; 164,3; 169,34;
176,38; 177,10; 183,19; 188,12; 188,19;
188,20; 188,22; 193,2; 203,12; 204,9; 204,21;
204,25; 216,11; 218,6; 218,16; 218,20;
223,13; 227,15; 236,21; 240,4; 244,24;
259,10; 263,21; 267,39; 277,27; 280,8;
280,19; 282,34; 287,25; 288,18; 312,30;
313,29; 314,36; 315,17; 316,30; 316,36;
317,7; 317,9; 317,25; 325,32; 325,36; 326,35;
327,14; 348,2; 380,38; 394,40; 395,4; 397,2;
404,12; 404,37; 406,3; 408,34; (Philoso-
phus:) 36,33; 52,37; 54,26; 77,34; 93,4;
114,38; 118,17; 121,10; 122,14; 132,31;
148,20; 150,5; 185,31; 191,18; 197,38;
199,29; 200,34; 201,31; 201,37; 213,34;
267,38; 274,13; 274,15; 289,17; 290,3;
290,15; 290,19; 306,17; 312,4; 313,37;
317,34; 320,19; 320,33; 325,11; 335,19;
354,26; 367,6; 370,2; 380,18; 389,3; (Philo-
sophus Anatomicus:) 175,10.
Armenia 364,34.
Armon 395,33.
Assuerus 68,24; 243,34; 245,34; 278,19;
286,14; 306,35.
Assur 145,17.
Astaroth 226,33.
Athalia 112,33.
Athanasius, episcopus Alexandrinus vel Hiero-
solymitanus (Atanasius) 350,1.
Athenae 337,29; 345,29.
Atheniensis 275,6.
Atlantiades *vide* Mercurius
Augustinus, Aurelius, episcopus Hipponensis,
S. 23,26; 24,16; 37,14; 39,20; 39,39; 40,8;
42,1; 44,31; 44,37; 45,4; 46,12; 48,10; 53,5;
54,18; 56,19; 58,29; 58,37; 59,23; 59,36;
61,21; 65,4; 68,4; 68,5; 69,38; 70,22; 70,27;
70,34; 72,8; 77,19; 78,1; 79,6; 81,34; 83,37;
84,36; 85,21; 85,31; 85,33; 85,36; 86,24;
86,31; 87,14; 93,22; 93,35; 93,39; 101,14;
102,6; 102,19; 102,29; 102,36; 103,9; 106,25;
108,16; 108,28; 109,38; 114,30; 116,4; 116,6;
116,8; 117,28; 120,28; 121,4; 121,7; 122,14;
122,38; 123,1; 123,2; 123,6; 137,8; 140,28;
140,39; 144,18; 145,16; 145,42; 148,39;
149,23; 151,10; 152,1; 154,16; 155,18;
155,21; 156,4; 157,32; 158,4; 159,37; 170,31;
171,17; 171,25; 171,30; 172,3; 172,4; 172,7;
173,13; 173,21; 173,27; 175,11; 179,7;
182,27; 183,34; 184,17; 184,23; 185,26;
185,36; 187,1; 191,24; 192,8; 198,32; 202,30;
208,10; 209,20; 213,8; 214,29; 215,36;
217,15; 219,22; 222,16; 225,7; 226,6; 226,24;
228,2; 228,29; 228,35; 230,25; 230,27;
230,30; 231,20; 231,20; 232,35; 233,1;
233,5; 233,10; 234,40; 237,21; 241,28;
242,40; 246,15; 246,18; 246,38; 246,40;
247,13; 247,34; 248,31; 249,7; 249,31;
249,36; 250,40; 251,33; 252,33; 253,17;
253,25; 256,1; 256,5; 256,37; 259,17; 259,20;
259,24; 259,29; 260,25; 261,28; 270,2;
271,30; 274,31; 274,37; 275,4; 276,36;
278,23; 279,35; 280,13; 280,22; 280,29;
280,37; 281,19; 281,34; 282,10; 282,14;
282,25; 282,29; 283,24; 286,35; 289,12;
289,21; 289,27; 289,36; 289,38; 291,25;
292,25; 300,3; 314,4; 300,17; 301,24; 301,26;
302,17; 303,20; 303,34; 306,31; 312,10;
319,16; 321,17; 322,31; 323,8; 323,32;
327,33; 331,11; 332,12; 332,29; 332,39;
333,14; 333,15; 333,19; 335,9; 335,21;
335,27; 335,35; 341,29; 341,33; 342,10;
342,12; 342,14; 342,29; 342,32; 343,28;
343,37; 346,40; 348,37; 349,30; 351,6;
353,20; 359,36; 360,5; 360,33; 361,19;
361,22; 363,25; 365,19; 365,32; 366,21;
366,30; 366,35; 367,11; 369,1; 374,28;
374,34; 375,24; 377,2; 380,19; 380,28;
382,37; 386,26; 386,33; 387,23; 388,4;
390,19; 391,23; 391,33; 393,6; 393,19;
396,35; 397,33; 399,36; 403,30; 405,14.
Augustus Caesar Octavianus (Cesar) 361,7.
Averroes, philosophus Arabicus (Averrois)
316,28; (Commentator:) 199,31–32.
Avicbron, philosophus Iudaeus 90,41; (Philo-
sophus:) 156,13; 315,19.
Avicenna, philosophus Arabicus 211,15;
263,17.
Ayoth 155,4.
Baal 215,17;
Babylon (Babilon) 185,8; 232,27; 328,12.
Babylonia (Babilonia) 283,25; 362,28; 368,19.
Babylonius (Babilonius) 407,24.
Bacchus, deus (Bacus) 102,3; 154,5; (Liber)
151,31.
Balaam 196,14.
Balbina, filia S. Quirini tribuni, virgo Romae,
S. 195,14.
Banaias 388,8.
Baptista *vide* Ioannes Baptista
Barnabas, apostolus, S. 160,9; 161,11; 161,12;
161,15.
Barrabas, latro maleficus 127,4; 127,9.
Bartholomaeus, apostolus, S. (Bartholomeus)
226,8; 226,11.

- Basilius Magnus, S.** 87,17; 132,29; 132,37; 185,39; 278,29; 302,25; 317,32.
Beda Venerabilis, S. 24,37; 45,11; 60,10; 64,19; 80,34; 82,23; 92,30; 96,36; 103,18; 109,8; 109,20; 123,21; 123,29; 192,12; 259,3; 261,21; 266,26; 300,6; 300,23; 313,2; 326,9.
Bel 351,38.
Belial 107,34.
Benedictus, abbas in Monte Cassino, fundator ordinis, S. 114,8; 114,13; 114,33; 115,30; 115,36; 117,18; 117,23.
Benjamin 91,13; 178,11.
Berith 226,34.
Bernhardus, primus abbas Claraevallensis, S. (Bernardus) 28,16; 29,26; 38,17; 38,29; 39,13; 40,11; 40,41; 41,22; 41,31; 42,8; 42,37; 43,21; 44,4; 45,18; 46,29; 47,1; 50,31; 50,38; 51,13; 53,22; 59,8; 65,20; 67,5; 72,22; 76,32; 77,28; 87,35; 88,2; 89,2; 97,13; 97,17; 97,21; 98,13; 98,36; 99,3; 102,14; 102,17; 103,16; 109,6; 109,14; 117,6; 120,14; 122,18; 123,19; 123,32; 123,4; 124,15; 125,31; 126,17; 127,27; 128,21; 139,38; 146,33; 149,30; 157,20; 161,17; 167,15; 168,39; 176,16; 181,36; 186,3; 187,19; 191,2; 197,18; 204,37; 208,19; 208,28; 209,3; 209,15; 210,6; 211,28; 212,19; 212,29; 217,38; 218,32; 219,3; 219,13; 224,10; 224,28; 224,30; 225,15; 227,31; 233,38; 237,16; 240,6; 240,18; 240,31; 240,36; 241,3; 242,39; 243,13; 243,21; 246,3; 246,19; 248,15; 249,2; 249,15; 256,10; 256,30; 258,1; 258,4; 258,13; 258,19; 258,27; 258,36; 259,12; 259,35; 263,33; 266,11; 269,30; 270,8; 270,17; 270,24; 271,31; 276,22; 277,17; 286,39; 287,26; 289,16; 290,31; 291,27; 291,32; 292,22; 294,11; 294,21; 296,4; 300,26; 301,34; 312,24; 319,34; 328,7; 328,20; 328,37; 332,38; 335,20; 335,39; 336,26; 340,27; 340,30; 346,25; 349,38; 358,18; 359,21; 360,10; 363,21; 363,35; 364,3; 364,5; 364,11; 365,37; 366,9; 367,39; 370,28; 374,21; 375,13; 376,4; 377,33; 379,12; 379,27; 379,37; 380,6; 380,26; 383,36; 388,11; 389,15; 389,39; 390,5; 390,11; 390,22; 390,38; 391,21; 391,39; 393,14; 396,1; 397,8; 398,26; 401,22; 402,18; 402,22; 402,33; 406,22; 406,28; 407,3; 407,8; 407,23; 408,27; 409,7.
Bernhardus Silvestris, magister Turonensis (Bernardus) 174,36; 175,23; 176,12; 317,33; 349,10.
Beseleel 304,10; 304,12.
Bethsabée 154,2; 222,33.
Bethlehem (Betlehem) 38,2; 39,19; 46,4; 70,33.
Bethulia (Betulia) 28,34.
Boemia, Boemus vide Bohemia, Bohemus
Boethius, Anicius Manlius Severinus (Boecius) 43,33; 48,21; 49,13; 78,35; 93,21; 134,17; 141,20; 146,2; 147,18; 152,17; 162,17; 202,2; 239,3; 260,16; 264,27; 290,36; 291,2; 341,7; 345,9; 356,16; 400,7; 402,10.
Bohemia (Boemia) 222,38.
Bohemus (Boemus) 327,19.
Booz 299,28.
Brachmanus (Bragmanus) 298,27.
Caecilia, virgo, martyr Romae, S. (Cecilia) 297,1; 297,5; 297,19; 299,1; 299,4; 299,32; 301,30.
Caelestinus I., pontifex Romanus, S. (Celestinus) 197,6.
Caesar vide Augustus, Caesar Octavianus
Caesar vide Titus, Flavius Vespasianus
Caesarius, episcopus Arelatensis, S. (Cesarius) 346,41–347,1.
Cain 203,11.
Caldeus vide Chaldaeus
Calvaria 26,30; 276,33; 385,26.
Candidus, miles legionis Thebaicae, martyr, S. 252,14.
Carmelus 27,4; 27,5; 33,34; 34,1; 34,9; 35,1.
Cassiodorus, Flavius Magnus Aurelius, Senator 128,34; 151,21; 183,15; 194,29; 248,19; 321,22; 385,1; 401,11.
Catharina, virgo, martyr Alexandriae, S. (Katherina) 304,4; 304,7; 306,8; 306,19; 307,31; 307,41; 308,13.
Cato, Marcus Porcius, Censorius (Plato) 401,2.
Cato, Marcus Porcius, Uticensis (Catho) 338,7.
Cecilia vide Caecilia
Celestinus vide Caelestinus
Ceres, dea 102,3; 154,5.
Cesar vide Augustus, Caesar Octavianus
Cesar vide Titus, Flavius Vespasianus
Cesarius vide Caesarius
Chaldaeus (Caldeus) 282,8.
Chanaan 108,22; 108,23; 108,23.
Cherubim (Cherub, Cherubin) 158,20. 304,6; 304,7; 304,34; 305,1; 305,7; 305,33; 305,34; 305,35; 305,37; 306,3; 306,7; 307,34; 307,39. 308,4.
Chrisostomus, Chrysostomus vide Ioannes Chrysostomus
Cicero, Marcus Tullius (Tullius) 54,30; 65,26; 88,38; 105,5; 109,22; 143,3; 158,22; 158,14;

- 168,11; 168,19; 168,23; 168,27; 168,34; 168,35; 169,2; 169,8; 169,9; 170,13; 201,7; 204,40; 215,14; 216,11; 219,14; 260,27; 306,31; 345,7; 348,27; 368,12; 396,35; 408,32; (Philosophus Moralis:) 81,29.
- Cilicia 135,32.
- Cineas, rhetor Graecus, legatus Pyrrhi 336,9.
- Ciprianus *vide* Cyprianus
- Cirinus *vide* Cyrinus
- Cirus *vide* Cyrus
- Claudianus, Claudius 24,11; 67,35; 170,9; 170,25; 223,6; 333,39; (Sapiens:) 59,29; 224,6.
- Clemens I., pontifex Romanus, martyr in Chersoneso, S. 232,19; 301,32; 302,2; 302,33.
- Commentator *vide* Averroes
- Conradus II., imperator (Romanus imperator) 221,14.
- Constantinus Africanus 31,17; 239,29; 239,39; 240,23.
- Constantinus Magnus, imperator 63,6; 64,1.
- Cosmas, frater S. Damiani, martyr Aegaeae, S. 253,30.
- Crassus, Marcus Licinius 215,22.
- Crates, philosophus Graecus de Thebis 345,29.
- Crisostomus *vide* Chrysostomus
- Croatia (Croacia) 214,16.
- Cuma, hodie: Como (Civitas Cumana) 135,28.
- Cyprianus, Thascius Caecilius, episcopus Carthaginiensis, S. (Ciprianus) 134,19; 138,40; 294,15; 299,5; 299,26; 307,11; 308,9; 335,5; 344,25.
- Cyrinus, presbyter Romanus, magister S. Silvestri, martyr Romae (Cirinus) 63,4.
- Cyrus II., Magnus, rex Persarum (Cirus) 220,32; 221,11; 336,6.
- Dacianus *vide* Datianus
- Dagon (Dragon) 404,7.
- Dalmatia (Dalmacia) 214,16.
- Damascenus *vide* Ioannes
- Damianus, frater S. Cosmae, martyr Aegaeae, S. 253,30.
- Daniel 40,6; 154,25; 269,20; 329,13; 397,5.
- Danubius 240,16.
- Dares Phrygius (Darius Friges) 325,13.
- Datianus, praefectus provinciae Hispaniae Citerioris (Dacianus) 85,34; 85,37.
- David (Davit) 32,20; 33,11; 58,12; 73,29; 74,33; 103,27; 103,30; 103,31; 108,28; 116,34; 124,5; 129,28; 138,15; 140,30; 154,1; 215,3; 219,31; 238,4; 240,1; 247,4; 295,24; 333,28; 364,3; 369,25; 371,26; 391,20; 403,13; 403,27; 403,29; 403,33; 403,34; 404,6.
- Decius, iudex S. Laurentii 202,13; 203,31.
- Demetrius I., Soter, rex Syriae 95,28.
- Dindymus, rex Brachmanorum apud Indos (Dindimus) 298,27.
- Diocletianus, Caius Aurelius Valerius, imperator (Dioclecianus) 81,2.
- Diogenes, philosophus Graecus de Sinope 54,32; 171,26.
- Dionysius Areopagites, S. Pauli discipulus, S. (Ariopagita, Dionisius; saepe confunditur cum episcopo Parisiensi; Pseudo-) 36,38; 89,28; 90,1; 90,18; 91,22; 93,12; 93,17; 120,31; 122,31; 126,19; 149,6; 149,25; 164,1; 176,27; 177,14; 189,15; 193,12; 193,37; 203,23; 218,34; 257,3; 257,8; 257,27; 258,31; 261,6; 261,30; 265,5; 275,33; 293,22; 302,15; 302,16; 312,30; 379,35; 397,24.
- Dionysius, episcopus Lutetiae Parisiorum, martyr, S. (Dionisius; saepe confunditur cum persona antecedenti) 265,1; 265,4; 265,9; 266,9; 266,29; 266,33. 267,1; 267,3; 267,4; 267,7; 267,21;
- Dioscurides Pedianus (Dioscorides) 92,8; 209,37; 348,33.
- Dominicus, fundator Ordinis Praedicatorum, S. 58,17; 136,37; 153,24; 153,27; 154,7; 155,35; 156,1-2; 156,22; 157,4; 158,29; 158,35; 159,24-25; 160,1; 160,4; 160,32; 196,35; 197,3; 197,19; 197,25; 199,1; 199,22; 201,12.
- Donatus, episcopus Carthaginiensis, haereticus 231,42.
- Dragon *vide* Dagon
- Ebraicus *vide* Hebraicus
- Ecclesiastes 45,11.
- Edom 406,14.
- Eff- *vide* Eph-
- Eleazarus Maccabaeus 338,5.
- Eleutherius, diaconus, socius S. Dionysii, martyr Lutetiae Parisiorum, S. (Eleuterius) 267,2.
- Elias 159,20.
- Eli *vide* Heli
- Elim 337,30.
- Elimas *vide* Elymas Bariesus
- Eliodorus *vide* Heliodorus
- Elisabeth, mater Ioannis Baptistae, S. (Elisabet, Elizabeth) 124,18; 164,6.

- Elisabeth, filia Andreae II., regis Hungariae, S. (Elizabeth) 290,10; 290,13; 290,23; 292,6; 293,3; 293,28; 295,1.
 Elisaeus (Eliseus) 52,20; 154,24; 154,28; 154,35; 227,17; 260,30.
 Elizabeth *vide* Elisabeth
 Elvidius, haereticus 47,17.
 Elymas Bariesus, magus (Elimas) 266,10.
 Emathius (Ematius) 379,22.
 Emericus, dux, filius Stephani, primi regis Hungariae, S. (Hainricus, Heinricus) 284,26; 284,30; 294,34.
 Eneas *vide* Aeneas
 Enoch *vide* Henoch
 Ephesus (Effesus) 194,12.
 Ephraim (Effraim, Effrem) 42,31; 46,40; 110,35. 326,28.
 Ephratha (Effrata) 46,4.
 Epiphanius, monachus Constantinopolitanus (Epifanius) 393,27; 394,7.
 Erses 32,38.
 Esau (Esaw) 24,23; 81,11; 220,14.
 Esdras 192,23.
 Esther (Hester) 347,2.
 Etocles, heros Thebanus, filius regis Oedipi 191,36.
 Ethiopia *vide* Aethiopia
 Ethnicus *vide* Ovidius
 Euagrius Antiochenus, interpres legendae S. Athonii ab Athanasio conscriptae, S. 78,5.
 Euclides, mathematicus Graecus 141,26.
 Eumenides, i.e. Furiae 282,8; 282,9.
 Eutropius, praepositus sacri cubiculi 357,6.
 Eva 118,5; 163,19; 171,36; 392,1.
 Evlath 125,9; 202,27.
 Exsuperius, miles legionis Thebaicae, martyr, S. (Exuperius) 252,14.
 Ezechias, rex 68,19; 214,1; 348,23. 357,36.
 Ezechiel 51,23; 73,29; 219,24.
 Fabianus, pontifex Romanus, martyr, S. 79,9; 79,14.
 Fenenna 119,15.
 Feton *vide* Phaethon
 Franciscus, levita, fundator Ordinis Fratrum Minorum, S. 214,27.
 Fortunatus, haereticus Manichaeus 231,42.
 Fulbertus, episcopus Carnotensis (Carnocensis) 391,12.
 Fulgentius, episcopus Ruspiensis, confessor, S. (Fulgencius) 384,39.
 Gabao 383,7.
 Gabaonitae 344,37.
 Gabriel, archangelus 164,1; 257,29.
 Gaetulus (Getulus) 130,36.
 Galgala 154,35; 154,36.
 Galilaea (Galilea) 23,29; 23,32; 26,14; 73,6; 73,17; 73,21; 73,30; 73,31; 375,18.
 Gamaliel 177,30.
 Gaufridus de Vino Salvo 29,28; 45,34; 101,17; 109,26; 113,30; 249,21; 332,2; 361,1; 372,23; 387,43. (Sapiens:) 122,26; 179,14; 182,21; 252,6; 282,24.
 Gedeon 52,17; 266,13.
 Gerricus *vide* Guerricus
 Getulus *vide* Gaetulus
 Gichon (Gion) 332,7.
 Gnosis *vide* Pasiphae
 Goliath 108,29.
 Graecus (Grecus) 175,34; 175,36; 178,30; 178,32; 188,14; 215,26; 222,31; 263,25. 278,27;
 Gregorius I., Magnus, pontifex Romanus, S. 24,5; 25,21; 35,31; 36,10; 38,23; 45,21; 53,2; 59,26; 59,30; 61,15; 78,34; 83,29; 86,20; 89,19; 99,7; 108,24; 110,2; 111,8; 111,11; 111,13; 112,5; 112,35; 113,1; 113,4; 114,21; 116,36; 117,18; 141,23; 153,37; 173,2; 187,35; 188,5; 191,29; 193,25; 197,11; 200,19; 201,37; 202,10; 202,21; 202,23; 204,13; 214,35; 216,21; 216,30; 224,7; 225,21; 225,40; 227,20; 229,33; 239,27; 241,9; 255,6; 255,29; 256,2; 257,21; 258,17; 259,7; 260,4; 261,10; 261,11; 261,33; 263,16; 266,20; 269,36; 269,42; 276,5; 277,26; 280,26; 281,4; 285,34; 286,11; 286,20; 286,37; 288,3; 289,28; 290,29; 310,11; 311,32; 313,35; 328,18; 331,7; 331,9; 334,19; 334,25; 334,39; 335,7; 335,34; 336,15; 340,42; 342,16; 343,15; 344,24; 344,33; 349,24; 352,31; 359,35; 360,35; 361,11; 366,25; 371,6; 378,2; 386,10; 387,38; 397,22; 398,33; 401,14; 402,28; 402,39; 403,7; 405,19; 405,25.
 Gregorius Nazianzenus, episcopus Constantino-
 politanus, S. 219,7.
 Guerricus, abbas Ignacensis (Gerricus) 392,18.
 Guilelmus de Conches (Philosophus:) 161,34; 169,22; 169,25; 170,21; 171,2; 171,16; 234,16; 341,5; 368,1; (Philosophus Moralis:) 201,4.
 Guillelmus, abbas Claravallensis 406,29.
 Guntherius, monachus et heremita in Bohemia, S. 222,38.
 Hainricus *vide* Emericus

- Hebraicus (Ebraicus) 178,31; 263,25; 394,8.
 Hebraeus (Hebreus, Heber) 65,40; 178,32; 250,21; 270,17; 306,37; 327,18.
 Heinricus *vide* Emericus
 Helena, mater Constantini imperatoris, S. 144,25; 144,26.
 Heli (Elii, Helii) 58,10. 97,26.
 Helias 196,28; 206,10; 227,17; 227,18; 289,12; 315,13; 315,14; 372,2.
 Heliodorus (Eliodorus) 343,12.
 Henoch (Enoh) 155,14.
 Hermes (Egypcius; Trismegistus) 226,21; 267,25.
 Herodes I., Magnus 48,11; 59,15; 70,32; 416,5.
 Herodes Antipas 165,18; 166,15; 167,3; 167,18; 167,19; 235,20; 235,29; 235,36; 236,9; 236,28; 236,30; 387,14.
 Herodes, Marcus Iulius Agrippa 82,27; 195,8; 195,10; 195,14; 195,15; 195,18.
 Herodias 235,21; 235,29.
 Hieronymus, presbyter Stridonienis, S. (Ieronimus) 25,3; 35,4; 43,12; 46,20; 50,11; 55,6; 59,19; 82,10; 82,32; 88,35; 92,19; 102,5; 102,20; 113,24; 114,23; 123,37; 137,23; 137,26; 151,20; 154,1; 162,5; 165,26; 172,32; 175,15; 176,2; 176,4; 180,3; 200,14; 208,17; 213,6; 213,14; 213,29; 226,5; 227,20; 234,39; 235,25; 239,5; 247,5; 248,10; 251,22; 251,35; 255,26; 260,19; 262,7; 263,1; 264,25; 269,26; 270,15; 272,5; 272,32; 273,12; 290,16; 290,35; 294,1; 299,20; 301,1; 301,4; 301,15; 301,20; 303,24; 308,5; 334,17; 335,24; 340,11; 340,22; 340,36; 342,21; 343,17; 343,33; 343,38; 344,2; 345,28; 347,26; 364,2; 366,22; 367,8; 367,17; 367,21; 367,27; 367,33; 367,37; 368,28; 371,12; 374,38; 377,36; 378,16; 389,22; 390,6; 390,28; 390,36; 391,8; 392,7; 395,5; 395,28; 397,3; 398,7; 399,33; 401,6; 403,18; 404,23; 407,13; 409,10.
 Hierosolyma (Ierosolima, Ierusalem) 28,8; 28,18; 37,38; 38,35; 38,37; 39,38; 46,30; 54,11; 91,38; 94,27; 95,29; 96,3; 96,28; 111,34; 118,27; 121,25; 144,7; 144,31; 145,10; 152,5; 162,1; 180,14; 202,26; 206,26; 212,1; 212,3; 213,7; 232,9; 232,12; 253,33; 279,20; 280,13; 281,31; 292,16; 303,33; 304,11; 314,30; 315,1; 316,2; 316,7; 328,13; 336,3; 338,26; 339,12; 350,20; 357,20; 357,35; 368,12; 386,8; 386,15; 386,17; 386,20; 386,22; 387,3; 392,23; 394,17; 394,20; 407,18; 407,26; 409,31; 410,20; 415,21; 416,6.
 Hierosolyma caelestis (Ierusalem celestis) 97,10; 279,13.
 Hierosolymitanus (Ierosolimitanus) 146,5.
 Hilarius, episcopus Pictaviensis, S. (Iarius) 44,33; 148,16; 149,2; 163,24; 176,8; 278,24.
 Hippolytus, martyr Romae sub Valeriano, S. (Hippolitus, Ipolitus) 203,32; 207,1; 207,3; 208,22.
 Hipponensis (Ipponensis) 231,26.
 Hiram (Iram) 245,4; 304,10; 304,13.
 Holofernes 246,28; 298,8.
 Homerus (Omerus) 290,18; (Meonius vates) 290,19.
 Horatius, Quintus, Flaccus (Oracius) 29,37; 34,5; 59,6; 60,11; 62,25; 65,36; 142,31; 142,35; 151,30; 154,12; 170,15; 171,11; 173,37; 188,25; 194,23; 215,26; 216,18; 230,21; 232,30; 264,36; 298,18; 310,16; 317,41; 322,17; 339,23; 339,25; 361,6. 399,1;
 Hormisdas, pontifex Romanus, S. (Hormisda) 201,27.
 Hrabanus Magnentius Maurus, abbas Fulden-sis (Rabanus) 73,27; 245,29; 247,6; 251,24; 251,26; 264,21.
 Hugo a Sancto Victore, magister Parisiensis 53,32; 71,34; 101,18; 189,24; 276,13.
 Hungaria (Ungaria) 23,4; 214,15.
 Hungaricus 292,18.
 Hungarus (Ungarus) 218,36; 327,18.
 Hydrus (Idrus) 249,35.
 Iachin 299,24.
 Iacob 24,23; 26,24; 27,36; 60,29; 94,28; 213,23; 214,9; 220,14; 242,17; 263,3; 263,27; 264,23; 278,3; 278,13; 309,34; 310,2; 310,3; 310,13; 370,41; 375,34; 376,18; 376,19.
 Iacobus Maior, apostolus, frater S. Ioannis apo-stoli, S. 23,13; 190,22; 192,6; 193,9; 193,19; 195,1; 195,2. 226,6
 Iacobus Minor, apostolus, frater Domini, S. 141,1; 142,16; 142,27; 144,7;
 Iahel (Iael) 119,26; 119,29; 119,33.
 Idida 45,11; 45,15.
 Idrus *vide* Hydrus
 Iebusaeus (Iebuseus) 234,1.
 Ieremias 145,33; 182,26; 235,19; 237,2; 265,26.
 Ierico 352,10; 352,16.
 Ieroboam 172,2; 227,27.
 Ieronimus *vide* Hieronymus
 Ierosolima *vide* Hierosolyma
 Ierosolimitanus *vide* Hierosolymitanus
 Ierusalem *vide* Hierosolyma
 Iesse *vide* Isai

- Iesus Christus 23,15 *et passim*
 Iesus, filius Sirac 66,17.
 Iesus, filius Iosedec 66,18.
 Iesus Nave *vide* Iosue
 Iezabel 346,24.
 Ilarius *vide* Hilarius
 Illyricum (Iliricum) 180,14.
 India 81,37; 215,28; 238,7.
 Indus 337,17.
 Innocentius I., pontifex Romanus, S. (Innocentius) 197,8-9; 272,25.
 Innocentius IV., pontifex Romanus (Innocentius, Papa) 133,12; 133,30; 136,39; 138,3; 292,38; (a. inc.:) 405,29; 405,35.
 Ioab 171,37.
 Ioannes Baptista (Iohannes, Baptista) 69,23; 73,6; 73,9; 73,18; 73,22; 73,34; 73,35; 74,3; 74,6; 94,31; 94,32; 102,11; 114,23; 163,27; 163,33; 163,37; 164,20; 164,25; 164,30; 164,32; 164,35; 164,37; 164,39; 165,1; 165,5; 165,15; 165,17; 165,20; 165,28; 165,36; 165,39; 166,4; 166,7; 166,10; 166,14; 166,15; 166,21; 166,22; 167,1; 167,3; 167,4; 167,19; 235,12; 235,20; 235,29; 236,29; 236,32; 236,35; 286,28; 394,31.
 Ioannes, apostolus (Iohannes) 23,14; 50,25; 53,13; 53,16; 54,1; 55,11. 55,36; 55,37; 57,9; 69,23; 129,23; 129,30; 129,36; 130,10; 150,17; 150,25; 150,34; 154,31; 165,28; 191,16; 192,6; 192,9; 210,32; 258,30; 275,21; 275,23; 280,6; 307,36; 320,12; 350,8; 411,43; 412,19; 415,18; 415,30; 415,33; 415,35; 415,37.
 Ioannes Chrysostomus (Crisostomus, Chrysostomus) 23,24; 42,6; 46,35; 52,10; 67,22; 67,33; 77,24; 101,35; 109,16; 128,15; 142,2; 146,10; 189,27; 213,20; 217,40; 256,18; 256,20; 260,21; 292,1; 299,29; 300,4; 305,30; 309,5; 319,31; 349,15; 353,31; 365,4; 404,12; 405,10.
 Ioannes Damascenus 37,32; 70,10; 71,29; 74,1; 77,3; 77,37; 87,28; 90,2; 105,29; 105,31; 122,20; 127,34; 127,37; 128,2; 132,34; 148,27; 158,27; 160,14; 165,5; 167,1; 173,26; 175,7; 244,9; 258,32; 261,7; 261,17; 261,27; 265,38; 276,5; 278,40; 280,35; 288,9; 306,28; 313,14; 316,20; 317,31; 392,36.
 Ioas 90,38.
 Iob 204,12; 207,16; 234,24.
 Iohannes *vide* Ioannes
 Ionas 387,40.
 Ionathan (Ionathas) 337,31.
 Ioram 220,16.
 Iordanis 73,6; 73,22; 73,34; 75,29; 94,11; 94,13; 147,13; 147,14; 364,26.
 Iosedec (Iosedech) 66,19.
 Ioseph, filius Iacob 73,28; 155,16; 226,13; 328,33; 375,34; 380,11; 402,13;
 Ioseph, sponsus b. Mariae 42,2; 42,18; 213,20; 396,3.
 Ioseph ab Arimathaca (Arimatia) 413,30. 414,38.
 Ioseph Barsabbas 107,6.
 Iosias 66,22; 66,27.
 Iosue (Iesus Nave, Iesus filius Nave) 66,1; 66,16; 66,17; 101,7.
 Ipolitus *vide* Hippolytus
 Ipponensis *vide* Hipponensis
 Iram *vide* Hiram
 Irene, filia S. Spiridionis 210,34.
 Isaac 26,23; 66,21; 66,26; 228,16; 228,17; 276,3.
 Isai (Iesse) 111,2. 242,3; 242,14; 243,36.
 Isaias 130,13; 313,26.
 Isidorus, episcopus Hispalensis, S. 28,15; 102,25; 115,22; 117,2; 120,11; 131,16; 132,10; 143,30; 148,9; 152,23; 175,37; 183,17; 187,10; 188,13; 188,17; 188,23; 196,25; 200,7; 200,10; 200,17; 205,30; 209,26; 209,33; 217,13; 218,12; 220,38; 232,24; 240,14; 256,39; 269,37; 277,35; 278,29; 288,29; 288,32; 289,30; 291,5; 294,16; 294,27; 301,13; 318,29; 320,31; 335,3; 340,13; 348,25; 349,34; 359,19; 384,38; 398,2; 403,5; 403,24; 406,21.
 Israel, patriarcha et regio 23,34; 28,5; 28,34; 28,39; 29,3; 29,8; 30,22; 40,32; 42,27; 46,5; 66,25; 96,20; 101,7; 126,9; 152,3; 160,23; 172,2; 173,36; 174,3; 195,27; 196,16; 206,14; 216,2; 220,7; 220,41; 231,31; 242,18; 263,4; 264,24; 268,25; 278,3; 278,14; 286,7; 292,17; 302,9; 306,15; 307,30; 332,4; 332,5; 357,14; 392,25; 403,3.
 Italia 216,22.
 Iuba II., Caius Iulius, rex Numidia 131,1.
 Iuda, patriarcha et regio 38,2; 39,19; 42,34; 46,5; 70,33; 94,29; 129,13; 176,22; 192,35; 243,38; 293,31; 333,28; 357,20; 357,35; 358,5. 416,9.
 Iudaea 95,5; 128,26; 144,26; 195,3; 370,17. 381,27; 382,33;
 Iudaeus 24,19; 49,10; 52,19; 66,7; 70,34; 70,39; 89,17; 91,12; 125,36; 127,3; 127,3; 127,10; 145,24; 157,16; 175,33; 175,34; 175,36; 177,30; 178,31; 193,18; 241,20; 241,36; 241,37; 246,28; 246,4; 247,2; 268,22; 268,22;

- 268,23; 276,34; 293,30; 332,34; 352,29; 353,17; 353,25; 353,26; 368,16; 368,23; 375,6; 375,21; 378,11; 378,12; 378,17; 379,24; 381,27; 381,27; 382,30; 382,33; 387,27; 388,31; 388,34; 416,6.
 Iudaicus 26,35; 101,11; 145,12.
 Iudas Maccabaeus 339,18; 379,21.
 Iudas Iscariotes 106,6; 106,11; 106,18; 106,24; 126,40; 127,1; 127,2; 162,7; 171,37.
 Iudas Thaddaeus, apostolus, frater Iacobi, S. 273,25.
 Iude- *vide* Iudae-
 Iudith (Iudit) 119,28; 119,31; 295,13; 306,39; 355,8.
 Iulius, centurio 218,26.
 Iulius I., pontifex Romanus, S. 359,22.
 Iuppiter, deus 348,22.
 Iustinianus, Flavius Petrus Sabbatius, imperator 170,25–26; 217,17.
 Iuvenalis, Decimus Iunius 85,25; 115,18; 154,3; 216,22; 224,16; 250,28; 267,28; 338,15; 362,30; 367,24; 399,3.
 Katherina *vide* Catharina
 Laban 376,19.
 Labyrinthus (Laberintus) 232,22.
 Lacedaemon (Lacedemon) 337,29.
 Lactantius, Lucius Caelius Firmianus (Lactantius) 68,15.
 Ladislaus I., rex Hungariae, S. (Ladizlaus) 169,15; 169,18; 172,13; 172,23; 172,25.
 Laelius, Caius, Sapiens (Lelius) 401,2.
 Latinus 154,3; 178,29; 263,25; 280,6.
 Laurentius, archidiaconus, martyr Romae, S. (Laurencius) 201,13; 202,12–13; 203,4; 203,6–7; 205,2; 205,6; 205,9; 205,18; 206,22; 206,39; 207,4.
 Lazarus, pauper 258,35.
 Lazarus, amicus Iesu 367,22.
 Lelius *vide* Laelius
 Leo I., Magnus, pontifex Romanus, S. 45,29; 88,18; 124,20; 147,1; 175,17; 219,17; 264,8; 386,25.
 Libanus 33,34; 33,36; 34,8; 34,13; 34,26; 34,26; 45,34; 125,22; 125,23; 153,26; 153,29; 153,30; 153,32; 210,13; 210,25; 245,20; 314,28; 314,41; 315,23; 315,27; 373,40; 393,13.
 Liber *vide* Bacchus
 Libya (Libia) 215,27.
 Loth 24,21; 89,15; 89,25; 90,6; 91,17; 91,17; 94,11; 94,12; 102,24; 196,18; 330,15.
 Lucas, euangelista, S. 129,25; 129,29; 129,35; 130,8; 153,34; 268,18; 268,27; 272,1; 272,4; 320,12.
 Lucanus, Marcus Annaeus 34,5; 133,22; 162,5; 179,30; 179,31; 181,26; 182,38; 191,32; 191,35; 303,9; 327,12; 338,7; 338,16; 339,26; 352,6; 379,22.
 Lucia, virgo, martyr Syracusis, S. 33,33; 33,36; 34,26.
 Maccabaeus (Machabeus) 306,38.
 Macrobius, Ambrosius Theodosius 105,34; 131,26; 154,6; 211,26.
 Madian 52,18; 76,28; 266,14.
 Maconius vates *vide* Homerus
 Magdalena *vide* Maria Magdalena
 Malchus, monachus Maroniae (Malcus) S. 102,4; 294,7.
 Manes, (Manichaeus), conditor religionis 231,42.
 Marcellianus, martyr Romae, frater Marci, S. 80,29.
 Marcianus *vide* Martianus Capella
 Marcius, vates Latinus, auctor carminum Marcianorum 113,38.
 Marcus, euangelista, S. 129,11; 129,24; 129,28; 129,35; 130,11; 130,20; 130,25; 132,14; 318,35; 320,11.
 Marcus, martyr Romae, frater Marcelliani, S. 80,29;
 Mardocheus (Mardoceus) 227,1.
 Margarita, virgo, martyr Antiochiae, S. (Margareta) 180,32; 180,34; 182,7; 182,11.
 Maria, soror Moysi 147,16; 147,17.
 Maria a Bethania 216,1; 309,14.
 Maria Magdalena 184,1; 184,5; 184,25; 184,36; 185,5; 186,7; 186,9; 188,1; 188,4; 188,9; 188,27; 188,38; 188,39; 399,22; 410,26.
 Maria, B. Virgo, mater Iesu Christi 38,5; 39,17; 42,18; 43,16; 46,7; 70,23; 92,1; 92,7; 92,20; 94,23; 95,32; 96,1; 96,3; 96,25; 97,4; 97,18; 118,22; 118,35; 118,36; 118,37; 119,19; 120,15; 121,32; 121,40; 124,7; 209,3; 209,4; 209,8; 209,20; 209,23; 212,32; 213,10; 213,21; 239,27; 240,1; 240,6; 240,21; 240,34; 241,9; 243,13; 243,38; 244,28; 245,1; 245,7; 245,12; 245,14; 245,30; 294,4; 369,35; 377,4; 378,27; 378,28; 381,23; 381,26; 381,31; 389,39; 390,1; 390,2; 390,5; 390,11; 390,38; 390,39; 391,5; 391,7; 391,23; 391,25; 391,39; 391,42; 392,1; 392,2; 392,3; 392,7; 392,25; 392,29; 393,4; 393,10; 393,18; 393,23; 393,25; 393,31; 393,36; 393,38; 394,2;

- 394,3; 394,15; 394,20; 396,3; 413,38; 414,1; 414,16; 414,32; 414,43; 414,44; 415,24; 415,27; 415,32; (Beata Virgo:) 92,12; 118,26; 125,22; 128,6; 208,29; 210,20; 213,7; 221,13–14; 232,24; 265,37; 288,34; 375,27; 376,12; 389,2; 391,41; 392,21; 394,30; (Gloriosa Virgo:) 94,36; 117,30; 120,1; 122,1; 124,30; 127,18; 208,26; 210,16; 212,16; 238,27; 242,1; 242,12; 244,19; (Virgo:) 97,12; (Virgo Mater:) 47,35.
- Marius, Caius 327,11.
- Martha 51,6; 189,2; 216,2; 394,34.
- Martianus Capella (Marcianus) 348,21.
- Martinus, episcopus Turonensis, S. 258,36; 285,28; 285,31; 287,21; 287,22; 287,30; 288,5; 290,8; 338,31.
- Massylus (Massila) 131,9.
- Matthaeus, apostolus, S. (Matheus, Mattheus) 129,22; 129,27; 129,34; 130,8; 250,1; 250,2; 250,8; 251,8; 251,33; 320,11.
- Matthias, apostolus, S. (Mathias) 105,16; 106,6; 106,11; 106,29; 107,4; 107,6; 107,7; 107,15; 110,9.
- Mauritius, miles legionis Thebaicae, martyr, S. (Mauricius) 252,14; 252,18.
- Maximus, episcopus Taurinensis, S. 84,26; 84,37; 85,5; 86,12; 101,33; 304,33; 307,8; 389,24; 389,32; 392,1.
- Mediolanum 135,29.
- Meonius *vide* Homerus
- Mercurius, deus 165,11; (Atlantiades:) 165,13.
- Michael, archangelus 196,30; 255,23; 257,11; 258,35; 260,1; 277,13.
- Michaeas (Micheas) 370,41.
- Milesius 337,23–24.
- Milo, Titus Annius (?) 338,6.
- Minucius, Marcus, Rufus 322,19.
- Mithridates I., Ktistes (?), rex Ponti (Mitridates) 336,8.
- Moyses 26,12; 27,35; 74,4; 96,26; 103,36; 104,3; 104,6; 110,2; 110,29; 146,17; 147,16; 159,17; 187,16; 192,22; 206,9; 217,6; 217,6; 217,28; 217,28; 242,9; 243,26; 248,5; 264,16; 264,17; 282,2; 304,10; 304,14; 305,35; 309,35; 310,36; 327,14; 339,15; 370,41.
- Naaman 94,20; 147,12.
- Naasson (Naason) 185,23.
- Nabal 140,30.
- Nathan (Natan) 329,4.
- Nathanael 25,22.
- Nave *vide* Iosue
- Nazarenus 246,4; 380,34.
- Nazaraeus (Nazareus) 378,17.
- Nazareth 73,30.
- Nicodemus (Nichodemus) 413,33; 414,39.
- Nicolaus, episcopus Myrensis, S. (Nicholaus) 29,1; 29,5; 29,9; 32,1; 32,4; 33,14; 68,38; 215,5.
- Ninive 82,36; 192,20.
- Noe 70,36; 74,29; 344,22.
- Olofernes *vide* Holofernes
- Olybrius, praefectus provinciae Antiochiae (Olibrius) 181,1.
- Olympus (Olimpus) 164,14; 303,7.
- Omerus *vide* Homerus
- Onias II. 111,10; 111,13; 112,4.
- Oracius *vide* Horatius
- Ordo Praedicatorum (Predicatorum) 136,39.
- Origenes Alexandrinus 135,7; 166,33; 196,3; 221,35; 263,29; 300,37; 317,17; 345,5.
- Ovidius, Publius, Naso 103,5; 109,13; 154,3; 158,25; 164,31; 164,38; 165,12; 240,10; 303,5; 318,1; (Ethnicus:) 296,18; (Poeta:) 32,38; 42,22; 123,33; 165,34; 211,22; 250,36; 279,9–10; 291,1; 303,16; 332,21; 408,30; (Sapiens:) 58,32–33; 157,34; 172,11; 234,3; 367,10.
- Oza 155,4.
- Pactolus 362,31.
- Palentia (Palencia) 157,13.
- Pannonia 223,34.
- Pantheon 279,23.
- Papa *vide* Innocentius IV.
- Papias, episcopus Hierapolitanus, S. 60,3; 60,8; 138,12; 246,26.
- Pasiphae (Gnosis) 154,4.
- Patmos (Pathmos) 50,25; 56,1.
- Paulus, apostolus, S. 87,1; 87,5; 87,40; 87,43; 89,14; 89,17; 89,22; 89,33; 89,35; 90,5; 90,32; 91,7–8; 91,15; 91,17; 91,18; 91,28; 105,3; 160,7; 162,6; 174,21; 175,17; 175,18; 175,31; 175,36; 176,6; 177,23; 177,26; 177,29; 178,15; 178,31; 178,34; 179,1; 179,20; 179,29; 180,30; 193,29; 218,26; 266,32; 270,19; 275,5; 312,23; 339,5; 351,5; 396,23; (Apostolus:) 286,2; 311,10; 403,15; (Apostolus gentium:) 223,30; (Saul:) 90,8; 90,27; 90,27–28; 90,32; 91,12.
- Petrus, apostolus, S. (Simon) 23,8; 23,13; 24,24; 25,2; 25,27; 28,31; 51,21; 103,18; 103,26; 103,29; 104,16; 105,1; 106,37; 141,10; 161,9; 174,21; 175,16; 175,18; 175,29; 175,31; 175,35; 176,4; 192,9; 195,7;

- 195,10; 195,13; 195,16; 195,18; 195,38;
196,1; 196,2; 196,27; 225,20; 251,16; 279,3;
312,10; 377,34; (Simon:) 104,27; 147,11.
Petrus Veronensis, martyr, S. 132,16; 132,19;
134,9; 134,18; 135,21; 136,9; 136,11; 136,32;
136,37; 137,9; 137,12; 137,28; 138,35; 139,7;
139,9.
Phaethon, filius Solis (Feton) 155,6.
Pharao 137,4; 137,11.
Phares 144,10.
Phariseus (Phariseus) 186,14.
Phebus *vide* *Phoebus*
Philippides Atheniensis 337,28.
Philippus, apostolus, S. 141,1; 142,16; 142,27;
144,3.
Philistaea (Philistiim) 237,20.
Philistaeus (Philisteus, Philistius, Philistiim,
Philistim) 174,2; 227,8; 306,36; 338,11.
377,38; 195,33.
Philistinus (Philistinus) 338,4–5.
Philonides, cursor Alexandri Magni 337,29.
Philosophus (a. inc.): 282,26; 313,8; *vide* *Ari-*
stoteles, *Avicebron*, *Guilelmus de Conches*,
Pseudo-Aristoteles
Philosophus Anatomicus *vide* *Aristoteles*
Philosophus Moralis *vide* *Cicero*, *Guilelmus de*
Conches
Phoebus (Phebus) 60,5.
Pilatus 125,36; 387,17; 410,27; 413,31.
Pirrus *vide* *Pyrrhus*
Plato, philosophus Graecus 31,25; 175,12;
176,11; 199,4; 239,36; 368,4; 400,37; *vide*
Cato.
Plautus, Titus Maccius 285,36–37.
Plinius, Caius, Secundus Maior 93,1; 138,27;
175,39.
Poeta (a. inc.): 124,22–23; 190,35; 310,15;
344,40; *vide* *Ovidius*, *Vergilius*
Polymestor, puer quidam Milesius (Polimestor)
337,23.
Polyneices (Polynices), heros Thebanus, frater
Eteoclis 191,36.
Ponticus 336,7.
Porphyrius, dux belli Alexandriae, martyr (Por-
firius) 304,21.
Praedicatorum ordo *vide* *ordo Praedicatorum*
Priscianus, grammaticus Latinus 199,24; 345,4;
385,33.
Prosper 56,14.
Prudentius, Aurelius, Clemens (Prudencius)
192,14; 235,8.
Psalmista 74,35; 75,12; 77,6; 117,4; 128,20;
133,23–24; 151,15; 173,7; 175,30; 179,13;
197,12; 197,35; 234,29; 364,13.
Pseudo-Aristoteles (Philosophus) 29,15; 149,22;
274,3.
Ptolemaeus, Claudius (Tolomeus) 108,38.
Pyrrhus, rex Epiri (Pirrus) 336,9.
Quintianus, praetor Siciliae (Quincianus) 98,31;
98,32; 99,5; 99,38.
Quinqueecclesiensis 23,3.
Quirinus, tribunus, martyr, pater S. Balbinae, S.
195,13.
Rabanus *vide* *Hrabanus Maurus*
Raphael, archangelus 257,21–22.
Rebecca 182,9; 182,10; 182,18; 228,16; 242,19;
289,34; 299,13; 343,15.
Remigius, monachus Autissiodorensis 102,3;
154,5; 225,34; 233,32; 241,11; 241,15; 282,8;
356,8.
Remus 191,34.
Roma 116,12; 191,35; 263,24–25; 336,10.
Romanus 79,15; 178,30; 178,32; 327,10; 338,6;
343,33; 343,39; 386,19; 388,26; 388,30.
Romanus imperator *vide* *Conradus II*.
Romulus 191,34.
Ruben 328,33.
Rusticus, presbyter, socius S. Dionysii, martyr
Lutetiae Parisiorum 267,2.
Ruth 119,23; 119,27; 119,30.
Salamon (Salomon) 39,8; 44,16; 44,19; 44,23;
44,24; 44,27; 44,40; 45,1; 45,3; 45,4; 45,11;
45,12; 95,3; 97,29–30; 151,4; 157,16; 174,7;
177,19; 185,20; 199,32; 202,39; 202,40;
206,10; 212,36; 215,2; 215,10; 230,12; 245,3;
245,11; 245,16; 272,29; 285,17; 304,10;
305,36; 314,28; 314,40; 315,1; 332,7; 351,32;
352,38; 381,19; 381,28; 381,37; 382,4.
Salphaad (Salphat) 98,16.
Sallustius, Caius, Crispus (Salustius) 101,13;
194,23; 214,30; 216,4.
Samaria 27,6. 195,3.
Samson (Sampson, Sanson) 34,33; 66,21;
66,27; 195,34; 338,4; 377,38.
Samuel 46,14; 97,25; 111,3.
Sanctus Doctor, a. inc. 392,11.
Saphira 105,1.
Sapiens (auctor libri Sapientiae:) 34,3; (a. inc.
ex collectione Waltheriana cognitus:) (4832:)
170,33; (3839:) 237,14; (10364:) 159,32;
(16317a:) 43,23; (19966:) 255,8; (29898:)

- 102,2; (a. inc.) 26,5; 55,38; 104,40–41; 143,1; 183,9; 215,34; 225,38; 236,13; 238,10; 248,10; 249,37; 350,21; 357,9; *vide* Claudianus, Gaufridus, Ovidius
- Sardanapalus (Sardanopallus) 283,24.
- Saron 33,34; 34,2; 34,9; 35,9.
- Saul, rex Israel 31,27; 125,36; 139,33.
- Saul *vide* Paulus, apostolus
- Scipio, P. C. Aemilianus Africanus Numantinus 169,3.
- Scythae (Scitae) 327,24; 327,24.
- Sebastianus, dux primae cohortis, martyr Romae, S. 80,18; 80,20; 367,32.
- Sedulius 58,35; 59,15; 60,13; 60,34; 126,18; 129,32; 187,27; 189,19; 243,24; 279,5; 393,32; 395,13.
- Segor 89,15; 89,25; 90,7; 91,17; 91,22; 91,25.
- Semei 238,4.
- Seneca, Lucius Annaeus 55,6; 128,38; 158,24; 170,35; 171,12; 182,31; 183,1; 230,22; 235,3; 238,1; 242,29; 265,30; 286,10; 320,9; 322,21; 327,20; 365,25; 369,30; 381,15; 387,31; 400,38; 405,27.
- Seraphim (Seraphin) 158,21; 196,25; 257,24; 261,5.
- Sicyon (Sicion) 337,30.
- Siloe 317,22.
- Silvester I., pontifex Romanus, S. 62,32; 63,4; 63,13.
- Simeon 93,15; 396,2.
- Simon, filius Oniae 111,10; 111,13; 111,17.
- Simon, Phariseus 95,13; 188,35; 190,16.
- Simon, apostolus 273,25.
- Simon *vide* Petrus, apostolus
- Simon, magus 156,25.
- Simonides, poeta Graecus 179,36.
- Simplicianus, episcopus Mediolanensis, pater spiritalis S. Ambrosii, S. 229,7–8.
- Sinai 308,25.
- Sion (Syon) 37,38; 38,5; 38,35; 38,36; 39,7; 53,15; 53,20; 54,40; 60,24; 84,21; 157,23; 213,18; 216,27; 245,21; 298,17; 303,32; 360,1; 381,19; 381,27; 381,36; 382,3; 388,27.
- Sirach (Sirac) *vide* Iesus, filius Sirac
- Sisera (Sisara) 119,27.
- Socrates, philosophus Graecus 138,6; 229,2–3; 401,2.
- Socraticus 405,27
- Sodoma 89,16; 103,4.
- Solinus, Caius Iulius 40,33; 130,30; 130,33; 215,27; 224,13; 336,6; 337,19; 337,23; 337,26; 337,28.
- Spiridion, episcopus, confessor in Cypro, S. 210,34.
- Statius, Publius Papinius (Stachius, Stacius) 131,9; 153,1; 163,31; 164,16; 171,17; 191,33; 191,37; 240,9; 252,32; 272,28; 288,34; 303,7; 314,33; 337,17; 337,27; 337,33; 338,1; 380,39.
- Stephanus, protomartyr, S. 49,5; 49,9; 49,27–28; 50,3; 50,6; 50,8; 51,25; 51,28; 51,30; 51,35; 52,2; 52,28; 52,29; 53,11; 90,37; 138,35; 194,37–38; 195,20. 220,5.
- Stephanus, primus rex Hungariae, S. 214,15; 214,22; 215,1; 216,34; 217,1; 219,28; 219,32; 220,16; 221,32; 221,38; 222,5; 222,35; 223,11. 223,26; 223,28.
- Styx (Stix) 242,25.
- Sulla, Lucius Cornelius 327,11.
- Syon *vide* Sion
- Syrus 94,20; 260,32; 327,18.
- Tagus (Thagus) 362,31.
- Tarquinius Priscus (?) 226,33.
- Tecuites 125,18.
- Temesaeus (Temescus) 234,5.
- Terentius, Publius, Afer (Terencius, Therencius) 53,3; 113,37; 234,18; 282,27.
- Tertullus, quidam orator accusans S. Paulum 361,5.
- Thagus *vide* Tagus
- Thamar 144,2; 192,35.
- Thebanus 191,36.
- Theodulus, a. inc. (Theodolus) 325,12.
- Theodora, mater Cosmae et Damiani, S. 254,18.
- Theodorus, a. inc. 359,25.
- Thirus *vide* Tyrus
- Thobias *vide* Tobias
- Thomas, apostolus 35,14; 35,17; 35,28; 36,21; 36,26; 36,28; 36,29; 37,8;
- Thomas, episcopus Cantuariensis, martyr, S. 61,1; 61,2; 61,25–26; 61,39; 404,24.
- Titus, Flavius Vespasianus (Cesar) 162,1; 339,21.
- Tobias (Thobias) 82,34; 204,12–13; 294,25.
- Tolomeus *vide* Ptolemaeus
- Tragicus, a. inc. 319,35.
- Trismegistus *vide* Hermes
- Troia 226,31.
- Tullius *vide* Cicero
- Tuscanus 216,7.
- Tyrus (Thirus) 245,4.
- Ungaria *vide* Hungaria
- Ungarus *vide* Hungarus

- Valentinianus II., Flavius, imperator 235,38.
 Valerianus, martyr Romae, S. 297,19.
 Valerius Flaccus, Lucius, Minor 215,14.
 Vasthi (Vasti) 326,30.
 Venus, dea 102,2; 102,4; 154,5; 154,6; 164,14; 398,4.
 Vergilius, Publius, Maro (Virgilius) 27,24; 45,9; 60,6; 117,1; 132,2; 180,3; 209,42; 210,11; 213,2; 237,33; 239,40; 242,24; 288,26; 288,28; 288,30; 289,6; 289,9; 289,25; 289,27; 303,18; 303,29; 317,5; 348,39–349,1; (Poeta:) 156,6.
 Vincentius, levita, martyr Valentiae, S. (Vincencius) 84,13; 84,18; 84,28; 85,12; 85,18; 85,21; 86,10.
 Virgilius *vide* Vergilius
 Virgo *vide* Maria, b. Virgo, mater Iesu Christi
 Zacharias, propheta 51,32; 52,1.
 Zacharias, pater Ioannis Baptistae 164,1; 166,9; 198,12.
 Zachaeus (Zacheus) 352,12; 352,27; 352,35; 353,29.
 Zara 144,9.
 Zebedaeus (Zebedeus) 190,24.
 Zebul 170,8.
 Zephyrinus, a. inc. (Zephirinus) 158,17.

CORRIGENDA

- p. 67,2 2 Mt 1,21 *recte* 2 Mt 2,11
- p. 141,27 mutata: unitate (cf. Eucl. Elem. 7 def. 7) *corr. Mayer Gy.*
- p. 357,20 Is. 36,7 *recte* Is. 36,8
- p. 386,9 Lc. 18,31 *recte* Mt 20,18; Lc 18,31
- p. 401,2 Platoni: Catoni *coni. Szovák K.*

A kiadásért felel az Argumentum Kiadó igazgatója
Felelős szerkesztő: Pajorin Klára
Műszaki szerkesztő: Cimpfán Péterné
Terjedelem: 43,4 A/5 ív
Nyomta a László és Társa BT nyomdája
Felelős vezető: László András

TOMI SERIEI NOSTRAE

Tomus XI

GREGORIUS GYÖNGYÖSY
VITAE FRATRUM EREMITARUM

Edidit F. L. HERVAY
pp. 252 – ISBN 963 05 4873 9

Tomus XIII/1–2

IOANNES BOCATIUS
OPERA
QUAE EXTANT OMNIA
POETICA

Edidit F. CSONKA
pp. 1117 – ISBN 963 05 5376 7 (XII)
ISBN 963 05 5377 5 (1)
ISBN 963 05 5378 3 (2)

Tomus XIII/3

IOANNES BOCATIUS
OPERA
QUAE EXTANT OMNIA
PROSAICA

Edidit F. CSONKA
pp. 583 – ISBN 963 7719 22 9

Tomus XIII/1

ANDREAS DUDITHIUS
EPISTULAE

Editae curantibus
LECHO SZCZUCZKI
et TIBURTIO SZEPESSY
PARS I

1554–1567

Ediderunt T. SZEPESSY
et S. KOVÁCS

Commentariis instruxerunt
C. PAJORIN et H. KOWALSKA
ISBN 963 05 5736 3 (XIII)
pp. 501 – ISBN 963 05 5737 1 (1)

